UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Polyantheæ Novæ Liber XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

# POLYANTHEÆ NOVÆ LIBER XI.

M.

## Magia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

MAGIA, Græcè μαγεία. Hebraicè *Chaſchaph*, à verbo *Chiſchſcheph* faſcinauit, faſcinis vſus eſt. *Michaſchſcheph*, magus, augur, haruſpex, *Deut*.18.10. *Cchaſchſchaphim*, haruſpices, faſcinatores, *Ierem*. 27.8.

Magia vox eſt Perſica, quam veteres pro ſapientia & perfecta rerum naturalium cognitione vt plurimum accipiebant. Vnde & Magi, ſeu ſapientes ab illis appellati ſunt, quos Græci vocant Philoſophos. De veteribus Magis ſeu ſapientibus Perſarum multa tradunt Theologi, qui Matthæi Euangeliſtæ, *cap*.1. *v*.1. interpretati ſunt. Duplex tamen traditur magiæ ſpecies: quarum altera, quam iam diximus, nihil aliud eſt, quam naturalis philoſophiæ ſumma & perfecta cognitio, quam Pythagoras, Plato, Empedocles, cæterique inter philoſophos præſtantiſſimi: velut ſanctiorem quandam diſciplinam, indefatigabili ſtudio, longinquiſque peregrinationibus conquiſiuerunt. Altera, quam Goetiam, vel Theiergiam vocant, dæmonum inuocatione, infandiſque incantationibus conſtat, quam & leges omnes execrantur, & Plinius artem inteſtabilem vocat, irritam & inanem: noſtri magicas præſtigias vocant, eo quod rerum veritatem ementiantur, mentes hominum fallaciis præſtringentes. Huius plures ſpecies proponit & refellit Peucerus commentario de variis diuinationum generibus, Vide *Incantatio*.

Magi, id eſt, diuini non conſulendi, *Leuit*.19.31. & 20.6.

Magi Pharaonis virgas ſuas in colubros mutant, *Exod*. 7.12. ranas ſuper terram educunt, 8.7. educere ciniphes non poſſunt, *v*.18. Digitum Dei, id eſt, virtutem Dei in Moyſe & Aarone operari agnoſcunt, *v*.19. duo eorum à Paulo commemorantur, & nominibus ſuis appellantur, 2.*Tim*.3.*v*.8. Magi & Arioli à Saule ſublati, 2.*Sam*. 28.*v*.3.

Magi Perſæ, id eſt, Sapientes Chriſtum adoraturi veniunt, *Matthæi* 2.1.

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Magia, facultas quædam Græcis viſa eſt, poteſtatis plurimæ compos. tradunt enim, eam eſſe extremam ſacerdotii portionem, affert enim viſa quædam ſæpius in aſpectum falſo diuinitatem aliquam præferentem. Hæc facultas perſcrutatur vniuſcuiuſque ſub luna rei genitæ naturam: & instructa eſt Magia plurimum aſtronomica facultate, & plurima per ipſam peragit. *Mich. Pſell. de dæmon*.

Vaniſſimi cuiuſque Magia eſt ludibrium. *Curtius lib*. 5.

Magia ars eſt Diis immortalibus accepta colendi eos, & venerandi, pregnata, pia & diuini ſciens: nec vlli inter Perſas conceſſum eſt Magum eſſe, haud magis, quam regnare. *Apul. in Apol*. 1.

Magia, quæ naturæ limites non excedit, non eſt damnanda. *Io. Fr. Pic. Mir. de præ. lib*.9.*c*.2.

¶ SIMILITVDO.

*Chryſoſtomi*. Si quis medicus eſt, potionemq; dat, accipienda eſt, nec curioſe inquirendum, qualis, ſed habenda, vti ſanitati conducens. Si veneficus eſt, magus, incantator, non modo non inquirendum, qualis ſit, ſed etiam vox fugienda, vtpote lethifera, *De fato ſerm*.7.

## Magiſter.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

MAGISTER, Græce διδάσκαλος,ȣ,ὁ, dicitur. Et is appellatur, qui alicuius rei præ cæteris curam gerit, *ſecundum Hoſtienſem*. Hebr. *Moreh*, à verbo *Iareh*, reueritus eſt. Solent enim di[...]li ſuos reuereri præceptores & magiſtros. 2. *Melammeh*, [...] *Lamadh*, didicit, perdidicit, eruditus fuit. Hinc Eſaias dic[...] *v*.4. Dominus Deus dedit mihi leſchon limmudim, lingu[...] ditorum, ſeu Magiſtrorum, id eſt, purè cum authoritate & [...] docentium: id quod propriè ad Meſſiam, Eccleſiæ Dei ve[...] vnicum magiſtrum Euangeliſtæ referunt.

Magiſtri propriè dicuntur artium præceptores: transfer[...] men hoc nomen ad omnes, quibus præcipua cura rerum inc[...] Dicuntur autem vel à mouendo, vel monſtrando, vel quod [...] cæteris poſſint, vel quod magis quam cæteri diligentiam & [...] dinem rebus, quibus præſunt, debent. A magiſter *magiſtro*, [...] moderor, guberno: & *magiſterium*, quod nonnulli pro ipſa ma[...] ſtri dignitate vſurpant.

¶ LOCI BIBLICI.

Magiſtri, pro iis, qui ius rigidæ cenſuræ in alios vſurpan[...] nantur, *Iacob*.3.1. Magiſtri mendaces quales, 2.*Pet*.2.1.

Magiſter noſter Chriſtus ſolus. *Matth*.23.10. *Ioan*.13.13.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus eſt enim magiſter ve[...] omnes autem vos fratres eſtis. Nec vocemini magiſtri, quia ma[...] ſter veſter vnus eſt Chriſtus. *Matth*.23.

Nolite plures magiſtri fieri, fratres mei, ſcientes, quoniam m[...] iudicium ſumitis. *Iacob*.3.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Periculoſum eſt magiſterium: diſcipulatus ſecurus eſt: [...] Pſalm. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam. Securior eſt [...] verbi auditor, quam verbi prolator. *Aug. in quodam ſerm*.

Nihil eſt fœdius præceptore furioſo, qui cum debeat eſſe m[...] ſuetus & humilis ad omnes, ex diuerſo, toruo vultu, trem[...] labiis, rugata fronte, effrenatis conuitiis, facie inter ruborem & [...] lorem variata, clamore proſtrepitat, errantes non tam à bono m[...] hit, quam ad malum ſua ſæuitia præcipitat. *Hier, in epiſt. ad T*[...]

Magiſter probæ ætatis & vitæ, eruditioniſque diligendus eſt [...] puto erubeſcit doctus vir illud facere in propinqua vel nobili [...] ne, quod fecit Ariſtoteles in Philippo filio, vt ipſa librorum [...] te initia monſtraret literarum. Non ſunt contemnenda qua[...] ua, ſine quibus conſtare magna non poſſunt. *idem epiſt*.89.

Sunt plerique, qui dum metiri ſe neſciunt, quæ non didicer[...] docere concupiſcunt: qui pondus magiſterii tanto leuius æ[...] mant, quanto vim magnitudinis illius ignorant. *Gregorius in Pro*[...] *log. paſtor*.

Melius eſt obedire Deo, quam hominibus, & ipſis melius ma[...] ſtris, quam diſcipulis. Porro in magiſtris, melius noſtris quam e[...] traneis. Quibus autem melius conſtat obedire, ipſis procul dub[...] non obedire eſt deteſtabilius. *Bern. de præcept. & diſpen*.

Magiſtrum vocat, cuius non vult eſſe diſcipulus: de mand[...] magno interrogat, qui nec minimum ſervat. *Chryſoſt. in Matt*[...] *cap*.22.

Principium diſciplinæ humilitas eſt: cuius cum multa ſint d[...] cumenta, hæc tria præcipuè ad lectorem vel auditorem pertine[...] Primum, vt nullam ſcientiam, nullam ſcripturam vilem teneat. [...] cundum, vt à nemine diſcedere erubeſcat. Tertium, vt cum ſcie[...] tiam adeptus fuerit, cæteros non contemnat. *Hugo in didaſcalic*[...] *lib*.1.

Nulla res diſcipulo eſt ita pernicioſa, ſicut vita magiſtri cont[...] melioſa. *Boet. de diſciplina ſchol*.

Magiſter eſt eruditus, prius diſcat quam doceat, ſit manſuetus [...] prout opportunum eſt: rigidus, vt lites diſſoluat, oblatrantes re[...] mordeat, obloquentes reprimat, proteruientes caſtiget: debet item [...] eſſe diligens: nam ſicut in vnoquoque opere mater conſtantia in[...] uenitur, ita vniuerſæ doctrinæ nouerca negligentia. *idem ibid*.

Magiſter ſit in ſermone verax, in iudicando iuſtus, in conſilio [...] prouidus, in commiſſo fidelis, conſtans in vultu, pius aſpectu, virtutibus inſignis, bonitate laudabilis. *ibid*.

Miſerum eſt eum eſſe magiſtrum, qui nunquam nouit ſe eſſe diſcipulum. *ibid*.

¶ POETI-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Iuuenalis Satyra 7.

*Scire volunt omnes, mercedem ſoluere nemo.*
*Mercedem appellas? quid enim ſcio? culpa docentis*
*Scilicet arguitur, quod læua in parte mamilla*
*Nil ſalit Arcadico iuueni.*

Ibidem.

*Hos inter ſumptus ſeſtertia Quintiliano*
*Vt multum duo ſufficient: res nulla minoris*
*Conſtabit patri, quam filius.*

Ibidem.

*Pœnituit multos vanæ ſteriliſq; cathedræ.*

Ibidem.

*Dij maiorum vmbris tenuem, & ſine pondere terram*
*Spirantesq; crocos, & in vrna perpetuum ver,*
*Qui præceptorem ſancti voluere parentis*
*Eſſe loco.*

Ibidem.

*Rara tamen merces, quæ cognitione tribuni*
*Non egeat, ſed vos ſæuas imponite leges:*
*Vt præceptori verborum regula conſtet,*
*Vt legat hiſtorias, authores nouerit omneis,*
*Tanquam vngues, digitosq; ſuos, vt forte rogatus:*
*Dum petit aut thermas, aut Phœbi balnea dicat*
*Nutricem Anchiſæ, nomen patriamq; nouercæ*
*Archemori dicat, quod Aceſtes vixerit annos,*
*Quot Siculis Phrygibus vini donauerit vnas.*

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

De Magiſterio. DIAL. XLV.

*Franciſci Petrarchæ.*

GAV.

In magiſterio inſignitus ſum. R. Mallem fateor diſciplina, magiſtro enim indiſciplinato & rudi, nihil eſt turpius. G. Magiſter ex diſcipulo factus ſum. R. Vt magiſter digne ſis, non niſi diſcipulus meritò, obſequentem atq; humilem te, docilemq; præbueris oportet, nam aberraſti in via, quæ ad magiſterium ducebat, & ſi nō ignorem quoſdam ſine magiſtro ad ſcientiæ gradum altiſſimum conſcendiſſe, idq; de ſeipſis viros magni nominis prædicaſſe, literiſque mandaſſe: Sed his labor, & ingenium, & diſcendi ardor, & intentio, aſſiduitas, & perſeuerantia pro magiſtro fuit, nec internus in ſinu magiſter defuit. At nunc mihi de communibus ſermo eſt. G. Magiſter dicor. R. Multis, ne magiſtri veri eſſent, magiſterii falſum nomen obſtitit, dumq; de ſe plus omnibus quam ſibi, dumq; quod dicebantur, ſed non erant, eſſe crediderunt, quod eſſe potuerant, non fuerunt. G. Magiſterio clarus ſum. R. Vidiſti vini acidi tabernam picturis aut floribus vernis inſignem, vbi ſitiens viator fallitur? Sed nunquid & caupo ſuis fallitur artibus? ſunt certè aliqui ſic fallaciis aſſuefacti, vt longo vſu fallendi alios ad extremum, & ſe fallere incipiant, quodque diu ſuaſere aliis, aliquando perſuadeant ſibi, & quod falſum ſciuerint, verum credant. Tu, vt libet, magiſterio gloriare, quod ſi digno obtigit, nihil noui, ſin indigno, duo mala ſecū attulit, vt diſcere pudeat, & notior ignorantia tua ſit.

Plus homines oculis quam auribus credunt: longum enim iter eſt per præcepta, efficax & breue per exempla. Zenonem enim Cleanthes non expreſſiſſet, ſi tantum eum audiuiſſet: obſeruaui illum, vt ad formā viueret. *Seneca in epiſt.*

Multum egerunt, qui ante nos fuerunt, ſed non peregerunt: ſuſpiciendi tamen ſunt, & ritu deorum colendi. Quam venerationem præceptoribus meis debeo, eandem illis præceptoribus generis humani, a quibus tanti boni initia fluxerunt. Si conſulem videro, aut prætorem, omnia quibus honor haberi ſolet, faciam, equo deſiliam, caput adaperiam, ſemita cedam. Quid ergo? Marc. Catonem & Lælium ſapientem, & Socratem cum Platone in animum meum ſine dignatione ſumma recipiam? Ego illos veneror & tantis nominibus ſemper aſſurgo. *idem epiſt. 65.*

Magiſtris, diis, & parentibus non poteſt reddi æquiuolens. *Ariſt. lib. Ethic.*

Docentes alios mentiri non debent. *Idem libr. de Morte & pomo.*

*Vide Doctrina.*

# Magiſtratus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

MAGISTRATVS, οἱ πολιτευόμενοι, dicuntur homines in dignitate aliqua ciuili & Reipublicæ adminiſtrationem ſpectante conſtituti, titulis honorificis à Deo ipſo in libris ſacris inſigniti. Nam vocantur *Elohim*, i. Dii, Pſal. 82. &c. *Sarim*, principes: *Zequenim*, Seniores: & *Seghanim*, magnates: *Schoterim*, Præfecti, duces. In nouo teſtamento Reges, Principes, magiſtratus, duces, Gubernatores, præfecti, &c. Alii præterea titulis placidis & officii eos monentibus paſſim inſigniuntur. Nam dicti ſunt patres, paſtores populorum, benefici, iudices, afflictorum tutores, procuratores boni publici. Deniq; quicquid ad diuinæ iuſtitiæ miſericordiæque conſiderationem refertur apud Prophetas & Apoſtolos, id analogicè referri poteſt ad pios & iuſtos magiſtratus, qui vncti & ſerui Dei, dominationes, poteſtates, &c. nominantur.

¶ LOCI BIBLICI.

Magiſtratus auari, qui noxii, *Prou.* 29. 4. Magiſtratui etiam profano parendum, *Ierem.* 29. 8. *Matth.* 17. 27. & 22. 21. & 23. 3. *Luc.* 20. 25. *Rom.* 13. 1. *Tit.* 3. 1. 1. *Pet.* 2. 13. ſuo tamen Omnipotenti Deo ſeruato illibato honore, *Dan.* 3. *v.* 14. 15. 16. 17. 18. & 6. *v.* 7. 9. 10. *Act.* 4. 9. & 5. 29. Magiſtratus Deum timentes, *Exod.* 18. 25. *Deut.* 1. 15. Impii, *Prou.* 29. *v.* 8. 10. 12. Magiſtratibus non detrahendum, *Exod.* 22. 28. parendum, *Rom.* 13. 1. &c. *Tit.* 3. 1. 1. *Pet.* 2. *v.* 13. Magiſtratui tributum ſoluit Chriſtus, *Matth.* 17. 24.

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Verinus.

*Quo magis eſt abies procera euertitur Euris:*
*Culmina, non valles, fulmina torta petunt.*
*Quo maior ciuis maior ſolet eſſe ruina:*
*Magnaq; liuorem gloria ſæpe parit.*

¶ PHILOSOPHORVM PLACITA.

Magiſtratus ad hoc conſtituti aſſumere debent fœtus, qui eduntur, tum mulierum, tum virorum, ſiue amborum, nam communes erunt & mulieribus. & viris magiſtratus. *Plato de Republica, dial.* 5.

Magiſtratus ineptos bene præparata ciuitate legibus præficere non ſolum, nihil aliud quam ingens riſus orietur, ſed etiam detrimenta & damna longe maxima ciuitatibus ex ipſis euenient. *Plato de leg. dial.* 6.

Magiſtratus cuſtodis legum non duret amplius, quam viginti annis, ad quem non infra quinquageſimum accedat, ſed ſi quinquaginta annis electus fuerit, non duret niſi per decem annnos. *idem ibid.*

Magiſtratum oportet eſſe in ciuitate, cui cura ſit populum conſilio præuenire, ne otioſus ſit. *Ariſt. polit.* 4. *c.* 15.

Magiſtratuum conſideratio in tres fit partes, prima, qui ſunt magiſtratus, qui conſtituunt: alia, ex quibus conſtituuntur: tertia, per quem modum. *idem ibid.*

Magiſtratus non prudentes tantum, ſed benignos eſſe oportet.

Perinde periculoſum eſt, vt inſanienti gladium, ſic improbo viro magiſtratum committere. *Pythagor. apud Stob.*

Equidem & iſtud magnum argumentum eſſe virtutis in principe opinor, ſi ſubditi libenter ipſum ſequantur, & in periculis vnà perſeuerent. *Xenoph.*

Qui nauem gubernant, aliena voce iuſſuque vtuntur: ſed qui Rempublic. adminiſtrant, in ſeip ſis ſapientiam habeant oportet, vt non ſit opus aliena voce. *Plut.*

Vbi præſes fuerit Philoſophus, ibi ciuitas erit felix. *Ariſtot. Rhethoric.* 2.

Ars gubernandi ciuitates, principatum tenet in omnibus artibus, *idem Ethic.* 2.

Naturaliter regens dignior eſt regnó.

Melius eſt ciuitatem regi à viro optimo, quam à lege optima. *Politic* 1. & 3.

Non populus cauſa gubernatoris, ſed gubernator cauſa populi fit. *Plat apud Volat.*

Magiſtratus lex eſt loquens. *Cic.* 3. *de legib.*

Magiſtratibus opus eſt, ſine quorum prudentia ac diligentia ciuitas eſſe non poteſt, quorum deſcriptione omnis Reipubl. moderatio continetur: neque iis ſolum præſcribendus eſt imperandi, ſed etiam ciuibus obtemperandi modus. Nam & qui bene imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt: qui modeſte paret, videtur, quia aliquando imperet, dignus eſſe *idem ibid.*

Omnino qui Reipub. præſunt, duo Platonis præcepta teneant. Vnum, vt vtilitatem ciuium ſic tueantur, vt quicquid agant, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum: Alterum, vt totum corpus Reipubl. curent, ne dum partem aliquam tuentur, reliquam deſerant. Vt enim tutela, ſic procuratio Reipubl. ad vtilitatem eorum, qui commiſſi ſunt, non ad eorum, quibus commiſſa eſt, gerenda eſt. *Cic.* 1. *Offic.*

Huc omnia ſunt referenda ab iis, qui præſunt aliis: vt qui eorum in imperio erunt, ſint quam beatiſſimi: eſtque non modo eius, qui ſociis & ciuibus, ſed etiam eius, qui ſeruis, qui mutis pecudibus præſit, eorum quibus præſit, commodis, vtilitatique ſeruire. *Cicer. ad Quint frat. epiſt.* 1.

Sudandum eſt illis, qui magiſtratum gerunt pro communibus commodis, adeundæ inimicitiæ, ſubeundæ ſæpe pro Republ. tempeſtates: cum multis audacibus, improbis, nonnunquam etiam potentibus dimicandum. *Cic. pro Seſt.*

Eſt boni magiſtratus cum auxilia Reipubl. labefactari, conuelliqúe videat, ferre opem patriæ, ſuccurrere ſaluti, fortuniſq; communibus: ſuam ſalutem poſteriorem ſalute communi ducere, intercludere omnes ſeditionum vias. *Cic pro Caio Rabirio.*

Si po-

Si populo conſulis, remoue à te ſuſpicionem alicuius tui commodi: fac fidem, te nihil niſi populi vtilitatem & fructum quærere. *Cic. de lege Agrar. ad popul.*

Nulla re conciliare facilius beneuolentiam multitudinis poſſunt ii, qui Reipubl. præſunt, quam abſtinentia & continentia. *Cicero 2. Offic.*

Eſt boni magiſtratus, commoda ciuium defendere, non diuellere, atque omnes æquitate eadem continere. *2. Offic.*

Eſt proprium munus magiſtratus, intelligere, ſe gerere perſonam ciuitatis, debereque eius dignitatem & decus ſuſtinere, ſeruare leges, iura deſcribere, & ea fidei ſuæ commiſſa meminiſſe. *libro 1. Offic.*

Hi qui Rempublicam tuebuntur, inprimis operam dabunt, vt iuris & iudiciorum æquitate ſuum quiſque teneat: vt neq; tenuiores propter imbecillitatem circumueniantur: neque locupletibus ad ſua vel tuenda, vel recuperanda, obſit inuidia. *Cicero libro ſecundo Offic.*

Inprimis videndum eſt, qui Rempublic. adminiſtrabit: vt ſuum quiſq; teneat, & earum rerum ſit copia, quæ ſunt neceſſaria. *Cic. 2. Offic.*

Magiſtratus, nec obedientem, & noxium ciuem mulcta, vinculis, verberibusq; coerceant, ni par maiorue poteſtas, populusue prohibeat. *Cic. 3. de leg.*

Qui Reipubl. præſunt, legum ſimiles ſint: quæ ad puniendum non iracundia, ſed æquitate ducuntur. *1. Offic.*

Munus eorum eſſe debet, reſiſtere & leuitati multitudinis, & perditorum temeritati. *Cic. de Milone.*

Eſt ei cui Reſpublica commiſſa eſt, neceſſaria oratio & ſapientia, qua regat populos, qua ſtabiliat leges, qua caſtiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros viros, qua præcepta laudis & ſalutis aptè ad perſuadendum edat ſuis ciuibus, qua hortari ad decus, reuocare à flagitio, conſolari poſſit afflictos, factaque & conſulta fortium & ſapientum, cum improborum ignominia ſempiternis monumentis prodere. Plerunq; tamen ad honores adipiſcendos, & ad Rempublicam gerendam nudi veniunt & inermes: nulla cognitione rerum, nulla ſcientia ornati. *1. de leg.*

O conditiones miſeras adminiſtrandarum ciuitatum & prouinciarum! in quibus diligentia plena ſimultatum eſt, negligentia vituperationum: vbi ſeueritas periculoſa eſt, liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, aſſentatio pernicioſa: frons omnium familiaris, multorum animis iratus: iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ, venientes prætores expectant, præſentibus inſeruiunt, abeuntes deſerunt. *Pro Flac.*

Magiſtratus eſt medicus ciuitatis: beneque præeſt, qui iuuat patriam, aut certè lædit non volens. *Thucyd. lib. 6.*

Omnibus grauis eſt magiſtratus, cui nullum certum tempus eſt definitum, & qui nullis actorum ſuorum reddendis rationibus obnoxius eſt: vnd tyrannis naſcitur. *Dionyſius Halic. lib. 1.*

Hominibus Rempubl. tractantibus puto valde neceſſariam eſſe præteritarum rerum cognitionem, vt in ſimilibus caſibus exempla in promptu habeant quæ ſequantur, *idem lib. 5.*

Iis qui de Repub. conſultant omnia quæ veriſimiliter accidere poſſunt, ſunt proſpicienda. *idem lib. 7.*

Viris ciuilia negotia tractantibus quemadmodum cæteris hominibus illud commune eſt, vt omnium eorum quæ rebus adhærent contemplatione pleniſſima delectentur *idem lib. 11.*

Præfectum Rebuſpubl. ſtantem mori oportet. *Dictum Turbonis* viri eximia virtute præditi. *Dion. in Adriano.*

Boni malique in Republica nihil eſt, quod in diuerſum traduci nequeat moribus præſidentium. *Aurel. Vict. lib. de Cæſarib.*

Moderatores omnium errare minus fas eſt. *idem ibid.*

Omnino ab hominibus honor iis debetur, quos honore Deus dignatus eſt. *Cedren. hiſtor. compend pag. 462.*

Oportet eum, qui Rempubl. gerit, varia conſilia agitare, ac perſpicere qua potiſſimum ratione vnaquælibet res facillimè poſſit expediri: itaque ſæpe ille parte aliqua dimiſſa, totam rei ſummam conſeruat, paruoque cedens maiora conſequitur. *Plut. in comparat. Solonis & Publicolæ.*

In vrbe, quæ de virtute iudicium ferre poteſt, qui in ſumma eſt conſtitutus potentia, malis nequaquam locum dare debet, neque functiones publicas indignis, neq; fidem habere infidelibus. *idem in comparat. Niciæ & Craſſi,*

Is qui in Republica verſari præclare vult, debet ſemper re quidem id quod rectum eſt ei quod aduletur multitudini præferre: oratione autem efficere, vt idipſum quoque moleſtum ſit. *idem in Cicerone.*

Cœpta inter duos iuniores tribunos in vrbe certamina, cupiditate eadem imperii multo impenſius accenſa ſunt: nihil ſentire, idem pro ſententia pugnare, ſua conſilia velle, ſua imperia ſola rata eſſe volunt, contemnere inuicem & contemni. *Liuius, Decad primâ, libr. 4.*

Eos qui in publica rerum adminiſtratione verſantur, intueri hæc diligenter, & exactiſſimo ſtudio examinare decet, ne eos lateat animus illorum, cum quibus vel iunguntur fœdere, vel pace conciliantur, quando id cedentes tempori faciant, quando animo non[...] terius ſæuiendi; quo ab iis quidem qui opportunitatem male[...]endi præſtolantur cauere aſſidue poſſint: iis verò quos vel ſub[...] imperio ſuo, vel veros amicos norint, quandoque res ferat ſecur[...] fideliter vtantur. *Polyb. lib. 3.*

Ferrum neque Rempublicam gerens, neque medicus adhibere niſi extrema poſtulante neceſſitate debet: vtrunque enim imperio[...] eſt, & in Republica iniuſtitia & crudelitas ad eam imperium [...] cedunt. *Plutarchus in comparat. Agidis & Cleomenis cum Ti.[...] C. Graccho.*

Belli tempore ſemper neceſſe eſt, vt propter aduerſos caſus gu[...]bernatores male audiant. *Thucyd. lib. 5.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Perianaer*, felicem fore eam Rempubl. putabat, in qua [...]liqua æqualia exiſtimentur, virtute quod melius, vitio autem [...] deterius eſt deſignatur. *Stob. ſerm. 41.*

*Idem* Principes conſtitui iuſſit illos, qui à teneris bene [...] ſint, & iam adulti ætatem ſuam lucri gratia non proſtituerint. [...]*dem.*

*Idem* dicere ſolebat, beatas eſſe Reſpubl. quæ ab illis regerentur qui aut ipſi ſaperent aut ſapientiæ incumberent. *Cicero ad Quin[...]tum fratrem.*

*Zeno* ſolitus eſt dicere, decorandas eſſe vrbes non precioſis [...]mentis, ſed inhabitantium virtutibus. *Stob. 4. ſerm. 41.*

*Chryſippus* rogatus cur non adminiſtraret Rempubl. dixit, [...] ſi quis male rexerit, diſplicebit diis: ſi bene, ciuibus. *Stobæus [...]mone 43.*

*Ariſtoteles* dicebat, prudentes Magiſtratus debere non prop[...] officium aut imperium, ſed virtutis cauſſa admirationem ſui pa[...]re: Vt etiam immutata fortuna eiſdem laudibus digni cenſea[...]tur. *Stob. eod. ſerm.*

*Epictetus*, Quemadmodum, inquit, faces in portu ſublatæ, ma[...]gna in flamma in paucis cremiis excitata, nauibus per mare er[...]bundis multum auxilii ferunt: ſic & vir ſplendidus (id eſt pruden[...] magiſtratus) in vrbe periclitante, paucis ipſe rebus contentus, ma[...]gnis beneficiis ciues afficit. *Stob. eod. ſerm.*

*Theophraſtus* percontatus, quidnam Rempublicam conſeruare[...] reſpondit, Præmium & pœna *Stob. ſerm. 41.*

*Epaminondas.* Quum Epaminondæ per inuidiam & contume[...]liæ gratia ſordidus quidam & contemptus magiſtratus delega[...] eſſet à populo Thebano, non aſpernatus eſt, dicens: Non ſolum ma[...]giſtratum oſtendere virum, ſed virum viciſſim oſtendere magiſtra[...]tum. Itaque ſe geſſit, vt deinceps tanquam honeſtum mun[...] multis ambiretur, quum antea nihil fuerit, quam cura, ſordes [...] ſtercora ex angiportis eiiciendi. *Eraſm. libr. 5. apophthegm ex Plu[...]tarcho.*

*Adaſicles* interrogatus, quonam pacto magiſtratus, nullo ſi[...]tus ſatellitio, imperare ſuis poſſet? reſpondit, Si ita imperet ſuis [...] pater filiis. Quo innuit, ſi magiſtratus beneuolentia & beneficiis adiungeret ſibi ciuium animos, non opus eſſe barbarico condu[...]tioque ſatellitio, cum nullos haberent corporis cuſtodes tantum quam ciues, erga quos patris gererent affectum. *Plutarchus in La[...]conicis.*

*Ageſilaus*, Magiſtratus officium eſſe dicebat, erga rebellantes au[...]dacia, erga ſubiectos beneuolentia vti. *Plut. in Lacon.* Vt poſtea di[...]xit Virgil, principis artes eſſe:

*Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos,*

*Idem* rogatus à quodam, cur Spartanorum Reſpubl. præ cæteris ſecundis rebus floreret? Quoniam inquit, plus cæteris in hoc ſe exercent, vt pariter & imperare & parere ſciant. Senſit vir pruden[...]tiſſimus, ciues diſciplinæ capaces cauſſam eſſe incolumitatis publi[...]cæ. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Themiſtocles.* Cleon cum primum ſtatuiſſet Rempubl. capeſſere amicis in vnum locum conuocatis, eam quæ ei cum illis interce[...]rat amicitiam dirupit, tanquam quæ in adminiſtratione ciuitatis rectum ac iuſtum inſtitutum emolliat, & tranſuerſum agat. The[...]miſtocles contra, qui, cum quidam moneret vt præclarè magiſtratu fungeretur: nequaquam, inquit, in eo ſeſſurus ſum throno, in quo amici non meliore ſunt futuri conditione quam inimici. Non e[...]nim ciuitas homines amicis & ſodalibus carentes, ſed commodos & temperantes requirit. *Anton. in Meliſſ. part. 2. ſerm. 1.*

*Agathon* dicere ſolebat, magiſtratum trium debere meminiſſe. Primum, quod imperet hominibus: Deinde, quod ſecundum le[...]ges: Tertiò, quod non ſemper imperet. *Stobæus ſermone quadra[...]geſimo tertio.*

*Apollonius* cum vidiſſet in Domitiani ædibus, quendam ſenem iam confectum magiſtratum inhianter affectare, atque Imperatori ceu ſeruum ſe ſubmittere, Huic, inquit, ô Damis, non perſuaſit So[...]phocles, vt agreſtem Dominum furioſumque aufugeret. *Eraſmus lib. 5. cap. 5.*

Fab-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Fabio maximo* iam ſene, filius illius conſul factus eſt, qui cum ... multis audientibus habuiſſet orationem: Fabius con... equo præcedebat. Quum autem iuuenis lictorem miſiſ... patrem iuberet equo deſcendere, alii quidem factum hoc ... At Fabius ab equo diſiliens, non habita ætatis ratio... filium complexus: Euge, inquit, fili, ſapis: qui intel... quibus imperes, & quam magnum magiſtratum ſuſceperis, ...

*Scipio minor*, quum in cenſura Mumium collegam haberet, ... grauiterque pro roſtris dixit, ſe ex maieſtate Reipublicæ o... ſiue ſibi Quirites collegam dediſſent, ſiue non de... *Plin. in l. de Viris illuſtribus cap.* 58. *Valer. Maxim. libro* 6. ...

*M. Cato* exhortans magiſtratus ad ſumendas pœnas de his qui ... dicebat eos qui maleficos prohibere poſſent, nec fa... lapidandos eſſe: ſentiens illos, de vniuerſo populo peſſime ... quod ad ſcelerum licentiam inuitarent improbos. *Plut. in* ...

*Alphonſus* dicere ſolebat, eos, qui aliis præeſſent, tanto priua... meliores eſſe oportere, quanto honoribus & di... antecellerent, Sentiens tum demum ſubditorum mores ... formari poſſe, ſi hi quibus Reipublicæ gubernatio com... vitæ inculpatæ exemplo præcedant, vt viuum ſint exem... virtutis. *Panormitanus libro ſexto de rebus geſtis Al*...

*Idem* Magiſtratum, cotem appellare ſolitus eſt, quo hominum ... probarentur. Quemadmodum enim argentarii ad aurum ... argentum probandum cote indice vtuntur: ſic magiſtrati... Rex docere voluit, quo ciuium mores atque animos ex... Magiſtratus enim, vt communi prouerbio celebratur, ... indicat: quod quidem Pittaco Mitylenæo & Soloni alii tri... Quanquam Ariſtoteles *libro quinto Moralium*, Biantis ... citant. Eſt autem ſenſus, vix ſatis perſpici poſſe mores & ... in vita hominis priuata Alphonſi dictum recitat. *Panor.* ...

*Iſocrates* dicere ſolebat abſurdum eſſe, cum artes manuarias ne... qui eas non didicerit: neque quiſquam aliud facien... ei, qui eius opificii ſit plane ignarus: ad publicos magi... admitti eos, qui rerum omnino rudes eſſent. *Eraſm. lib.* 3. *apoph.*

*Plato*, cenſebat publica munera nemini eſſe concedenda, quod ... ad ea capeſſenda diues eſſet, aut huiuſmodi quicquam ... vt robur, magnitudinem, generis claritatem: ſed ei qui ... pareret maxime, & hac re cæteris in ciuitate præſtaret. *lib.* 4. ...

*Chilon*, Fratri querenti, quod Ephorus ipſe non crearetur, quam ... Ego, inquit, iniuriam ferre noui, tu non ſignificans nemi... idoneum magiſtratui, qui non poſſit diſſimulare multa ... æquum & bonum facta, iuxta illud, ἄρχων ἀκούσιον καὶ δικαίως ..., id eſt, Princeps, æqua & iniqua pariter audiat. *Laert. in* ...

*Antiſthenes* admonuit Athenienſes, vt aſinos æque atque equos ... ad agriculturam. Quum illi dicerent hoc animal eſſe a... ab aratione: Quid refert, inquit, quum in veſtra Republica ..., qui nunquam didicerunt adminiſtrandi rationem: ſed ..., quod à vobis delecti ſunt? Sentiens, multo abſurdius eſ... commendare Rempublic. qui gubernandi artem non tenet, ... ſi aſinum pro equo adhibeas aratro. *Laertius libro ſexto capit.* 1.

*Carneades*, cum in ſenatu dixiſſet, neminem conſulem, nemi... prætorem aut Imperatorem eſſe, niſi ſapientem: Albino, qui ... prætor erat, audiente, ſubridens ait: Ego igitur tibi Carneades ... non eſſe videor, quia ſapiens non ſum? *Bruſonius libro* 4. *cap.* 5.

*M. Cato* ciues incuſabat, quod ſemper iiſdem committerent ma... Videmini enim, inquit, aut nullum habere magiſtratum, ... iudicare paucos eſſe dignos magiſtratu. Quorum alterum erat ... ſentire de publica poteſtate, alterum, de ciuibus. *Plut. in Rom. apoph.*

*Idem*, Cenſuram petens, quum cæteros competiores videret ..., populoque blandientes, ipſe clamabat, populo opus eſ... medico auſtero, validiſque remediis: proin eligendum non ... iucundiſſimus eſſet, ſed qui inexorabilis. Atque hæc dicens, ... omnes cenſor creatus eſt. Agnouit populus morbum ſuum: ... Cato plus valuit obiurgando, quam cæteri blandiendo. *ibidem.*

*Saturninus*, quum milites illi peplum imperiale impoſuiſſent, ... concione de ſeipſo dixit: Commilitones, boơum ducem ..., & malum principem feciſtis: Ante fuerat egregius, ſed ... in imperio fuerat ſeuerior, ab iiſdem à quibus imperator ... fuerat, interemptus eſt. Non quivis ad quodvis munus ido... eſt. *Trebell. Pollio.*

*Auguſtus Cæſ.* Romanum admonuit magiſtratum, vt Rem... committerent iis qui vſu & experientia rerum plurimum ..., nec eam ſinerent pendere ex cuiuſquam voluntate. Nihil ... in Republica pernicioſius eſſe putauit, quam ſi magiſtratus rerum imperitus dominium obtineat. *Xiphil in Dionis abbreuiator in Auguſto.*

*Idem*, cum ægre ferret, quod Caius, quem Agrippa eius filius ſuſceperat, nondum adoleſcens conſulatum petiiſſet: graui dolore affectus, precatus eſt, ne vnquam incideret in huiuſmodi tempora, in quæ ipſe olim inciderat, vt minor XXI. annis conſul fieret. Cumque adhuc inſtaret, reſpondit: id imperium deferendum eſſe ei, qui nihil peccaret, quique poſſet ſtudiis populi Romani obſiſtere, deinde vt eos modeſtiores faceret. *Dion. Nicæus in Auguſt.*

*Democritus* dicere ſolebat, melius eſſe regi ab aliis, quam regere homines malos. *Stob.*

*Alcibiades* dicere ſolitus eſt de ſuis factis, ſe Dioſcurorum vitam viuere. Nam dum populi gratiam obtineret, diis parem ſe videri: cum vero illam amiſiſſet, nihil à mortuis diſcriminis habere. *Ælia. l.* 13. *de Var. hiſt.*

*Themiſtocles* audiens quoſdam ambire magiſtratum: Si mihi inquit, duas oſtenderetis vias, quarum vna ad ſe pulchrum, altera ad tribunal duceret, multo libentius ingrederet eam quæ recta ad ſepulchrum duceret. Non ignorauit ſane vir ſapientiſſimus, quantæ curæ, moleſtiæ vexationes, circumueniant eos, qui in magiſtratu conſtituti, omnibus expoſiti eſſe coguntur. *Ælian. libro* 6. *Variæ hiſtor.*

*Demoſthenes* ad iuuenes quos habebat familiares, dicere ſolebat: Sibi ignaro iam quantum inuidiæ, metus calumniæ, ac diſcriminis ſit expectandum ad Rempubl. accedenti, ſi ex duobus alterum ſit eligendum citius in exilium iturum, quam ad ſugeſtum aut tribunal. *Eraſ. l.* 4. *apoph. ex Plut.*

*Seleucus* frequenter dicere ſolitus eſt, paucis notum eſſe Regum aut magiſtratum quantæ ſint curæ. Alioqui nullum inuentum, iri, qui regium diadema humi proiectum tolleret. *Eraſm. lib.* 8. *apoph. Stob. ſer.* 46. *Antiocho aſcribit, cuius dicti meminit etiam Val. Max. l.* 7. *c.* 2.

*Antigonus*, cum regium ſibi traditum accepiſſet diadema, priusquam capiti imponeret, dixiſſe fertur: O nobilem magis quam felicem pannum! quem ſi quis penitus cognoſcat, quam multis ſolicitudinibus, periculis & miſeriis ſit refertus, ne humi quidem iacentem tollere vellet. *Valerius Maximus libro* 7. *capit.* 2. *Stobæus ſerm.* 46.

*Pompeius Magnus* quum ex literis Senatus intellexiſſet, omnia quæ Sylla armis obtinuerat, in ipſius poteſtatem eſſe tradita populi ſuffragiis centuriatis, percuſſo femore dixit, Proh! nunquam finienda pericula! quanto ſatius erat obſcurum naſci, ſi à militaribus curis nunquam dabitur recedere: nec hac exuto inuidia, licet cum vxore ruri vitam degere? Magnam potentiam ambit inexpertus, odit expertus, ſed deponere tutum non eſt. *Plutarchus.*

*Alphonſus.* Cœnam ſenex quidam importunus & garrulus quum ſine fine obreperet, exclamaſſe fertur, & dixiſſe, Aſinorum conditionem eſſe potiorem quam regum. Nam illi dum naſcuntur, dominos parcere: regibus neminem. *Anton. Panorm. & Aneas Syluius de dictis & factis Alphonſi.*

*Idem* interrogante quodam cur imperium non deponeret? dixit: Quoniam per vim imperanti, etiam vltro deſiſtere periculum eſt. *Stob. ibid.*

*Heraclitus*, Rempublic. vt deploratam contempſit, eique dare leges quum rogaretur, recuſauit. Seceſſit autem in templum Dianæ, ibique cum pueris ludebat talis. Circumſtanti & admiranti populo: Perditi, inquit, an non præſtat hoc agere, quam vobiſcum Rempub. adminiſtrare? *Laert. l.* 5. *c.* 1.

*Antiſthenes.* Rogatus, quomodo ad Rempublicam capeſſendam ſit eundem? Velut inquit, ad ignem, ne nimis admotus exuraris, procul amotus frigeſcas. *Stob. ſer.* 43.

*Bion.* Dixit, oportere bonum virum à magiſtratu diſcedentem non ditiorem, ſed clariorem euaſiſſe. *Stob. ſer.* 43.

*Pythagoras*, Dicebat primum luxuriam ciuitates ingredi, deinde ſaturitatem, poſtea contumeliam, poſtremo exitium. *Stobæus ſerm.* 41.

*Cic.* Cum Caninium Conſulem poſtremo anni die à Ceſaræ factum videret, qui tamen poſtremo die conſulatum pro more alteri tradere cogebatur, iocoſe de breui eius magiſtratu iudicans Conſulem, inquit, habuimus vigilantiſſimum & fortiſſimum, qui in toto ſuo conſulatu ſomnum non vidit. *Xiphil. Nicæi abbreuiator in Cæſare.*

*Idem.* De Caninio Reuilio cum paruo tempore conſul fuiſſet, ſex videlicet meridianis horis idem dixit. Conſulem habuimus tam ſeuerum, tamque cenſorium, vt in eius magiſtratu nemo pranſus ſit nemo cœnauerit, nemo dormierit. *Eraſmus libro quarto apoph.*

*Idem* Vatinius cum morbo laboraret, & eo nomine in Ciceronem inueheretur, quod ægrotantem non acceſſiſſet? Volebam inquit Cicero, in tuo venire conſulatu, ſed me nox occupauit. *ibidem.*

*Idem.* Ad hunc conſulem congratulandi ac aſſociandi gratia pluribus euntibus: Maturemus, ait, vt hominem ante ſui conſulatus exitum præueniamus. *Plutarch.* Talis fuit autem ſub Ga-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lieno Imperatore poſtea Marius tyrannus, *Vt ſcribit Trebel. Pollio*, qui vna die factus eſt Imperator, altera viſus eſt imperare, tertià interemptus eſt.

*M. Votacillus* in C. Seruilium: qui vno tantum die conſul fuit, ita luſit: Ante Flamines, nunc conſules diales fiunt. Abuſus eſt voce, Diales: quaſi à Die deducta ſit, ac non magis à Ioue, cui Flamines inſtituebantur, *Macrob. l. 2. c. 2. Satur.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Polybij.* Quemadmodum mare natura ſua innoxium eſt recte vtentibus & firmum, ſi vero violenti ſtatus in illud irruerint, tale redditur vtentibus, quales ſunt venti, à quibus circumquaque impellitur. Ita & multitudo talis redditur vtentibus; quales habet duces & conſiliarios. *Lib. 11. hiſt.*

*Plut.* Qui in eadem vehuntur naui & in iiſdem militant tentoriis, ſeſe mutuo ferant oportet. Sic qui verſantur in Repub. At in conuiuiis non idem eſt neceſſe: nam illic periculum eſt commune, hic non idem. *in moral.*

*Arbores inuidæ*, vetulæque ſubnaſcentes arbuſculas vmbra ſua premunt, nec ſinunt effloreſcere: Non ſic faciendum ſenioribus magiſtratibus: ſed inuitandi potius, & adiuuandi iuuenes. *in moralibus.*

*Vt qui præteruauigatis* Syrtibus, iuxta portum frangit nauem nihil magni fecit: Ita qui vno atque altero magiſtratu recte geſta in ſummo naufragium facit. *in mor.*

*Alexander* Bucephalum iam ſenem ab aliis equis geſtandum curare ſolebat, donec ad hoſtem ventum eſſet, vt integer ad pugnam veniret: Ita ſenum magiſtratuum vtendum opera, vt eis adimatur quantum poteſt laboris, ad neceſſitatem vſus illorum reſeruetur. *in mor.*

*Medici* morbos quos non poſſunt prorſus tollere, ad ſumma corporis in apertum euocant; Sic magiſtratus ſi clam ciuitatis vitiis mederi non poteſt, vt quam minime medicis ac pharmacis, hoc eſt, ſuppliciis egeat. *in moral.*

*Inter agathalos* & acanthylides tantum eſt odium, vt ſi ſanguis eorum vt miſceatur. continuo ſeparent ſe rurſus, ac diſſiliant: Sic inter patricios & plebem, etiamſi quando pro rerum vſu coniunguntur, durat tamen vſque odium naturale. *in moralibus.*

*Hiſtrio ſic affectus* ac mores addet fabulæ de ſuo, vt præſcriptum tamen, & numeros non prætereat; Ita qui magiſtratum gerit, ſic adminiſtret, vt præſcriptum Regis non exeat. *in Moralibus.*

*Vt mulieres* laborantes citta, aut ſtamacho nauſeantes, malos quoſdam cibos ingerunt, ac paulo poſt reuomunt: Sic populus per ſtultitiam, aut inopiam meliorum, quoſvis etiam creat magiſtratus, ac eoſdem paulo poſt abiicit. *in moral.*

*Franciſci patricij Senenſis.* Sicut medicus languentis vtilitati, non ſuæ, & gubernator eorum quos vehit, conſulere debet: Sic Rex eorum quibus imperat. *Libro ſecundo titul. 1. de inſtitutione Regis.*

*Quemadmodum* pictor inſignis non ſolum oculos & faciem (quaquam potiora ſint) penicillo exornat, verum totam imaginem colorum varietate honeſtat: Sic magiſtratus in vrbe bonus, non eo ordine Rempublicam ſuam inſtituit, vt vnum tantum genus in ea felix exiſtat, ſed ciuitas vniuerſa beatitudinem per ſolam iuſtitiam conſequetur. *Lib. 2. tit. 1. De inſtitutione Regis.*

*Plinij:* Vt pulegium ipſo brumæ die floret, cum marcent omnia: ita rebus peſſime vexatis, regnant mali: quorum in pace nullus eſt reſpectus. *Lib. 18. c. 25. & lib. 2. c. 24.*

## ¶ EXEMPLA BIBLICA.

Magiſtratus Dei miniſter eſt, *Roman.* 13. *Verſic.* 4. 6. Dii vocantur *Pſalm.* 82. 1. Cur ſic vocentur. Non ſunt aſpernandi, *Ioan.* 10. 34. 35. 2. *Petr.* 2. 10. *Iudæ. Ver.* 8. Magiſtratus boni quam neceſſarii, *Iud.* 2. 19. & 8. 33. 1. *Samuel.* 7. V. 13. 1. *Reg.* 3. 28. 2. *Paral.* 29. 20. *Prouerb.* 11. 14. *Eccl.* 10. 17.

Magiſtratus Officia. I. Amplecti veram religionem, procurare & promouere, *exempla*, Ioſuah, *Num.* 27. *v.* 18 19. *Ioſ.* 3. *v.* 5. 6. 7. Saul, 1. *Sam* 10. 10. Samuel, 12. 20. 21. Dauid, 2. *Sam.* 6. 20. 21. *Pſal.* 2. 10. 11. & 24. *v.* 6. 7. & 148. 11. 1. *Reg.* 2. 1. 2. 3. 1. *Paral* 16. 1. 2. Salomon, 1. *Reg.* 8. 21. 23. 24. & 9. 25. Ezechias. 2. *Reg.* 18. 3. 4. 5. 2. *Paral.* 9. 25. 26. Ioſaphat, 17. 3. 4. 5. Ioſias, 2. *Reg.* 23 *ver.* 2. 3. 4. 2. *Paral.* 34. 33. & 35. *v.* 2. &c. Cyrus, 36. 22. 1. *Eſdr.* 1. 2. 3. II. Abolere idololatriam, *Exempla.* Aſſa. 1. *Reg.* 15. 12. 13. Iehu, 2. *Regum.* 10. 25. 26. &c. Ezechias, 18. 4. 5. Ioſias, 23, 4. 5. 6. Rex, & Daniel, *Dan.* 4. 21. 22. III. Curare vt pura & ſyncera doctrina Catholica tradatur, ac propagetur, *Exempla:* Rex Aſſyriorum, 2. *Regum* 17. 26. 27. Ioſaphat, 2. *Paral.* 17. 7. 8. Nabuchodonoſor, *Dan.* 3. *Verſic.* 97. 98. 99. Darius, 6. 25. 26. Ioſias, 2. *Regum* 23. *verſi.* 21. Ezechias, 2. *Paral.* 30. 1. IV. In pietate vera & religione ſana maiorum exempla imitari *Exempla*, Aſa, 1. *Regum* 15. 11. 12. Ioſaphat 2. *Paral.* 17. 3. 4. Ezechias, 2. *Regum* 18. 3. 4. &c. 2. *Paralip.* 29. 2. Ioſias, 2. *Regum* 22. *Verſic.* 2. V. Eſſe nutritium Eccleſiarum & Scholarum, *Exempla:* Pharao, *Geneſ.* 47. 56. Duces populi Iſr[...] *Num.* 7. 1. 2. &c. Principes Iſraelitarum, 31. V. 49. 50. Dauid, 1. *Par.* [...] 2. Principes familiarum, *v.* 6. 7. Hiram, 1. *Reg.* 5. 16. Salom. [...] 15. 11. 15. Ezechias & ſubditi eius, 2. *Par.* 31. 4. 5. Cyrus, 1. *Eſdr.* [...] 4. 1, Darius, 6, 3. 4. Abdias domus regis Achab diſpenſator, 1. [...] 13. Abimelech, *Ier.* 38. 7. 8. 9. 10. Magi, *Matth.* 2. 11. iuxta illud, [...] 13. VI. Exemplo pietatis, honeſtatis & iuſtitiæ ſubditis præire. *Exempla:* Ioſeph, *Gen.* 47. V. 23. 24. Dauid, 2. *Sam.* 6. 14. 1. *Paral.* [...] 2. *Sam.* 1. 24. Samuel, 1. *Sam.* 12. 2. 3. Salomon, 1. *Reg.* 10. 6. 7 [...] 2. *Paral.* 19. 6. 7. Rex Niniuitarum, *Ioan.* 3. 6. 8. VII. Cerem[onias] diuinitus inſtitutas vna cum ſubditis ſancte obſeruare, *Exempla:* [Sa]lomon. 1. *Reg.* 2. 26. 27. 35. Salomon & omnis Iſrael, 6. 62. 63. 64. [...] Aſſyriorum, 2. *Reg.* 17. 27. 28. Ezechias & populus Iudaicus, 2. *Par.* 30. 1. 2. Ezechias, 31. 2. VIII. De rebus agendis & adminiſtrandis [...] Domini conſulere: *Exempla:* Ioſuah conſulit Eleazarum, *Num.* 27. 20. 21. 22. Saul obtemperat Samueli, 1. *Sam.* 10. 8. 9. Dauid conſulit Dominum, 23. 19. monitis Gad obtemperat, 24. 18. Ioſaphat [...]chab conſulunt Michæam, 1. *Reg.* 22. 5. 7. Rex Iuda, Iſrael & [...] Eliſæum, 2. *Reg.* 3. 11. Ezechias Eſaiam, 19. 2. Sedechias Ieremiam, [...] 38. 14. IX Subditos ad ſeriam pœnitentiam & orationem [...] cohortari; *Exempla:* Ioſaphat, 2. *Paral.* 20. 3. 4 18. 10. 20. [...] 32. 6. 7. Rex Niniuitarum, *Ioan.* 3. 6. 7. X. Extruere & reſtaurare ædificia, in quibus verus Dei cultus tractetur. *Exempla:* Dauid, [...] 7. 2. 5. Salomon, 1. *Reg.* 5. 4. 5. & 6. 2. Ioſias, 2. *Reg.* 22. 3. 4. 5. Cyrus, 2. *Paral.* 36. 22. Darius, 1. *Eſdr.* 6. *v.* 1. 2. 3. XI. Viros pios ac bonos ad gubernationem idoneos præfectos ordinare & conſtituere, *Exempla:* Moſes, *Exod.* 18. *verſic.* 21. 22. Dauid, 2. *Sam.* 8. *v.* 14. 15. 16. 17. [...] 23. Salomon, 1. *Reg.* 2. 34. 35. & 4. V. 2. 3. & 11. 28. Ioſaphat, 2. *Par.* [...] 5. 11 Dauid, *Pſalm.* 101. 4. 5. 6. 7. XII. Prius cognoſcere cauſam [...] ſententiam ferre. *Exempla.* Iſraelitæ, *Iudic.* 20. *v.* 3. &c. Ioſuah, [...] 20. Salomon, 1. *Reg.* 3. 23. 24. XIII. Inire fœdus, & colere amicitiam & pacem cum vicinis gubernatoribus, *Exempla:* Abimelech cum Abraham, *Geneſ.* 21. 27. Dauid cum Hanon, 1. *Paral.* 19. 2. Salomon cum Hiram, 1. *Reg.* 5. V. 4. 5. cum Pharaone, 3. 1. 2. cum vicinis Regibus, 2. *Paral.* 9. 23. 24. XIV. Dimicare pro libertate, aduerſus [...]tioſos ac hoſtes publicos. *Exempla:* quinque Reges Sodomorum, *Geneſ.* 4. 8. Aod *Iudic.* 3. 28. Samgar. 31. Debora & Barach, 4. [...] Gedeon, 7. 22. 23. Iephthe, 11. 32. 33. Ioab. 2. *Sam.* 10. 12. Dauid, [...] Ezechias, 2. *Regum* 18. *verſicul.* 7. 8. XV. Supplicia de [...] ſumere, & innocentibus parcere. *Exempla:* Ioſuah, *Ioſ.* [...] Samuel, 1. *Samuel.* 15. 33. 34. Saul parcit Cinæo, 6. Salomon, [1. Re]gum 1. 25.

Magiſtratuum impiorum mala opera oppoſita leguntur [...] officiis ſupra commemoratis & eorundem exempla in Iudicum & Regum Iſraeliticorum hiſtoriis leguntur.

Magiſtratuum bonorum. *Exempla:* Ioſeph, *Geneſ.* [...] Septuaginta Seniores, *Numer.* 11 16. Ioſuah, 27. 16. 17. *Deuteron.* 17. 15. Iudices, *Iudic.* 2. 16. 18. Othoniel. 3. 6. Aod, 15. Gedeon, [...] 15. 34. Saul, 1. *Sam.* 9. 15. 16. Dauid, 2. *Samuel.* 5. 12. 1. *Paral.* [...] *ral.* 18. 14. & 21. 17. &c. Salomon, 1. *Regum* 3. 7. & 10. 9. Iehu, [...] 1. 2. 3. &c. Ioachaz, 13. 4. 5. Cyrus, *Paral.* 36. 22. Nabuchodon. *Dan.* [...] 37. 38.

Magiſtratus boni præmia à Deo promiſſa & præſtita. *Exempla:* Ioſuæ, *Ioſ.* 3. 7. Dauidi, 1. *Regum* 2. 44. 45. Salomoni, [...] boamo, 30. 31. 3. Ezechiæ, 2. *Regum* 18. 7. Ioſaphato, 2. *Paralip.* [...] 3. 5.

Magiſtratus peccata puniuntur in ſubditis. *Exempla.* Saulis homicidium, 2. *Samuel.* 21. 1. Dauidis ſuperbia, 12. 10. & 24. [...] Salomonis idololatria, 1. *Regum* 11. 30. 32. 33. peccata Ioram, 2. *Paralipom.* 21. 12. 13. impius Achas, 28. 19. Achab, *Regum* 20. *verſicul.* 42.

Magiſtratus impii & iniqui. *Exemplu:* Magiſtratus, *Act.* [...] Gallion Tribunus, 18. 17. Tribunus, 22. 24. Magiſtratus poteſtas à Deo, *Ioan.* 19. 11. Magiſtratuum timor à Deo, *Ioſ.* 4. 14. Magiſtratus malus malo populo iuſta Dei ira credit, 1. *Reg.* 12. 24. *Iob.* 34. 30. *Prouerb.* [...] 2. *Eſaiæ* 3. 3. & 19. 10. *Ezech.* 14. 9. *Oſeæ.* 13. 11 2. *Theſſ.* 2. 11. Magiſtratus mali arguuntur, *Pſalm.* 82. 2. *Eſa.* 1. 23. *Ier.* 5. 5. 28. *Ezech.* 22. 27. [...] 11. *Sophoniæ:* 3. 3.

---

# Magnanimitas.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

MAgnanimitas, Græce μεγαλοψυχία, ας, ἡ, & μεγαλόψυχος [...] magnanimus dicitur. Magnanimitas Hebr. dicitur [...] verbo *Gaah*, Gloriatus eſt, eminuit, excellit, hinc [...] Eſt autem magnanimitas virtus, quæ verſatur circa magna. *Secundum Ariſtotelem lib. 4. Ethicorum.*

Magnanimitas eſt virtus magnorum beneficiorum effectiua: [...] ius contrarium eſt puſillanimitas. *ſec. lib. 1. Rhet.*

Magnanimitas importat intentionem animi, vel ad magna abſolute, vel ſecundum proportionem. *ex B. Thom. ſecund. Sec. qu.* 129. *art.* 1.

Magnanimitas eſt virtus tendens ad maxima, ſecundum rectam rationem *ex B. Thom. ibid. art* 3.

Magnanimitas virtus eſt, ob quam felicitatem & infelicitatem, honorem & dedecus ferre animus poteſt. Eius eſt honeſte ſuſtinere, quæ ad gloriam ferant omnia, nec non obuenientia contraria: neq; admirari & obſtupeſcere aliorum rebus, non clientelis moueri, non rerum affluentia, non victoris, quæ de bellis & prælijs relatæ ſunt, ſed excellentem tollere animum, & magnum ad omnia fortunæ bona putare facienda. Et etiam magnanimus, qui vitam producere longam non magnipendit, quique de ſua vita anxius non eſt, moderatus ac ſimplex & generoſus, qui vbi inferre poſſit iniuriam, vlciſci negligat.

Comitatur magnanimitatem Simplicitas & Veritas. Huius extrema Ambitio & Puſillanimitas.

## ❡ Sententiæ Patrum.

Sapiens non metu frangitur, non poteſtate mutatur, non extollitur proſperis, non triſtibus mergitur. *Amb. ad Simpl.*

Magnanimus eſt qui cuncta facilis ſuſtinet: nec parua ferre, pectoris parui eſt nimis. *Nazianzen. in Carm.*

Magnanimitas eſt perfecta animi virtus, ac velut ornamentum virtutum. Magnanimi autem viri præter alia proprium hoc eſt, homines eum qui vulgaribus & abiectis viris, atque ob paruas res exagitentur aſpernari, atque item contemptum & ignominiam, ac propterea iis a quibus offenditur ignoſcere. *Elias Nazian. interpres, in 2. orat.*

Magnanimi viri præter alia quibus præditus & inſtructus eſt, proprium illud videtur, nihil ſeruiliter, nihil tecte atque occulte dicere aut facere, ſed omnia aperte & propalam: atque odium ſuum & beneuolentiam præ ſe ferre. *Idem in oratione tertia.*

Externi ſapientes Magnanimitatem definiunt animæ virtutem, per quam nonnulli ea quæ accidunt facile perferre poſſunt: noſtri vero magiſtri liberalitatem & munificentiam animi magnitudinem perſæpe nuncupant, *idem in orat.* 11.

Paruulus eſt, qui terrena diligit, magnus, qui æterna concupiſcit. *Greg. l.5. mor.*

Qui magna ait, quamvis de ſe humilia ſentiat, ſcit tamen magna eſſe quæ agit. Nam ſi magna eſſe neſcit, ea proculdubio minime cuſtodit. *idem lib.*26.

Poſtquam Deus omnipotens regnum veſtrum fidei rectitudine ornauit, & integritate Chriſtianæ religionis inter gentes alias fecit eſſe conſpicuum, magnam de vobis præſumendi materiam conſequimur, quod ſubiectos veſtros ad eam conuerti fidem cupiatis, in quorum nempe Reges eſtis & domini, *idem in Regiſt. l.5. cap.58. ad Reges Franc.*

Non ſine cauſa ſapiens vrbium expugnatori prætulit virum qui animi dominatur. Tu ad hoc multum virtute opes habes, non quaſi tempore, ſed qua induaris ex alto. Ipſa enim ſi perfecta ſit, facile ſic animum victorem ſui, & ſic inuictum reddit ad omnia. *Bern. ſuper Cant. ſerm.* 58.

Quoniam magnum habes dominum, ſis quoque tu excelſus, & deſpicias rebus, quæ ad hanc vitam pertinent. Sume ſpiritus qui deſpiciat præſentium rerum humilitatem, non vt ſis elato animo & inſolens, ſed magno & excelſo animo. Aliud enim arrogantia aut inſolentia, & aliud magnitudo animi. Eſt enim arrogans, qui propter res paruas ſe iactat & gloriatur, ac conſeruos deſpicit. Alto vero eſt animo, qui mente eſt humilis, & præſentis vitæ vmbras nihil eſſe exiſtimat. *Chryſ. hom. in Pſal.* 144.

### ❡ Poeticae Sententiae.

Anthol. ſacra Iac. Billii.

*Qui valet aduerſis oneratam ducere vitam,*
*Et tolerare magis vult mala, quam fugere,*
*Maioris multo eſt animi, quam ferre paueſcens*
*Indocti iniuſtum iudicium populi.*
*Mens etenim recta, & puri ſibi conſcia cordis,*
*Hoc plus ſplendeſcit, quo magis atteritur.*

## ❡ Sententiæ Philosophorum.

Qui exiguos honores meritus eſt, quos ſibi tribui æquum cenſet oportet, is non magnanimus, ſed modeſtus & moderatus eſt iucundus. Magnus enim animus in magnitudine cernitur, quēadmodum pulchritudo in magno proceroque corpore. *Ariſtot. lib.*4. *Ethic. c.*3.

Magnanimus, ſummus, ac extremus eſt ille quidem magnitudine, ſed modo rationeque medius. Nam ſuis ſe ipſe meritis metitur: alii vel modum tranſeunt vel deſerunt. Qui ſi magna atque adeo maxima ſibi, quia dignus ſit, deberi indicat: profecto vna in re maxime eius merita cernuntur. *ibid.*

In honore & infamia mediocritas, magnitudo animi appellatur. *lib.2. Ethic. c.7.*

Magnanimitas eſt lenitudinis & puſillanimitatis media. Verſatur porro circa honorem, ac inhonorationem, *libro.* 1. *Magn. Moral. cap.*25.

Magnitudo animi, magnis in rebus, vt nomen ipſum ſignificat, cernitur. *lib.*4. *Ethic. c.*3.

Magnanimitas eſt magnarum rerum & excelſarum beneficentia *lib.*1. *Rhet. c.*9.

Is demum magno excelſoque animo putandus eſt, qui res magnas illas quidem, ſed quibus dignus ſit, ſibi deberi iudicat. Qui enim cum indignus ſit, idem de ſe hoc ſentit, is ſtolidus habendus eſt. *lib.*4. *Ethic. c.*3.

Quoniam maximis honoribus magnanimus dignus eſt, idem optimus ſit neceſſe eſt. *ibid.*

Magnanimum nequaquam deceat fugere, aut cuiquam facere iniuriam. *ibid.*

Videtur magnitudo animi, quaſi ſplendor quidam, & ornamentum eſſe virtutum omnium. *ibid.*

Magnanimus honoribus magnis, & qui à bonis viris tribuentur, moderate ille quidem lætabitur, tanquam ſuos aut etiam minores ſit conſecutus. *ibid.*

Hic in diuitiis & magiſtratibus, & ſecundis rebus & aduerſis, affectus erit quam moderatiſſime fieri poſſit: neque proſperis rebus lætabitur nimis, neque aduerſis aſperisque mœrebit. *ibid.*

Quoniam magnanimus parui facit, ac negligit omnia præter admodum pauca, ideo non ſolet temere periculis ſeſe offerre. Magnis ac grauibus ſe obiicit, in quibus nec vitæ parcit, hoc ipſo quod indignum ſit omnino in vita manere. *ibid.*

De iis loqui ſolent magnanimi, de quibus bene meriti ſunt, non autem de iis qui beneficia contulerunt. Ac quæ contulit beneficia magnanimus, libenter: quæ accepit, de iis audit inuitus. *ibidem.*

Eſt etiam magni viri nullo omnino, aut vix egere, & opitulari vltro, apudque eos qui in magiſtratu ſunt, & proſpera fortuna vtuntur, magnum: apud mediocres, modeſtum ſe mediocremque gerere. *ibid.*

Quietus eſt magnanimus, & cunctator: niſi aut magnus honos agatur, aut res magna. Paucas res agit ille quidem, ſed magnas & dignitatis plenas. Idem & aperte oderit neceſſe eſt, & aperte diligat: quod timidi ſit occultare ſententiam, magisque ex veritate pendet, quam ex opinione: dicitq; ac gerit palam omnia ſi quidem id contemnentis eſt. *ibid.*

Magnanimus non recordatur iniurias: nec de hominibus ſermonem habet: nec vt laudetur ipſe laborat: nec vt alii vituperentur, nec laudat alios libenter.

Itaque nec conuitiator eſt, ne inimicorum quidem: niſi forte propter contumeliam. Minime vero de rebus neceſſariis iisque exiguis anxius, ſolicitusque eſt. *ibid.*

Inceſſus magni viri tardus ſit neceſſe eſt: vxor grauis: conſtans & firma oratio. *ibid.*

In honore & dedecore magnanimus ita in animo affectus eſt, vt ratio æquitasque poſtulat. *ibid.*

Gloria magni viri ſe eſſe digniſſimos idque pro dignitate, arbitrantur. *ibid.*

Mihi quidem ſingula ſpectanti ridiculus magnus animus videtur, qui non idem ſit bonus: qui ſi malus ſit, nec honore quidem eſſe dignus poteſt. *lib.* 4. *Ethic. c.*3.

Magnitudo animi maiores virtutes ſplendidioresque facit, & cohærere ſine illis nullo modo poteſt: ob eamque cauſam vix in quoquam vera animi magnitudo reperitur: ſiquidem eſſe ſine ſingulari quadam & eximia bonitate nullo pacto poteſt. *Ibidem.*

Magno animo excelſoque viri, iidem contemnentes rerum videntur eſſe. *ibid.*

Magnanimus is eſt, qui & beneficia conferat, & accepto beneficio pudore afficiatur: quod illud eius ſit qui excellat & præſtet: hoc eius qui vincatur. Idem maius beneficium reddit, quam accepit. *ibidem.*

Magnanimus libere, quæ ſentit, ſolet dicere: idque eo facit quod & contemnat, & vera loquatur: niſi forte ſi quid diſſimulatione tegendum ſit: cui rei locus eſt apud multitudinem. *ibidem.*

Magnanimus cum aliis, niſi cum amico, vita, victuque communi non coniungitur, quod id ſeruile exiſtimat. *ibid.*

Magnanimitas eſt magnorum beneficiorum effectiua virtus. *lib.* 1. *Rhet. ad Theodect. c.*9.

*Τὰς τῆς ψυχῆς μεταβολὰς γενναίως πειρῶ φέρειν· καὶ μήτε εὖ τυχὼν ὑπερήφανος ἴσο μήτε ἀπορῶν ταπεινὸς, ἀλλὰ γίνου ταπεινὸς ἐφ᾽ ἑκατέρας τῆς τύχης.*

Fortunæ mutationes fortiter ſuſtinere conator; & neque bona fortuna affluens ſuperbias, neq; pauper animum deiicias, vtraque fortuna moderatus ſis. *Theobulus.*

*Ἀνὴρ ἐν δὲ μεγαλοψυχίᾳ ἀληθινῇ, καὶ φιλοσοφίᾳ τεθραμμένος, πρὸ τῶν ξυμφορῶν τὴν εὐθυμίαν ἐν τῇ γνώμῃ ἀπόθετον ἔχει, τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς δεινοῖς τῆς ἐξ ἑτέρου παρηγορίας χρήζειν, τὸ καιρὸν τῆς εὐθυμίας ἐπεμβαίνει.*

Vir magnanimitate vera, & philoſophia educatus, antequam calamita-

lamitates ingruant animi tranquillitatem intra ſe reconditam habet. At in rebus aduerſis aliena conſolatione opus habere, animi tranquillitatis modum excedit. *Phauorin.*

Viros fortes, magnanimos eſſe eoſdem volumus veritatis amicos, minime fallaces. *Cic. l.1. Offic.*

Ad magnanimum pertinet neque perturbationi animi neq; hominis, neque fortunæ ſuccumbere. *ibid.*

Ad magnanimum pertinet ea quæ videntur acerba, ita ferre, vt nihil à ſtatu naturæ diſcedat, nihil à dignitate ſapientis. *ibid.*

Magnanimitas eſt virtus ſpontanea difficilium aggreſſio, & rationabilis. *ibid.*

Si magnanimus fueris, nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices, non nocuit mihi, ſed animum nocendi habuit, & quum illum in poteſtate tua videris, vindictam putabis non vindicare potuiſſe. Scito enim magnum & honeſtum vindictæ eſſe genus, ignoſcere. *Sen. 4. de virtutib.*

Magnanimitas autem ſi vltra modum ſuum extollat, faciet virum minacem, inflatum, turbidum, & iniquitatum, & in quaſcunq; excellentias dictorum atque factorum neglecta honeſtate feſtinum, qui momentis omnibus ſupercilia ſuberigens, vt beſtiarius inquietat, excitat, alium ferit, alium fugat: ſed talis aut miſerum apetit finem, aut ærumnoſam ſui memoriam relinquit. Menſura ergo magnanimitatis eſt, nec timidum eſſe hominem, nec audacem. *ibidem.*

Eris magnanimus, pericula ſi non appetas vt temerarius, nec formides vt timidus. Nam timidum non facit animum, niſi reprehenſibilis vitæ conſcientia. *ibid.*

Magnitudo animi, ſi à communitate humana ſit remota, feritas quædam erit & immanitas. *ibid.*

Pauper fiam, inter plures ero: exul fiam, me natum putabo, quo mittat. Non ſum vni angulo natus, patria mea totius huius mundi eſt. *in epiſt.*

Magnanimo nihil eſt magnum. Stilpo Philoſophus capta patria, amiſſo rerum, &c. Ecce vir fortis & ſtrenuus ipſam ſui hoſtis victoriam vicit. Facilius eſt totam gentem, quam magnanimum vincere. *epiſt.23.*

Magnanimi eſt magna contemnere & mediocria malle, quam nimia. *epiſt.37.*

Animum excellentem, moderatum, omnia tanquam maiora tranſeuntem, quicquid timemus optamusq; ridentem cœleſtis potentia agitat. Non poteſt res tanta ſine adminiculo numinis ſtare: quemadmodum radii Solis contingunt quidem terram, ſed ibi ſunt vnde mittuntur: ſic animus magnus ac ſacer conuerſatur quidem nobiſcum, ſed hæret origini ſuæ. *epiſt. quadrageſ.*

Animus intuendus, vt pariter fugiendorum, ac petendorum, non ex opinione, ſed ex natura pretia rebus imponens, aſperis blandiſque pariter inuictus, neutri ſe fortunæ ſubmittens; ſupra omnia quæ contingunt, acciduntque eminens, imperturbatus, intrepidus, quem nulla vis frangit, quem non attollant fortuita, nec deprimāt: talis animus virtus eſt, hæc eſt eius facies. *epiſt.66.*

Magnanimo de rebus magnis iudicandum eſt: fortunatior eſt qui omnia rerum diuerſarum onera rigida ceruice ſuſtollit, eo ſupra fortunam extat. Non mirum eſt in tranquillitate non concuti: illud mirare, ibi extolli aliquem, vbi omnes deprimuntur: ibi ſtare, vbi omnes iacent. *ibid.*

Magnanimus ſtat rectus ſub quolibet pondere, nulla illum res minorem facit, nihil illi eorum, quæ ferenda ſunt, diſplicet: quicquid cadere in hominem poteſt, in ſe cecidiſſe non queritur, vires ſuas nouit, vincit virtute fortunam. *epiſt.71.*

Nihil magnum eſt in rebus humanis, niſi animus magna deſpiciens. *in epiſt.*

Proprium eſt magnanimitatis veræ non ſentire ſe percuſſum. In magnis enim fera magna ad latratum canum lenta reſpicit.

### ¶ Apophthegmata.

*Democritus* ſciſcitatus, quid eſſet magnanimitas? reſpondit, Leuiter ferre fruſtrationem. *Stob. ſer.106.*

*Socrates*, Quidam ei cum alio quodam colloquenti filium eius mortuum eſſe nuncupauit, ille vero colloquio abſoluto, Nunc, inquit, abeamus, Sophroniſci funus curaturi. *eod. ſerm.*

*Diogenes* aduerſus quibusdam caſibus preſſus, dixit, Euge o fortuna! tu viriliter mihi præ es. *eod. ſerm.*

*Phauorinus* dicebat, virum in vera magnanimitate & philoſophia educatum, antequam calamitates ingruant, animi tranquillitatem intra ſe reconditam habere. At inquit, in rebus aduerſis aliena conſolatione opus habere, id tranquillitatis animi modum excedit. *ibidem.*

*Xantippe* de Socrate marito ſuo dicebat, cum infinitæ mutationes & Reinpubl. & ipſos occupaſſent, in omnibus ſimilem ſe vidiſſe Socratis vultum & exeuntis domo, & domum redeuntis. Ad omnia enim concinnus & magnanimus erat quamobrem nihil vnquam ipſum triſtitia affecit. *Stob.*

*Anonymus*, Magnanimus eſt, inquit, qui omnia facile fert: puſillanimus vero, qui ne parua quidem. *Stob. ſerm.7.*

*Epictetus* dicebat eſſe quosdam leuiter magnanimos, qui tranquille facerent abſque iracundiæ motu æquè magna atque [illegible] vehementer impetuoſi & iracundi. *Arrian: in differ.*

Turpius eſt amittere poſſeſſa antea quam non potiri quæ [illegible] non tenueris, & conuenit aduerſus hoſtes ire, non tantum [illegible] ti animo, ſed etiam elato. Nam & timidi gloriari poſſunt [illegible] ſecundis quæ caſu eis acciderunt: ſed animi ceſſitudo in [illegible] ratione confidunt, & in quibus conſiderata fortunæ æqua [illegible] dentia tamen proſpicit diſſimiles cauſas audiendi, nec cæca [illegible] citur, quæ eſt fallax, ſed conſilio mouetur, quod minus fall[illegible] vtrorumque potentia. *Thucyd. lib.2.*

Non ſocordiam timoremve infert, cogitatione verſare, quemadmodum præſentibus rebus vtendum ſit, ſed grauitatem & [illegible] tiam. Si enim vbi demum, quæ profutura ſunt, innotuerint, [illegible] quetur omnino, vt iure audere omnia queas tanquam non in [illegible] pitem fortunam euectus. *Agath. hiſt. lib.5.*

Animi promptitudinem tandiu profuturam eſſe exiſtimo [illegible] gna laude dignam, quandiu moderata eſt, nec iacturæ quid [illegible] poſſidentibus. Nam & bona omnia cum nimia fuerint, in [illegible] verti conſueuere. *Procop. de bel. Goth. lib.2.*

Excellentibus ingeniis citius defuerit ars, qua ciuē rogan[illegible] qua hoſtem ſuperent. *Liu. Decad.1. lib.2.*

Maximo cuique id accidere animo certum habeo, vt ſe [illegible] præſentibus modo, ſed cum omnis æui claris viris compar[illegible] *Decad.3. lib 8.*

Secundæ res ingenio modico & ſubmiſſo præditos [illegible] vt magni ſibi videantur, criſtasque erigant, cum excelſo [illegible] conſtitutos cernunt: vera animi magnitudo & conſtantia [illegible] aduerſis ferendis emendandiſque caſibus eluceſcit. *Plutar. in [illegible] mene.*

Facilia ex difficillimi animi magnitudo reddit. *Cæſ. lib.1. de bel. Gall.*

Multum eſt hominibus præſidii in animi firmitudine. *idem lib.* [illegible] *de bel. ciuil.*

Roma à Gallis capta C. Atilius barbam ſuam permulcenti Gallo ſcipionem vehementi ictu capiti inflixit, eique propter dolorem [illegible] ſe occidendum ruenti cupidius corpus obtulit. Capi ergo [illegible] ſcit, patientia dedecus ignorat. Fortunæ ſuccumbere triſtius [illegible] omni fato, noua & ſpecioſa genera interius excogitas, ſi quiſquam interit, qui ſic extinguitur. *Val. Max. l.3. c.2.*

### ¶ Exempla Biblica.

Magnanimitas ſuadetur. *Exemplis:* Eliſæi ad Regem Iſrael [illegible] *Reg.3. v.13.14.* Azariæ Sacerdotibus, & cum eo octoginta virorum fortiſſimorum ad Oziam Regem, *2. Paral.26. 18.* Nehemiæ, *Nehem. 2.20. & 6.11.* Eſther. *Eſth. 4.16.* Ioannis Baptiſtæ, *Matth.3.7. & 14.4. Marc.6.8. Luc.3.7.* Diſcipulorum Ioannis, *v.19.* Ioſephi Arimathæi, *Marc.15. v.43. Luc. 23.52.* Cœci nati, *Ioan.9.30.* Petri & Ioannis, *Act.* [illegible] 21. Stephani, 7.51. Pauli, 13. *v.*10. & 21. *v.*13.

### ¶ Historica Exempla.

*Fuiſſe Cyrus Perſarum* Rex ita comparatus à natura perhibent, vt & forma pulcherrimus, animo humaniſſimus, & diſcendi [illegible] ſcendique honores cupidiſſimus eſſet: adeoque nullum non laborem perferret, nullum non periculum laudis gratia ſuſtineret. *Xenophon, de inſtit. Cyri lib.1.*

*Muſarum nutricem fuiſſe Ephemeri fingunt*, quod plerique et iis qui eruditione ſua clarum ſunt conſecuti nomen, gloriæ immortalis ſpe, ingenii ſui monumenta ad paſtores tranſmiſerint. *Theat. Zuing. fol.252.*

*Alexander* etiamnum puer agilis cum foret ac velox, atque à patre ad currendum ludis Olympiæ ſtadium excitaretur: ſane, inquit, [illegible] reges habiturus ſim aduerſarios. *Plut. in Regum apoph.*

*Vide tit. Conſtantia, Fortitudo, Prudentia.*

# Magnificentia.

### ¶ Definitio. et Etymol.

Magnificentia, Græce μεγαλοπρέπεια, ας, ἡ, & μεγαλεῖον, magnifico dicitur. Hebr. *Guedhulah*, à verbo *Guadhal*, magnus fuit magnificatus eſt. Eſt autem Magnificentia virtus magnitudinis ſumptuum effectiua, cuius contrarium modicitas. *ſec. Ariſtot. lib.1. Rhet.*

Magnificentia eſt virtus factiua magnorum, & eſt virtus generalis, ſi ſumatur facere communiter, ſcilicet pro omni opere: ſi vero proprie, ſcilicet pro operatione exteriori, eſt virtus ſpecialis. *ex Diuo Thom. ſec. Sec. q.134. art.1.*

Magnificentia eſt rerum magnarum excelſarum cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione agitatio, atque administratio ipſa in ſumptibus, vt Ariſtoteles cenſet. Cuius extrema Luxuria & Parcitas, niſi quod Parcitas aliquando [illegible] vitu-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

… ponitur, vt Parſimonia ac Dilapidationis deuitatio, id eſt, … μεγαλοπρέπεια Cicero & Ariſtoteles in Rhetoricis.

¶ Loci Biblici.

Magnificorum hominum, *Exempla*: Abraham, *Gen*.12. *v*.1.2.& … Ioſuah *Ioſ*.4.14. Samuel.1, *Sam* 2,1, 2, Salomon, 1. *Reg*. 10, 23,1, … 2 *Paral*.1,1, & 9. *v*.22, Moſes, *Eccl*.45,12, Ioſaphat, 17,12, … 15.31. Nabuchodonoſor, *Dan*.4.19, Iuda & fratres eius, 1. … 5.63. Apoſtoli, *Act*.5.31.

Magnificentia Deo danda, *Deut*. 32.33. Magnificantium Deum, Exempla David, 2. *Sam*.7.22, *Pſal*.34.4. & 68,31, Eſaias, *Eſa* 33,5, Nabuchodonoſor, *Dan* 4,34, Turba, *Matth*.15 31. Maria virgo, *Luc*.1, *v*. … Populus, 4,15, Paralyticus & turba, 5,25, Naimitæ, 7, 16, Samaritanus, *Luc*.17.15, Cœcus illuminatus, 18,43. Fideles, *Act*.10, 46, Iudæi & Gentiles, 19,16, Diſcipuli & Seniores, 21.20.

¶ Sententiæ Philosophicæ.

Magnificentia in pecuniis cernitur. Sed non ad omnes actiones officia pecuniaria, quemadmodum liberalitas, ſed ſumptuaria … adhibetur: in quibus liberalitatem magnitudinis ſuperat. *lib*. 4. *Ethic*.c.2.

Magnificentia eſt virtus, in ſumptuum magnitudine ſeruans decorum. *ibid*.

Magnificentia eſt iactationis ac paruifacientiæ mediocritas. *lib*.1, *Mag. Mor*. c.26.

Qui ſumptus facit in res paruas, vel mediocres pro dignitate, is … magnificus: ſed qui res magnas, in demum magnificus eſt iudicandus. *lib*.4. *Ethic*.c.2.

Qui magnificus, idem continuo liberalis; qui autem liberalis, idem non continuo magnificus eſt. *ibid*.

Id magnifici eſt, quod æquo ſumptu, rem adminiſtrabit ſplendidius. *lib*.4. *Ethic*.c.2.

Quod magnificum eſt ac ſplendidum, id omne mirabile. Eſtque … & operis ſplendor & dignitas in magnitudine. Sumptus autem … in genere probantur maxime, quos honorabiles dicimus: quales ſunt qui Diis adhibentur, *lib*.4. *Ethic*.c.2.

Facultates ſunt ad res, quæ ſuſcipiuntur accomodandæ: nec ſolum quid opus deceat; ſed etiam quid eum qui ſumptus facit, decet videndum eſt. *ibid*.

Pauperum nemo poſſit eſſe magnificus: quod ei nihil ſuppetat, vnde ſumptus queat ſplendide ſuſtinere. Quod ſi aggrediatur, profecto ſtultus habeatur neceſſe eſt. *ibid*.

Magnifici ſumptus, iis potius decori ſunt, quibus illos ſumptus decet, vel ab ipſis eſt receptum, vel à maioribus ſuis, aut alio quodam propinquitatis iure ipſos attingentibus inſtitutum: tum vero nobilibus & claris hominibus. Ineſt enim in his omnibus ſplendor quidam & dignitas. *ibid*.

Eſt magnifici & honorati viri, domum ædificare, cuius modus & … ad diuitias accommodanda eſt (quæritur enim ex domo dignitas quædam) & in eas res potius profundere pecunias, quas … durare oporteat. *ibid*.

Ille quidem ſumptus magnificentiſſimus eſt æſtimandus, qui magnus eſt, & in magnam aliquam rem factus eſt: ſecundo vero loco eſt qui in huiuſmodi res aliquas de quibus agimus, magnus erit. *ibid*.

Inter magnificum & liberalem hoc intereſt, quod ille in magnis: … in paruis cernitur *lib*.2. *Ethic*.c.2.

Ita ſumptus magnus futurus eſt, ad rem aptus accommodatusque, ſi & res ipſa ſumptu digna & ſumptus reipſa dignus habebitur. Sed hæc omnia honeſtatis cauſa, hoc enim virtutibus omnibus commune eſt,) magnificus facit idque libenter & largiter, *libro* 4. *Ethic*.2.

Magnificus docto ſimilis eſt: quoniam decori rationem habere poteſt, ſumptuſque magnos apte ſuggerere. *ibid*.

Magnifici ſumptus magni ſunt & decori. *ibid*.

Magnificus liberalis ſit neceſſe eſt. Nam dum eos liberalis ſumptus ſuppeditat, quos & quemadmodum decet tum in iis magnifici ſplendor elucet: quaſi magnificentia ſit magnitudo quædam liberalitatis in ſumptibus faciendis. *ibid*.

Neque ſui cauſa ſumptus facere ſolet magnificus: ſed Reipub. & … dona ſimile quiddam habent iis qui diis dedicantur. *ibid*.

Non eadem diis hominibusque conueniunt & fanis ac ſepulchris. Omnis etiam ſumptus magnus eſt ex ſuo genere æſtimandus. *ibid*.

Magnifici eſt in quocunq; genere quid faciat, magnifice id ſplendideque facere. Nam quod ita fit, nec facile ſuperari poteſt, & fit pro ſumptus dignitate. *ibid*.

¶ Apophthegmata.

*Nicias*, cum inter Græcos præcipuus eſſet qui magnificentia excelleret, ideo à populo in iudicium vocatus, ait. Sunt mihi ipſi, non populo Athenienſi tanti ſumptus facti, meumque operibus ipſis nomen inſcribam. *Pontanus cap*. 12. *de Magnificentia ex Plutarcho*.

*Plato*. Videns Agrigentinos magnis impenſis multa ædificia extruentes, dixiſſe fertur: Agrigentini quaſi ſemper victuri ædificant, & comedunt quaſi ſemper morituri. Notauit autem vanam illam ædificiorum condendorum magnificentiam. Cum homo fragile & caducum animal, facile tugurium habere poſſit, in quo ad paucos annos, quibus in hoc mundo quaſi in alieno ſolo obambulat, à tempeſtatis intemperie ſe defendat; *Ælian. lib*.12. *de var. hiſt*. *Idem de Rhodijs dixit Stratonicus apud Plutarch*.

*Auguſtus Cæſar*, cum vrbem Romanam multis modis, & ornaſſet & communiſſet, atque etiam in poſterum (quod quidem in ipſo fuit) tutam reddidiſſet, non ſine cauſa glorians dicere ſolebat Romam lateritiam accepi, marmoream relinquo. Nihil principi magnificentius, quam ſi ditionem, quam accepit, reddat ſtatu meliorem. *Suet. in eius vita. Pontan. ca*.32. *de Magnificentia. Eraſ. Roter*. *lib*.4. *apoph*.

# Maledicentia.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

Maledicentia, Græci κακολογίαν, λοιδορίαν, δυσφημίαν, Hebræi, *Ghidduphaph* & *Ghidduph*, vituperauit; conuitiatus eſt inuectus eſt in aliquem verbis atrocibus.

¶ Loci Biblici.

Maledicentia infidelium vitæ noſtræ ſanctimonia cohibenda, 1. *Petri* 2. *verſicul*. 12. 15. Maledici fugiendi, *Prouerb*.26. *Eccleſ*.21.1. *Petri* 3.

Maledicens nomini Dei lapidatur, *Leuit*.24.10. non maledicendum perſecutoribus. *Rom*.12 14.

Maledictum pro maledicto non reddendum, 1. *Pet*.3.9. Maledictus qui pendet è ligno *Deut*.21.23. Chriſtus pro nobis maledictum, *Gal* 3. *v*.13. & peccatum, id eſt, oblatio propitiatoria pro peccato, 2. *Cor*.5.21. Maledictus qui Legem non implet, *Deut*. 27. 26. *Gal*.3.10. Maledicti hœdi, *Matth*.25 41. Maledicti non poſſidebunt regnum, 1. *Cor*.6.10. non maledicendum ſurdo. *Leu*.19.14.

¶ Sententiae Biblicae.

*Maledictio firmiter prohibetur.*

Sicut auis ad alia tranſuolans, & paſſer quolibet vadens: ſic maledictum fruſtra prolatum in quempiam ſuperueniet. *Prou*. 26.

Deum maledicit impius calumniatorem, maledicit ipſe animam ſuam, *Eccleſ*. 21.

*Acriter punitur.*

Qui maledixerit patri ſuo aut matri, moriatur. *Leu*.20.

Homo qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuum: & qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur. *Idem* 24.

*Maledictio bonorum ſolicite cauenda.*

Maledictio matris eradicat fundamenta. *Eccl*.3.

Ab inope ne auertas oculos tuos, propter iram: & non relinquas quærentibus tibi retro maledicere. Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum, qui fecit illum. *Eccl*.4.

*Maledictio malorum pacifice toleranda.*

Maledicent illi, & tu benedices. *Pſal*.108.

Sed & cunctis ſermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum, ne forte audias ſeruum maledicentem tibi: Scit enim conſcientia tua, quia & tu crebro maledixiſti aliis. *Eccl*.7.

Benedicite perſequentibus vos, benedicite & nolite maledicere, *Rom*.12.

Maledicimur & benedicimus, 1. *Cor*.4.

In hoc enim laboramus & maledicimur, quia ſperamus in Deum viuum, qui eſt Saluator omnium hominum, maxime fidelium. 1. *Timoth*.1.4.

Qui cum malediceretur, non maledicebat. 1. *Pet*.2.

Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto ſed è contrario benedicentes, 1. *Petr*.3.

*Maledictio Dei incurritur ex præcepti tranſgreſſione.*

Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo *Gen*.3.

Maledictus qui non permanet in ſermonibus legis huius, nec eos opere perficit. *Deut*.27.

Si nolueritis audire, mittam in vos, egeſtatem, & maledicam benedictionibus veſtris, & maledicam illis: quia non poſuiſtis ſuper cor. *Malach*.2.

Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. *Matth*.25.

*Ex innocentis oppreſſione.*

Fiant contra Dominium ſemper. Et perſecutus eſt hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare. Et dilexit maledictionem, & veniet ei. Et induet maledictionem ſicut veſtimentum. *Pſal*.108.

### ¶ Poeticae Sententiae.

Terent. in Andr.

*Si mihi pergit quæ vult dicere, quæ non vult audiet.*
*Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene.*
*Deſinant maledicere, maledicta ne noſcant ſua.*

Homer. Iliad. υ.

*Talia dicentur tibi qualia dixeris ipſe.*

Plautus.

*Contumeliam ſi dices, audies.*

Cæcilius.

*Audies male, ſi male dicas mihi.*

Euripides.

*Infrenis oris vectigal calamitas.*

### ¶ Philosophica Sententia.

Non eſt maledicendum iis quibus cum agimus; alioquin audituri ſumus, quæ nobis adferant moleſtiam. *Philoſ.*

Nec male reſpondit, male enim ipſe prior rogarat. *Quintil. citat.*

Periculoſe maledicit alteri, cui vel idem, vel ſimile, vel diuerſum, vel deterius vitium poteſt obiici.

Res omnium rerum nocentiſſima eſt calumnia.

Sæpenumero accidit, vt qui alios inſectantur, ipſi grauioribus madeant vitiis.

Imprudenter in alterum vitium torquet, ſi in promptu eſt, quod ipſi viciſſim obiiciatur. *Eraſ. in apoph.*

Pœnas dat, quiſquis bonis maledicit.

Nuncianti cuidam Socrati: quoſdam de ipſo male loqui; Nimirum, inquit non didicerunt bene loqui. *Plut.*

Solonis lex laudatur, qua vetuit mortuis maledicere; pietatis enim eſt vita defunctos, ſacros exiſtimare, iſtumque abſtinere ab iis qui non ſint: ciuile etiam perpetuitatem odiis adimere. *Plutarch. in Solone.*

### ¶ Apophthegmata.

*Pythagoras*, quodam dicente Nimium mihi maledicis ac plus ſatis derides: Atqui, inquit, ſpleneticis etiam acria & amara proſunt, dulcia nocent. *Ant. in Meliſſa part. 2. ſerm. 78.*

*Ariſtippus*, audiens quendam temere hominibus maledicentem. Vtinam inquit, tu linguæ tuæ, ſicut ego aurium mearum dominus eſſes. *Laert.*

*Empedocles* interrogatus, cur cum mala audiret, tam indignanter ferret maledicta? Quia, inquit, ne laudationes quidem mihi iucundæ forent, niſi maledicta mihi moleſta eſſent. *Max. ſer. 10. de admonitione.*

*Diogenes.* Cuidam conuiciatori, At nec mihi, inquit, credit quiſquam, te laudanti, nec tibi, me vituperanti. *Anton. in Meliſſ. part. 2. ſerm. 55.*

*Zoilus Amphipolitanus*, Polycratis auditor, qui canis Rhetoricus nominatus eſt, homo ſtudioſus male loquendi, cum non ſolum in Homerum, Platonem alioſque præclaros ac magnos viros ſtylum ſtringeret, ſed vbique litibus & pernitioſis etiam contentionibus operam daret, rogante quodam erudito viro, quam obrem omnibus malediceret? Quoniam, inquit, male facere cum velim, non poſſum. Exprimit autem omnium maledicentium & detrectantium perſonam Zoilus, qui dum non inueniunt, qua ratione facto lædant, dentibus caninis & lingua amarulenta in bonos inuehuntur. *Ælian. lib. 11. de Var. hiſt.*

*Socrates.* Ei cum nunciatum eſſet, à quopiam eum maledictis inceſſi: Bene, ait, loqui non didicit. *Laert.*

*Ariſtoteles*, cum ab imprudente quodam male audiret: Tu inquit, & conuicia facile audis, & libenter dicis: mihi autem & dicere non eſt conſuetum, & audire iucundum. *Anton. in Meliſſ. part. ſermon. 72.*

*Meliſſus*, quum probro illi daretur, quod maledictis indignaretur: Si maledicta, inquit, æquo animo admittam, ne laudes quidem ſentiam. *Bruſ. lib. 1. c. 16.*

*Philoſtratus.* Ælianus quum Philoſtrato roganti quid operis cuderet, dixiſſe ſe opus in tyrannum nuper mortuum cudere: Admirarer, inquit Philoſtratus, ſi viuentem accuſaſſes, Superſtitem ſiquidem tyrannum inceſſere, viri opus eſt: mortuum vero cuiusq;. *Bruſ. l. 1. c. 16.*

*Cleomenes* maledicenti ait: An propter hoc tu omnibus male dicis, ne tempus de tua loquendi malignitate habeamus? *Plutarch. ibidem.*

*Alcibiades* canem miræ magnitudinis abſciſſa cauda per vrbem dimiſit: hoc quum multis ſtultum atque ineptum viſum eſſet, monentibus eum amicis, ac ſermones qui de eo circumferebâtur, enarrantibus, ridens Alcibiades, Sic, inquit, res, vt intenderam, ſucceſſit. Hoc enim Athenienſibus loquendi volui præbere argumentum, vt eos à peioribus, quæ de me & aliis quoque hominibus conuicioſe loquuntur, nouis his auerterem. *Plut. in Alcibiad.*

*Chabrias* ab improbo quodam multis conuiciis affectus ... inquit, feciſti, quod nihil eorum quæ inſunt prætermiſiſti ... *Meliſſ. part. 2. ſer. 68.*

*Memnon*, quo tempore bellum gerebat aduerſus Alexandrum pro Dario Rege, militem quendam mercenarium multa ... petulanter iacientem in Alexandrum, haſta percuſſit: Ego ... te alo vt pugnes aduerſus Alexandrum, non vt illi maledicas ... *apoph.*

*Demochares* ſignificare volens ſe nihilipendere ... vulgi, cum videret multos obtrectatores vna ſedentes in ... & male loquendi omnino cupidos: Quid loquimini ... Dyſmenidæ? Simul hoc nomine ingenium, naturamque ... innuens & detegens. *Ælian. lib. 3. de varia hiſtor.*

*Piſiſtratus* cum conuiua bene potus ei malediſſet, ... bus amicis ad pœnas de conuiua ſumendas dixiſſe fertur, ... ter illi ſuccenſeo, quam ſi quis obligatis oculis in me ... Senſit, maledicendi anſam dediſſe vinum, & ignouit ... *linum.*

*Idem*, dicenti cuidam, quod à maledico laudaretur, ... quit, niſi quis illi dixit me mortuum eſſe. Nam viuentem ... laudare neminem. *Stob.*

*Hieronym.* Xenophanes Colophonius Homeromaſtyx ... pud Hieronem Siciliæ Regem lamentaretur paupertatem, ... vix à ſe duo famuli poſſent nutriri. At Homerus, inquit ... cui tu aſſidue maledicis, plus quam decem millia hominum ... vel mortuus, Reprobauit autem innatam homini maledicentiam ... quæ paupertatis & inopiæ ſuæ non minima cauſa erat. *Plutar. apoph.*

*Philippum Alexandri* patrem conuitio afficiebat quidam ... ni lingua præditus, cumque amici hortarentur, vt ... reprimeret; Non eſt hoc, inquit ille faciendum, ne amplius ... & implicatus plura in nos iaciat maledicta. *Anton. Meliſſ. part. ... ſerm. 69.*

*Idem* dicebat, ſe ſuis conuiciatoribus gratiam habere, ... meliorem redderent. Ego inquit, ſtudeo illos mendacii ... cere, & ſi quid improbe fecerim, muto conſilium, & ... emendo factum. *Antonius in Meliſſ parte ſecunda ſermone ſeptuageſimonono.*

*Idem* maledictis à Nicandro laceſſitus, pluribus cœpit ... nis honeſtare: quibus acceptis cœpit Nicander eum laudare. ... micos igitur conuerſus Philippus. Videtiſne ergo, inquit ... eſſe bene & male audire, & à maledicentiæ morbo affectos ... *Plut.*

*Pyrrhus* à quibuſdam rogatis, vt maledicum quendam ... bracia pelleret: reſpondit, Potius apud paucos, illic manens, ... pud multos de nobis obloquatur. *Plut.*

*Idem* quum audiſſet, ſibi à quopiam maledictum, conuiuam ... ad ſe duci iubet, ac interrogat, num dixiſſet ea propter quæ ... tus erat: reſpondit, Dixi, ô Rex & dicturus plura etiam, ſi ... appoſitum mihi fuiſſet. Quo audito, Pyrrhus ridens, hominem ... pune dimittendum mandauit. *Plut.*

*Antiſthenes.* Eos, qui nos maledictis inceſſerent, magis ... dos dicebat, quam qui nos lapidibus impeterent. Verba enim ... lædunt, ſi quis contemnat. *Laert. lib. 6. c. 4.*

*Demoſthenes* à caluo quodam maledictis aſperſus: Ego ... dem, inquit, tibi nullam facio iniuriam: quin potius laudo ... los tuos: qui malam caluariam effugerint, ſubnotans illum ... dicio, ſed cerebris vitio maledicum eſſe. *Eraſm. l. 8. apophthegm. ... Stob.*

*Diogenes.* Hoſpitibus quibuſdam celebrem illum Demoſthenem videre cupientibus, porrecto medio digito: Hic eſt, inquit, ille Demoſthenes Athenienſium Orator. Digitus pollici proximus, index dicitur, quod hunc intendentes ſolent aliquando commonſtrare. Digitus autem medius apud priſcos infamis habebatur ob cauſam hic non referendam. Porro Demoſthenes vulgo male audiebat, quaſi parum vir eſſet. Id ſignificans Diogenes, maluit illum medio quam indice demonſtrare. *Laert. lib. 6.*

*Timon Athenienſis* interrogatus, cur omnes homines odio proſequeretur? Malos, inquit, merito odi: cæteros ob id odi, quod malos non oderint. Sentiens, non eſſe vere probos, qui non deteſtantur improbos. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

*Pytheas* Pytheam Oratorem quidam criminabatur, quod malus eſſet. At ille non inficias ibat: hanc enim illi conſcientia neceſſitatem imponebat. Sed reſpondebat ſe minimo tempore omnium qui Rempublicam Athenienſium adminiſtraſſent minime malum fuiſſe, nempe in hoc ſibi placens, quod non perpetuo fuiſſet eiuſmodi. Putanſque ſe non iniuriam facere, ſi non cum peſſimis compararetur. Stolidum hoc ſane Pytheæ. Non enim ſolum qui iniuriam infert, malus eſt: verum etiam qui iniuriam inferre in animum inducit. *Ælian. lib. 14. de Varia hiſt.*

*Herodes ſophiſta.* Protheo Cynico ſine fine ipſum conuiciis inceſſenti: Conſenuimus (inquit) ambo, tu quidem male loquens, ego male audiens. Senſit immedicabile malum eſſe, cui ille tamdiu aſſueuerat: & ſic moderatius ferre, quod iam nouum non eſſet. *Philoſ.*

Nicander

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Alexander.* Cuidam dicenti, quod Argiui malè de ipſo loquerentur: Nam igitur, inquit, dant pœnas qui de bonis loquuntur malè? ſignificans, Rempublicam male moratam, vbi liceret impunè maledicere nihil mali commeritis. *Plutar in Laconicis.*

*Cleomenes.* Cum improbus quidam Cleomenem conuitiis inceſſeret: Num, ideo, inquit, tu maledicis omnibus, ne ſi velimus reſpondere, otium habeamus viciſſim de tua dicendi malitia? Vt è contemptu contempſit maledicum, nec vllo reſponſo aut alia pœna dignum iudicauit nebulonem, cui nihil eſſet præſidii præter maledicam linguam. *Plut. in Lacon.*

*Idem.* Argiuis nonnullis Cleomenem conuitio laceſſentibus, vt periurum & impium: Vobis, inquit, poteſtas eſt, mihi maledicendi, mihi poteſtas eſt vobis faciendi male. Admonens non eſſe tutum maledictis irritare, quibus in manu eſt, cum velint, re ipſa lædere, ad hæc non oportere potentes humiliorum dictis admodum commoueri. Satis enim vindictæ eſt, quod licet, cum libet, vlciſci: ſtultis nihil aliud reliquum ſit, quam male loqui. *Plut. in Lacon.*

*Eurychidas Ariſtonis F.* Cuidam ipſi dicenti, quod Demarati aduerſus male de eo loquerentur: Per Deos, inquit, nihil miror, quandoquidem nullus illorum de quoquam bene loqui poſſet? Docuit quidem contemnendam eſſe maledicentiam, quæ non à iudicio, ſed ab animi morbo proficiſcitur. Qui verò paſſim maledicunt omnibus: eos patiendum eſt id naturæ vitio tacere, non ex eorum merito quibus obloquuntur. *Plut. in Lacon.*

*Artaxerxes.* Quum Aclides Iapſon multa in Artaxerxem Regem liberè contumelioſe diceret, hactenus quidem vltus eſt maledicum, vt per tribunum militum denunciaret, ei licere in Regem quæ vellet dicere, ſibi verò in illum licere quæ vellet & dicere & facere. *Eraſ. lib. 5. apoph.*

*Idem.* Simicythus Nicanorem deferebat apud Regem Macedonum Philippum, quod ſine fine de ipſo male loqueretur, quumque ſuaderent amici, vt hominem acceri iuberet, deque eo ſupplicium ſumeret: Philippus ita reſpondit: Nicanor non eſt Macedonum peſſimus: videndum eſt igitur, necubi nos ceſſemus in officio. Vt cognouit vehementer afflictum inopia, & tamen à Rege neglectum fuiſſe, iuſſit donum aliquod ad illum deferri. Hoc facto, quum rurſus Simicythus diceret regi, Nicanorē apud omnes ſine fine prædicare laudes ipſius: Videtis igitur, inquit, in nobis eſſe ſitum, vt bene & male audiamus. Immane quantum abſunt ab huius principis ingenio, qui nuquam ſibi videntur ſatis laudari, quum nihil faciant laudandum: nec ſtudent beneficiis ſibi conciliare beneuolentiam hominum, ſed metui malunt quam amari: cumque ſæpe numero faciant deteſtanda, idque palam, tamen periit quiſquis auſus eſt mutire. *Plut.*

*Idem.* Quidam petulantioris linguæ maledicta connijcere ſolebat in Philippum: hunc amici hortabantur, vt eijceret in exilium. At ille negauit hoc ſe facturum. Quærentibus. Quid ita? Ne, inquit, oberrans inter plures, male de me loquatur. Quod maledicum non egit in crucem, vel clementiæ erat quod ignouit, vel magnanimitatis quod contempſit: quod noluit expellere, prudentiæ, plus enim nocuiſſet. *Plut. in apoph.*

*Idem.* Peloponneſii cum Philippum Macedoniæ Regem, à quo multa beneficia acceperant, in ludis Olympiacis ſibilis deriſiſſent: ille admonitus ab amicis vt eam iniuriam reponderet, negauit ſe facturum: Si tam prauo, inquiens, ſunt ingenio, vt eos irridant qui de ipſis bene meriti ſunt: Quid tum fiet, ſi quid mali ſentirent? Senſit vir prudentiſſimus, maledicos non vltione prouocandos eſſe, ne magis maledicant. *Plut. in apoph.*

*Scipio Æmylianus.* Apud Numantiam iratus C. Metello, dixit: Si quintum pareret mater eius, aſinum fuiſſe parituram. Tarditatem mentis, ac deformitatem corporis illi fratribusque eius exprobrans. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

*Marcus Pinarius.* M. Seruilius diſſuaſurus legem quam ferebat M. Pinarius: Dic mihi, M. Pinari, inquit, ſi contra te dixero, num mihi maledicturus es, vt cæteris ſoles? Vt ſementem, inquit Pinarius, feceris, ita & metes. Per allegoriam minitans, illum male auditurum, ſi malediceret. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

*Auguſtus Cæſar.* In cognitione quadam, cum Æmilio Æliano Cordubenſi inter cætera crimina illud vel maxime obijceretur, quod male loqueretur de Cæſare: conuerſus ad accuſatorem Cæſar Auguſtus, velim (inquit) hoc mihi probes, efficiam, vt Ælianus ſciat, me quoque linguam habere, plura enim viciſſim de eo loquar: his minis contentus, nihil poſtea de illo inquiſiuit. *Sueton.*

*Fl. Veſpaſianus.* De iurgio quodam inter ſenatorem & equitem Romanorum ita pronunciauit, vt diceret: Non oportere maledici ſenatoribus: remaledici verò, & ciuile faſque eſſe: prærogatiuam earum dignitatis ipſe ademit, qui laceſſiuit. *Sueton.*

*Sicinius.* Cum leui momento amorem ſimul & odium permutaret, eorundemque hominum & patronum & accuſatorem ſe præberet: Sicinius homo maledicus, qui multa in quoſcunque probra iacere conſuetus erat, aliquando rogatus, cur ſoli Craſſo non malediceret, cum maledicendi materiam haberet ampliſſimam, non facio, inquit: fœnum enim habet in cornu. *Plut.*

*M. Cato,* cuiuſdam, qui multis intemperantiæ notis iniuſtus erat, probris vexatus: Impar mihi tecum, ait, certandi conditio eſt. Nam & male audire, & maledicere, tibi facillimum ſimul & promptiſſimum eſt: ſic mihi maledicere inſuaue eſt, & inſuetum. *Eraſm. lib. 5. apoph.*

*Cicero.* In C. Cæſarem mordacitas Ciceronis dentes ſuos ſtrinxit. Nam primum poſt victoriam Cæſaris interrogatus Cicero, cur in electione partis erraſſet? reſpondit; Præcinctura me decepit. Notans Cæſarem, qui ita toga præcingebatur, vt trahendo laciniam, velut mollis incederet: adeo vt Sylla tanquam prouidus dixerit Pompeio; Caue tibi illum puerum male præcinctum. *Macrob. lib. 2. c. 3. Saturn.*

*Idem.* Deinde quum Laberius in fine ludorum annulo aureo honoratus à Cæſare, è veſtigio quatuordecim gradus ad ſpectandum tranſiſſet, violato ordine, & quum detractus eſſet eques Romanus, & quum Mimus remiſſus, ait Cicero prætereunti Laberio, & ſedile quærenti: recepiſſem te, niſi anguſte ſederem, ſimul & illum reſpuens, & nouum ſenatum mordaciter taxans, cuius numerum Cæſar ſupra fas auxerat. *Macrob. lib. 2. cap. 3. Saturn.*

*Chilon,* mortuis nequaquam maledicendum eſſe dicebat, quandoquidem ignauum eſſe videretur eos lingua inceſſere, qui reſpondere non poſſent. *Laert. lib. 3. c. 4.*

*Idem* docebat, neminem conuitiis laceſſendum, nec ſi dixerimus quæ libent, audiamus viciſſim quæ dolent. Habet enim & maledicendi morbus ſuam voluptatem, ſed quæ plærunque male audiendi ſummo dolore penſatur. Huc alluſit M. Tullius Saluſtio comminans, fore, vt ſi quam voluptatem male dicendo cepiſſet, eam male audiendo amitteret. *Laert.*

*Socrates,* cuidam admiranti, quod nihil in eum commoueretur, à quo conuitiis inceſſebatur: Mihi, inquit, non maledicit, quandoquidem ea, quæ dicit, mihi non adſunt, nec in me hæret. Atqui ob hanc cauſam hominum vulgus magis commouetur, ſi quid dicitur in immerentem. Boni quum male audiunt, ſibi gratulantur, quo puri ſint ab his malis, quæ ipſis impinguntur, nec in ſe dici interpretantur: nihilo magis quam ſi quis oculorum errore Platonem appellet Socratem, & in Socratem congerat maledicta: is non maledicit Platoni, ſed ei, quem exiſtimat eſſe Platonem. *Eraſm. libr. 3. apoph.*

*Auguſtus Cæſar,* indignanti Tiberio, ac per epiſtolam etiam conquerenti apud eum de conuiciatore, reſpondit: Aetati tuæ, mi Tiberi, noli in hac re indulgere, & nimium indignari, eo quod ſint, qui male de me loquantur. Satis eſt enim, ſi hoc habemus, ne quis malefacere poſſit. *Sueton.*

*Tiberius* ab initio ſui principatus in conuiciatores & maledicos dicere ſolebat, in ciuitate libera linguam quoque liberam eſſe debere. *Suet. Tacit.*

*Domitianus,* Cum homines mordaces atque maledicos haberet odio, ſemper tamen eos dicere ſolebat peiores eſſe, qui maledicis aures præberent, neque reprehenderent, quam ipſos maledicos. *Sueton.*

*Sigiſmundus Imperat.* Quum accuſaſſent purpurati apud Sigiſmundum Imperatorem maledicentiam Germanicæ multitudinis, quæ de ſuo principe paſſim oblequeretur, ſubridens Imperator: An vobis, inquit, graue videretur illos male loqui, cum nos male agamus? Indicauit autem, in nobiſmetipſis ſitum eſſe, quod bene vel male audiamus. *Aeneas Syluius libro 2. commentar. de rebus geſtis Alphonſi.*

*Sfortia* Quum transfuga Nolanus eques, ingenio infami, vt ſibi gratiam cum Sfortia compararet, Tartaliam omnibus maledictis in conuiuio Sfortiæ famam laceraſſe detuliſſet: deque ea re, vt fides ſibi haberetur, iureiurando ſæpius affirmaret: Non opus eſt, inquit Sfortia, vt multum tu perſuadendo mecum labores, quum Tartalia nunquam verbum de quoquam ſit eloquutus, quin maledixerit. *Paulus Iouius de dictis & factis Sfortia, cap. 85.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*D. Hieronymi.* Fieri quidem non poteſt, vt abſque morſu hominum vitæ huius curricula quis pertranſeat; malorumque ſolatium eſt, bonos carpere, dum peccantium multitudine putant culpam minui peccatorum: ſed tamen cito ignis ſtipulæ conquieſcit, & exundans flamma, deficientibus nutrimentis, paulatim emoritur. Si anno præterito, fama mentita eſt, aut certe verum dixit: ceſſet vitium, ceſſabit rumor. *ad Furiam.*

*Plutarchus:* Febricitantibus amara videntur omnia, at vbi conſpexerimus alios eadem non faſtidientes, iam non cibum, ſed nos ipſos incipimus accuſare: Sic deſinemus incuſare negotia, ſi viderimus alios eadem hilariter ac lubenter obeuntes. *in Moralibus.*

*Vt amici* deteſtantur ſaxum, aut canem incurrentem, qui eos dirimat: Sic execrari deberent homines caninos, qui maledicentia ſua dirimunt neceſſitudinem, mutuamque beneuolentiam. *in Moralibus.*

*Seneca*: Non eo loco res humanæ ſunt, etiam ſi ſtatum veſtrum parum noſtis, & vobis tantum otii ſuperſit, vt in probra meliorum agitare linguam vacet. Hæc vos non intelligitis, & alienum fortunæ veſtræ vultum geritis: ſicut plurimi, quibus in circo aut in theatro deſidentibus iam funeſta domus eſt, nec annuntiatum malum. *De vita beata. c 28.*

*Plinij*, Scorpius venenum in cauda gerit, & oblique ferit: ita quidam in fine virus effundunt ſuum, & diſſimulanter lædunt. *libr.* 10. *cap.*70.

*Vt noctuæ* aues inauſpicatæ noctu gementes (nam hæc illis vox eſt) mortalium inuident quieti: ita virulenta lingua ſemper aliud ſpargit, quo concordiam hominum diſturbet *lib.*11. *cap.*25.

*Bonaſus animal*, quoniam cornibus inutiliter implexis non poteſt lædere, fugiens fimum reddit, cuius contactus inſequentes vt ignis aliquis comburit: ita nonnulli, quoniam coram non audent congredi, à tergo ſparſis probris contaminant hominem. *libro* 8. *cap.* 15.

*Vt culices* ad dulcia non aduolant, ſed acria petunt: ita quidam maledicis & infeſtiuis ſermonibus vehementius delectantur. *libro decimo, capite* 72. *& Ariſtoteles libro* 9. *capite* 35. *De natura animalium.*

*Roterodami*, Coturnici veneni ſemen gratiſſimus eſt cibus, eoq; ſaginatur: ita quidam maledicentia, & virulentis dictis impendio delectantur, atq; iiſdem aluntur. *in ſimilibus.*

*Vt tarandi* cutis ferro impenetrabilis: ita quoſdam nihil queas dictis lædere. *in ſimil.*

*Hyſtrix* non iaculatur ſpinas ſuas, niſi cum prouocatur, vrgetur: At ſcurra in quemuis ſua dicta torquet. *in ſimil.*

*Vt muti* quidam canes plus mordent, quam latrant, ſunt enim & huiuſmodi, quod aliquot ipſe vidi: ita quidam prius lædunt, quam expoſtulent. *in ſimil.*

*Thrimeri*, Quibuſdam animantibus nulla vis eſt, præterquam in aculeo: Sic male nati nil aliud poſſunt, quam maledicere. *in apophthegm.* 131.

*Lucilij Veronij*, Quemadmodum canes, qui homines allatrant, magis prouocantur, ſi baculo vel lapide petuntur: ſic homo maledicus, cum ſenſerit vltionem facti, maledicendo magis exaſperatur. *De rebus memorabilibus.*

## ¶ Exempla Biblica.

Maledictionis hominis in hominem, ex vocatione tamen conceptæ *Exempla*: Noe in Cham, *Geneſ.*9. *v.* 25, Iſaac in oſores Iacobi, 27.29. Iacob Simeoni & Leui, 48. 7. Moyſes tranſgreſſoribus Legis, *Deut.*27.13. *&c.* Ioſue in Ierichuntis inſtauratores, *Ioſ* 6 26. Sichimitæ in Abimelech, *Iudic.*9.27. Angelus habitatoribus Meroz. 5. *v.*23. Dauid in Ioab, 2. *Sam* 3.29. Semei in Dauidem, 16. *v.*5. *&* 19.21. 1. *Reg.* 2.8 Dauid hoſtibus ſuis, 1. *Sam* 26.19. Eliſæus in pueros, 2 *Reg.*2.24. Chriſtus in ficum, *Matth.*21.19. in Iudam, 26. 24. in diuites, *Luc.* 6. 24. in Chorazin & Bethſaida, 10. *v.*13. in Phariſæos, 11.42 Phariſæi in cæcum natum, *Ioan.* 9. 28. Paulus in Pſeudoprophetas, *Galat.*5.12. Impii in Paulum, 1. *Corinth.*4 *v.*12, 1. *Timoth.*4.10. Maledicenti non maledicit Chriſtus, 1. *Petr.* 2 *v.*23. Maledicentibus non maledicendum, 1. *Petr.*3.9. Paulus benedicit, 1. *Corinth.*4.12.

Maledictionis, qua Deus homini & rebus creatis maledicit, *Exempla*: Serpenti, *Geneſ.*3. *v.* 14. terræ, *v.*17. Cain, 4.11. populo ſuo, *Thren.*2.8. impiis & reprobis, *Matth.*35,41. Maledictiones in monte Hebal, *Deut* 27.13. Maledictiones & benedictiones, *Geneſ* 3 *v.*14. 17. *&* 8.21. *&* 9.25. *&* 24.41. *&* 27.28. *&* 48.15.20. *&* 49.7. *Num.*5.21. *Deut.*11.26. *&* 27.15. *Ioſ.*8.34. *Iudic.*9 20. 1. *Sam.*17.43. 2. *Sam.*2.5. *&* 16. *v.*7. 2. *Regum* 2. *v.*24. *Nehem.*5.13. *Prouerb.*26.2. *Ierem.*29.2. *&* 49.13. *Zach.*8.13.

## ¶ Exempla Profana.

*Æzenoenſes*, αἰζωνεῖς, municipium tribus Cecropiæ, cuius incolæ male audiebant. vt maledici, vnde αἰζωνεύεσθαι, maledicere, Plato: nihil ad iſta dicam, ne me, quamuis quod dicerem, non deeſſet, *Æzonenſem putes. Suid.*

*Theonino* dente rodi dicuntur, qui conuitiis lacerantur, ſumptum à Theone poeta quodam rabioſæ loquacitatis, petulantiſſimæque maledicentiæ: vnde & Auſonius in carmine hendecaſyllabo, poetam quempiam indoctum & mordacem Theonem appellat:

*Nec poſthac metues, vbique dictum,*
*Hic eſt ille Theon, poeta falſus.*

*Eraſm. in Adagijs.*

*Cratinus* Athenienſis comicus audax ab Horatio dicitur, quod Athenienſes mira dicendi acerbitate, dum Dionyſia eſſent, proſcripſerit. *Gyraldus.*

*Meuius Virgilij & Horatij æmulus*, quum Athenas petulanti carmine laceraſſet, in carcerem coniectus, inedia perire coactus eſt. *Gyrald. Dial.* 4. *hiſt. poet.*

*Acron* admonet, Bionem philoſophum fuiſſe, qui mordaciſſimis dialogis lacerarit poetas, ſic, vt nec Homero parceret. Porphyrion autumat Ariſtophanis comici patrem fuiſſe. *Eraſmus in Adagijs.*

## ¶ Hieroglyphica.

Maledicum hominem probos improboſque æque carpentem ſignificare qui volunt, *Purpuram*, exerta pingunt lingua: quandoquidem illi tam acuta & valida eſt, vt ea & conchleas, & quaſcunque generis teſtas perforare poſſit. *Pier. Valer libro* 28. *pag.* 265. C.

*Placiades maledicentiam*, ſiue, vt ipſe ſcribit, *maliloquum* per *ſerram* ſignificari obſeruauit, ſiue id ob dentium ſeriem, quæ mordacitatem innuere videatur: ſiue ob inuiſum ſtridorem, ... queauribus infenſum, quem in nodos præſertim illapſa, reddit acerbo, vt inquit Lucretius, horrore concitato. *Idem Pier. Valer.* ... 42. *pag.*417.

## ¶ Emblema.

Maledicentia,

Emblema 11. Andr. Alciati.

*Archilochi tumulo inſculptas de marmore Veſpas*
*Eſſe ferunt, lingua certa ſigilla mala.*

*Vide Calumnia, Conuitium.*

# Maleuolentia.

## ¶ Definitio: et Etymolog.

Maleuolentia, Græce κακόνοια, ας, ἡ vel χαιρεκακία, ... maleuolus. Eſt autem maleuolentia voluptas ex malo alterius ſine ſuo emolumento, *ſecundum Cic. lib.* 4. *Tuſ.* 9.

Indignatio eſt mediocritas inuidiæ & maleuolentiæ.

Maleuolentia, Hebr *Reſchah*, impietas, improbitas, à verbo *Raſchah*, improbus, maleuolus, præfractus fuit. Cognationem habet cum *Rahaſch*, commotus eſt, & cum *haſchar*, diues fuit. Illud enim maleuolis hominibus ſolemne eſt, quod ſubito moueantur, & in diuitiis plantati, malum animum aduerſus quoſuis foueant.

Maleuolentia nonnullis dicitur *ſcheninah*, i. acerbitas, & ſtridens, à verbo *ſchanan*, acuit: quia maleuoli in eos quos odio proſequuntur dentes neſcio quo modo acuere videntur.

## ¶ Sententiae Poeticae.

Philemon in Anacalyp.

*Λυπουμένῳ δ' ὅταν τις ἀκολουθῶν λέγῃ,*
*Χαῖρε· ἐξ ἀνάγκης οὗτος οἰμώζειν λέγει.*
*Si quis triſtantem aliquem ſecutus ei dixerit,*
*Salue, neceſſario ipſum lugere iubet.*
*Ὅτι οὐ χρὴ ἐπιχαίρειν τοῖς ἀδικοῦσιν.*
*Non eſt gaudendum ob alienas calamitates.*

Menander.

*Ταῖς ἀτυχίαις μὴ ἐπίχαιρε τῶν πέλας,*
*Πρὸς τὴν τύχην γὰρ ζυγομαχεῖν οὐ ῥᾴδιον.*
*Ne gaudeas ob infortunia proximorum.*
*Fortuna enim reluctari difficile eſt.*

Euripid. in Inone.

*Μὴ ὑπόθερμος ἴσθ' ἄγαν πρὸς τοὺς κακῶς*
*Πράσσοντας ἄνθρωπος γεγώς·*
*Ne nimium ſeuerus & grauis eſto erga infeliciter*
*Agentes, cum homo ſis.*

Idem in Andromache.

*Πᾶς συμφορᾶς γὰρ τῶν κακῶς πεπραγότων*
*Οὐ πώποθ' ὕβριν αὐτὸς ἐῤῥίψα παθεῖν.*
*Calamitatibus hominum infortunatorum,*
*Nunquam inſultaui, metuens ne quid etiam ipſe paterer.*
*Εἰ δ' ἐγὼ πράσσω κακῶς,*
*Μηδέν τοδ' αὔχει· καὶ σὺ τοι πράξειας ἄν.*
*Quamuis autem ego ſim infortunatus:*
*Ne propter id glorieris. Nam tu quoque talis fieri potes.*

Idem in Andromeda.

*Συνάλγησον, ὡς ὁ κάμνων δακρύων μεταδοὺς*
*Ἔχει κουφότητα μοχθῶν.*
*Condolete, nam æger lachrymis fuſis*
*Ab ærumnis leuatur.*

Heſiod. in operibus.

*Μή ποτε δ' οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ*
*Τέτλαθ' ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Ne unquam cuiquam miſeram paupertatem animum rodentem*
*Obijcere ſuſtineas, donum immortalium Deorum.*
Eurip. in Ione.

Οὐκ ἔστι λύπης ἄλλο φάρμακον βροτοῖς.
Ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ φίλου παραίνεσις.
Ὅστις ταύτῃ τῇ νόσῳ ξυνὼν ἀνὴρ,
Μὴ ἐς ταράσσει καὶ γαληνίζει φρένα.
Παρ' αὐτὰ δ' ἡσθεὶς ὕστερον ςένει διπλᾶ.
*Nullum eſt aliud hominibus remedium doloris,*
*Quam boni & amici viri adhortatio.*
*Illum perturbat & iterum componit animum,*
*In præſentia gaudens, duplo poſtea dolore afficitur.*
Stob. ſerm. 54.

*Solitudo ei ſuauis eſt, qui malos odio habet.*
Publius.

*Id agas ne quis tuo te merito oderit.*
Idem.

*Maleuolus ſemper ſua natura veſcitur.*
Idem.

*Grauior inimicus qui latet ſub pectore.*
Idem.

*Maleuolentiam qui vincit hoſtem ſuperat maximum.*
Horat.

*Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors.*
Plaut.

*Et miſerorum, vt maleuolentes ſint, atque inuideant bonis.*
Menander.

*Ledens me amicus ab inimico haud diſcrepat.*
Ouid.

*Turpe, Vir & mulier iuncti modo, protinus hoſtes.*
Propert.

*Inuidiam quod habet, non ſolet eſſe diu.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον.
Nemini calamitatem obieceris: communis enim fortuna eſt, & quid futurum ſit, non liquet. *Iſocr. ad Demon.*

Οἷς ἡδονὴν ἔχουσιν αἱ τῶν πέλας ξυμφοραὶ, οὐ ξυνιᾶσι μὲν τὰ τῆς τύχης κοινὰ πᾶσι, ἀπορέουσι δὲ οἰκίης χαρῆς.
Quibus infortunia proximorum voluptati ſunt, illi non intelligunt fortunæ caſus omnibus eſſe communes, & propriam gaudendi cauſam non habent. *Democr. Philoſoph.*

Ἀτυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα, κοινὴ γὰρ ἡ τύχη.
Infortunatum ne irriſeris, communis enim fortuna. *Chilo ſapiens.*

Cernuntur autem in iis ægritudinibus & voluptatibus omnibus, quæ ob eas res ſuſcipiuntur, quæ proximè eueniunt: qui enim indignatur, is dolet illorum rebus ſecundis, qui iniuria iis fruuntur: inuidus hunc vincens dolet rebus omnibus: at maleuolus tantum abeſt vt doleat, vt etiam capiat voluptatem. *Ariſt. lib. 2. Ethic.*

Ἐγὼ δ' ἐκεῖνον ἄνθρωπος ὢν ἀνθρώπῳ τύχην προφέρει, παντελῶς ἀνόητον ἡγοῦμαι. γὰρ ὁ τὰ βέλτιστα πράττειν νομίζων καὶ ἀρίστην ἔχειν οἰόμενος, οὐκ οἶδεν εἰ μενεῖ ταύτη διαμένει μέχρι τῆς ἑσπέρας πῶς χρὴ περὶ ταύτης λέγειν ἢ ὀνειδίζειν ἑτέρῳ.
Ego illum plane ſtolidum eſſe iudico, qui cum homo ſit, homini fortunam exprobrat. Quomodo enim conuenit de fortuna gloriari, ſeu eam obijcere alteri, illum qui ipſe neſciat, an ſibi conſtans vel ad veſperum permanſura ſit, quamuis præſentia ſe quam optime, & tam feliciſſime agere putet. *Demoſth. in orat. pro Corona.*

Ἄμασις Πολυκράτει ὧδε λέγει, ἡδὺ μὲν πυνθάνεσθαι ἄνδρα φίλον καὶ ξεῖνον εὖ πρήσσοντα, ἐμοὶ αἱ σαὶ μεγάλαι εὐτυχίαι οὐκ ἀρέσκουσι, ἐπισταμένῳ τὸ θεῖον, ὡς ἐστὶ φθονερὸν. καὶ πῶς βούλομαι καὶ αὐτὸς, καὶ τῶν ἂν κήδωμαι, τὸ μέν τι εὐτυχέειν τῶν πρηγμάτων, τὸ δὲ προσπταίειν, καὶ οὕτω διαφέρειν τὸν αἰῶνα ἐναλλὰξ πρήσσων ἢ εὐτυχέειν τὰ πάντα, οὐδένα γὰρ τῷ λόγῳ οἶδα ἀκούσας, ὅστις ἐς τέλος οὐ κακῶς ἐτελεύτησε πρόρριζος εὐτυχέων τὰ πάντα.

Amaſis Polycrati ita inquit: Mihi quidem feliciter agi cum viro amico meo & hoſpite audire, voluptati eſt: tamen quæ magnæ proſperitates mihi non placent, qui intelligo quam inuidum numen ſit. Quod ad me attinet, malum tum meas ipſius, tum eorum qui mihi curæ ſunt, res nunc proſperas ire, nunc contra, & per varias fortunæ vices æuum traducere, quam in omnibus mihi proſperè cedere. Nullius enim vnquam mentionem audiui, qui vbique ſucceſſus ex animi ſententia habuerit, & tandem male finiens non funditus ſit euerſus. *Herodot. lib. 3. hiſtor.*

Τοῖς μὲν νοσοῦσιν ἰατροὺς, τοῖς δ' ἀτυχοῦσι, φίλους δεῖ παραινεῖν.
*Medicos ægrotis, amicos infortunatis conſulere oportet.*

At mihi tamen ante quam in prouinciam venirem, redditæ ſunt tuæ literæ: quibus etſi Tarſum proficiſci demonſtrabas, tamen mihi non dubium ſpem conueniendi mei afferebas: quum interea, credo equidem, maleuoli homines (latè enim hoc patet vitium, & eſt in multis) ſed tamen probabilem materiam nacti ſermonis ignari meæ conſtantiæ, conabantur alienare à te voluntatem meam, qui te forum Tarſi agere, ſtatuere, decernere, multa iudicare dicerent, quum poſſes ſuſpicari iam tibi eſſe ſucceſſum: quæ ne ab iis quidem fieri ſolerent, qui breui tempore ſibi ſucceſſum iri putarent. Horum ego ſermone non mouebar: quin etiam (credas mihi velim) ſi quid tu ageres, leuari me putabam moleſtia: & ex annua prouincia quæ mihi longa videretur, prope iam vndecim menſium prouinciam factam eſſe gaudebam, ſi abſenti mihi vnius menſis labor detractus eſſet. *Cic. lib. 3. epiſt. famil. ad Appium Pulchrum.*

Naturæ ineſt adfectis iniuria erga adficientes continuo maleuolentia. *Procop. de bello Vand. lib. 1.*

# Malignitas.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

Malignitas, peruerſa & deprauata voluntas. Græc. κακοθυμία. Hebr. *Rahhah*, à verbo *Rahhahh*, malus fuit, malè affectus eſt, incommodauit. Hinc ῥαίω, deſtruo, corrumpo. *Rahho*, malus fuit. Dicitur etiam *Reſchahh*, malignitas, improbitas, à *Raſchah*. i. κακοηθία, maledicendi & maleſaciendi ſtudium.

Malignus homo deſcribitur *Iob. 5. & 12. Pſal. 5. 5. & 15. 4. & 119. 113.* Satan maligni ſpiritus, *Luc. 8. 2.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE ET HISTOR.

Ad vituperandum ſumus quam ad laudandum procliuiores. *Plut. in Lyſandro.*

Non modo extremæ eſt iniuſtitiæ, videri iuſtum, quum non ſis: ſed ſummæ eſt malignitatis, ſimulando facilitatem & ſimplicitatem iniquiſſimum ſe præbere. *Idem in Moral.*

Nulla tam modeſta felicitas eſt, quæ malignitatis dentes vitare poſſit. At quo ſucceſſu quoſdam fugeris, aut quibus inſulis miſericordiæ permulſeris, non cohibebis ne alienis malis perinde ac bonis ſuis lætentur & geſtiant. Diuites ſunt aliorum iacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus. Sed illi quatenus alienis incommodis ſuorum adhuc expertes inſultent, optima vindex inſolentia, vanitas humanæ conditionis viderit. *Val. Max. lib. 4. c. 7.*

Homines ſubinde nouis rebus gaudent: proinde facilius inuenias, qui afflictis inſultet, quam qui fortunatis gratuletur. *Pachymer. hiſt. lib. 1.*

¶ EXEMPLA.

Cain maligno oculo contemplans Abelis fratris ſui proſperitatem. *Gen. 4.*

Cham malignè & impiè patri ſuo Noacho inſultans, *Gen. 9.*

Laban malignè procedens cum Iacobo genere ſuo. *Gen. 28. 29. 30.*

Fratres Ioſephi malignitatem multiplicem tum aduerſus eundem, tum aduerſus patrem Iacobum cudunt. *Gen. 37. &c.*

Pharao cum ſuis malignauit in Iſraelitas. *Exod. 1.*

Balaam contra eoſdem. *Num. 22.*

Semei inſultat Dauidi in exilium fugienti. *2. Sam. 16.*

Seba maligno conſilio Miphiboſethum dominum ſuum facultatibus propriis ſpoliat. *2. Sam. 16. & 19.*

Iudas malignè carpit pium Mariæ factum. *Ioan. 12.*

¶ HIEROGLYPHICVM.

Coturnix, ſi quem limpidulæ æquæ fontem inuenerit, ſimul ac biberit, aquam reliquam roſtro pedibusq; corrumpere lutoſamque reddere, puluere etiam in eam ingeſto nititur: ne cuipiam alteri animali ad potum inſeruiat. Hæc maligna Coturnicis natura Ægyptiis argumentum dedit, vt malignum hominem per illam auem notarent. *Ioan. Pierius Valerianus lib. 24. c. 48.*

*Vide Inuidia, Liuor.*

# Malitia. Malum.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Malitia, Græce κακία, ας, ἡ, & κακὸς, οῦ, ὁ, malus dicitur. Hebr. in tit. voces, *Malignitas* explicatæ ſunt.

Malum hic ſumitur pro malo culpæ, non pro malo pœnę. Vide Etymol. trilingue Lugdun *pag.* 452. Eſt autem malitia mentis atq; animi deprauatio, à tramite veritatis deuia, *ſecund. Ambroſ. in Hexamer.*

Malitia eſt verſuta & fallax ratio nocendi, *ſecund. Cic. lib. 3. de Natur. Deor.* Differt autem malitia à vitioſitate, quod malitia certi cuiuſdam vitii nomen eſt, vitioſitas omnium.

Malum, Græce κακὸν, οῦ, τὸ, dicitur. Et nihil eſt aliud, quam boni priuatio, ſicut tenebræ ſunt priuatio luminis, *ſecundum Ioan. Damaſ. lib. 2. c. 4.*

Malum nihil aliud eſt, quam bonum imperfectum, *ſecundum B. Thom. ſecund. ſent. diſt. 34. q. 1.*

Malignitas, Græce κακία, ας, ἡ, & πονηρὸς, οῦ, ὁ, malignus dicitur. Malignus verò dicitur quaſi malus ignis, id eſt, prauam habens intentionem, *ſecund. B. Thom. ſup. Pſal. 36. princip.* Eſt enim malignus, aſper, difficilis, inuidus, auarus. Hinc malignam vitam, quæ anguſta atque ardua eſt, Virg. *Aditusq; maligni.*

Malignitatem vitæ noſtræ ſimilitudo declarat. Aranea eſt animal debile ac tenuiſſimum, quod tranſeuntibus muſcis quædam retia doloſa contexit: ſic anni illorum, qui ſceleratis operibus de-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diti ſunt, inanis & ſubdolis macchinationibus occupantur. *Caſſ. ſuper illud, Anni eorum ſicut aranea.*

### ¶ Biblici Loci.

Malitia damnatur, *Rom.*1.29. *Epheſ.*4.31. *Coloſſ.*3.8. *Iac.*1.21. *Pet.*2. *v.*1. malitia hominum multa, *Geneſ.*6.5. malitia omnis auferenda, *Epheſ.*4.31. *Col.*3.8. malitiæ veteris fermentum, 1.*Cor.*5.8. in malitia derſeuerantes pereunt, 1.*Sam.*12.25. malitia vt pueri efficiamur, ſtudere debemus, 1.*Cor.*14.20.

Malum omne fugiendum, *Pſalm.*34.15. & 37.32. & 119.101.128. *Prouerb.*3.37. *Eſa.*1.16. *Ezech.*18.21. *Amos* 5.15 *Rom.*12.9. 1.*Ioan.*3.*v.*4. 3.*Ioan.v.*11. Malum dicens bonum, punietur. *Eſai.*20. *Malach.*2.17. *Prou.*24.*v.*24. Malum pro malo non reddendum, *Prouer.*17.13 & 20.22. & 24.29. *Rom.*12.14.17. 1.*Cor.*4.12. 2.*Theſſ.*5.15. 1.*Pet.*3.9. Malum bono vincendum, *Rom.*12.20. A malo ita abſtinendum, vt quod bonum eſt facias, *Pſal.*34.15. & 37.27. *Eſa.*1.16.17. & 55.7. *Eph.*4.28. 1.*Pet.*3.11.

Malum pœnæ, à Deo eſt, *Deut.*32 3.1.*Reg.*9.9. & 21.29. *Eſa.*45.7. *Ierem.*11.11. & 32.43. *Baruch.*2.2. *Amos* 3.6 *Ionæ* 3.10. *Mich.*1.12. & 2. *v.*3. Malum culpæ ſumme auerſatur Deus, tantum abeſt, vt eum authorem habeat, *Exodi* 23.7. 2.*Paral.*19.7. *Iudith* 5.21. *Iob* 34.10. *Pſal.*5. *v.*5.7. & 45.7. *Prou.*15.*v.*8.9. *Sapien.*14.9. *Eccleſ.*15.21. *Oſe.*13.9. *Rom.*9.14. 2.*Cor.*6.15. *Iac.*1.13. Malos rectores & Præpoſitos permittit Deus ob peccata populi, 2.*Reg* 24. *Iob.*34.30. *Eſa.*29.10. *Ezech.*14.9. *Oſe.*13. *v.*11. 2.*Theſſ.*2.*v.*21. Iubetque obedientiam illis præſtare, *Matth.*23.3. Malorum etiam miniſtrorum opera vtitur Deus, *Matth.*7.22. *Mar.*9.38. *Luc.*9.49. Mali ſpecies fugienda, 1.*Theſſ.*5.22. Malo conſentire, quam noxium, *Rom.*1.32. Malorum inuentores miſeri. *Prouerb.*11. *v.*27.

### ¶ Sententiæ Biblicæ.

*Malum culpæ à nobis eſt.*

Nemini mandauit Deus impiè agere. *Eccl.*15.

Nemo cum tentatur, dicat: quoniam à Deo tentatur. *Iac.*1.

*Pœnæ à Deo.*

Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas, à Deo ſunt. *Eccl.*11.

Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit. *Amos.*3.

### ¶ Patrvm Sententiae.

Melius iudicauit Deus de malis benefacere, quam mala nulla eſſe permittere. *Aug. in Ench.*

Malignitas, eſt mala voluntas hominis, cum vltra non poſſit: vel beneficiis grates non referre *idem.*

Malitiæ comes indiuidua eſt miſeria. *in Pſal.*32.

Malitia eſt, per quam moribus deceptoriis veritate palliata vel odium alterius, vel proprium commodum attenditur. *in quadam epiſt.*

Malitia eſt mentis atque animi deprauatio à tramite veritatis deuia, quæ in curioſorum animos frequenter obrepit. *Ambroſ. in hexamer.*

Mala non ſunt, niſi quæ crimine mentem implicant, & conſcientiam ligant. *ibid.*

Sicut ignis amoris mentem erigit: ita ignis malitiæ inuoluit, quia ſpiritus Sanctus cor replet, eleuat, & ardor malitiæ ad inferiora ſemper incuruat. *Greg. ſuper* Ioel.

Mens praua ſemper in laboribus eſt, quia aut molitur mala, quæ inferat, vel metuit ne ſibi ab aliis inferantur: & quicquid contrà proximos cogitat, hoc contra ſe cogitari à proximis formidat. *libr.* 11. *Moral.*

Velocius malitiæ parua ſcintilla conſumitur, quam virtutis ignibus coaleſcere poſſimus. Nam & melli plurimo parum abſinthii iniectum, velocem amaritudinem tradit, mellis etiamſi duplum inijciatur abſinthio, non poterit eius obtineri dulcedo. *Nazianz. in apolog.*

Habet malitia currum ſuum rotis quatuor conſiſtentem, ſæuitia, impatientia, audacia, impudentia. Valde enim velox eſt currus iſte ad effundendum ſanguinem, qui nec innocentia ſiſtitur, nec patientia retardatur, nec timore frenatur, nec pudore inhibetur. Trahitur autem duobus pernicibus equis, & ad omnem perniciem paratiſſimis, terrenæ potentiæ & ſeculi pompa. Porro præſident his duobus equis aurigæ duo, timor & liuor. Timor quidem pompam, Liuor potentiam agit. *Bernh. ſuper Cant.*1.

Conſidera huius ſtultitiæ miſtum dolum tyranni: aut enim Herodes credidit ſcripturis aut non. Si non credidit, vt quid ergo interrogabat ſcripturas quas putabat eſſe vaniloquas? Si credidit æſtimans prophetiam eſſe immobilem, quomodo ergo ſperabat illum Regem interficere, quem futurum eſſe dicebant ſcripturæ? Nam ſi prophetiæ credidit, clarum erat ipſum aduerſus impoſſibilia conari. Sed ſi non credidit, tunc nec ſibi timere debuit, nec puero inſidiari. Reſpondit Chryſoſtomus: anima ſemel malignitate capta, ſtultior cunctis efficitur. Tale quippe eſt vitium malignitatis, vt à nullo plerunque impulſa, ſeſe ipſa præcipitet, & ſæpe abſque effectu operis, ærumnoſa & impoſſibilia conetur efficere. *Chryſoſt. ſuper Matth. c.*2.

Coerceri omnino nequit animus praua ſemel voluntate [...] tus, quia ſcelus ſapere neſcit, & ira conſilium non habet: ideo Herodes non ſuo conſilio gubernabatur, ſed vinculo diaboli trahebatur. *ibid.*

Sicut ignis quanto amplius ligna ſuſceperit, in maiorem flammam erigitur: ſic anima mala quanto magis veritatem audierit, amplius in malitiam excitatur. *ibid. ſuper Matth.*22.

Ætate minores, malitia pares. Nam pulli ſerpentum ſtatura breuiores ſunt, veneno autem æquales: catuli luporum, etſi venatione nocere non poſſunt, iam tamen in ſanguine gaudent, & morſibus lædunt. *ibid.*

Debuerunt Phariſæi timere Saducæorum exemplo, vt ne ſimiliter interrogantes confunderentur: ſed ardens malitia dum ſe forte [...] tate feſtinat, rei exitum non aſpicit, maleuolentia enim & liuor [...] triunt impudentiam. *ibid.*

Phariſæi apud ſe dicebant, Vnus loquatur pro omnibus, & omnes loquamur per vnum, vt ſi vicerit, omnes videamur victores. Si autem victus fuerit, ſolus videatur confuſus: Ecce ſagacitas [...] tium. *ibid.*

Loquitur apud ſe maligna cogitatio: vſquequo illum tale [...] lero: Conſentire ei comprobor, ſi eum non corripio, conſentio [...] autem, Deum offendo, corripiam ergo, ne Deum offendam. [...] pro mea, ſed pro Dei iniuria vel vlciſcenda totum facio; [...] lum ſibi reſtituam. Proximum enim corripere, & eum caſtigare [...] non eſt proximo nocere, ſed prodeſſe velle. Sic ſæpe apud ſe loquitur cogitatio maligna, excœcauit enim eam malitia ſua. *Hugo [...] de anima.*

Nequitiam veteres definierunt voluntariam eſſe malitiam [...] quam non caſu incidimus, ſed ſpontanea voluntate verſamur. [...] quam dictus eſt homo malus, quaſi nequaquam, id eſt, nullo tempore aptus. *Caſſiod. ſup. Pſal.*

Malignitatem vitæ noſtræ ſimilitudo declarat. Aranea eſt animal, debile ac tenuiſſimum, quod tranſeuntibus muſcis [...] retia doloſa contexit: ſic animi illorum, qui ſceleratis operibus [...] tenti ſunt, inanis & ſubdolis machinationibus occupantur. *idem in Pſal.*90.

Malitia eſt ex propoſito & deliberatione, malo cognito proximo conſentire. *Rich. in ep. ad Cor.*

### ¶ Sententiae Poeticae.

Anthol. Sac. Iac. Billii.

*Quum Deus effectum precibus non præſtat iniquis,*
*Multum concedit, quod nocitura negat.*
*Errantes voto non vult delinquere facto,*
*Iratusq; ſinit quod prohibet placidus.*
*Diſcat felici ſupplex gaudere repulſa,*
*Incipiatq; animo pellere quod voluit.*
*Parcentemq; Deum noſcat ſibi, cum ruiturus,*
*Non exaudiri, ne rueret, meruit.*

Sen. Hipp. Act. 2.

*Inuenit artes bellicas Mauors nouas,*
*Et mille formas mortis. Hinc terras cruor*
*Infecit omnes fuſus, & rubuit mare.*
*Tunc ſcelera dempto fine per cunctas domos*
*Iêre: nullum caruit exemplo nefas.*
*A fratre, frater, dextera nati parens*
*Cecidit, maritus coniugis ferro iacet,*
*Perimuntq; fœtus impia matres ſuos.*
*Taceo nouercas: mitius nil eſt feris.*

Idem Oct. Act. 2.

*Sed in parentis viſcera intrauit ſua*
*Deterior ætas, eruit ferrum graue*
*Aurumq; ſæuas mox & armauit manus.*
*Partita fines, regna conſtituit, nouas*
*Exſtruxit vrbes, tecta defendit ſuis*
*Aliena telis, aut petit præda imminens.*

Plaut. Bacch.

*Ædepol*

*Ne tu illorum mores perquam meditate tenes: ſed etiam*
*Vnum hoc ex ingenio malo malum eueniunt ſuo,*
*Nulli amici ſunt, inimicos ipſi in ſe omnes habent,*
*Atque cum fruſtrantur fruſtrari alios ſtolidi exiſtimant.*

Plaut. Trin.

*Noui ego hoc ſæculum moribus quid ſit: malus bonum malum*
*Eſſe vult vt ſit ſui ſimilis: turbant miſcent mores mali [...]*
*pax,*
*Auarus, inuidus, ſacrũ, profanũ, publicũ, priuatũ habent,*
*Hiulca gens, hæc ego doleo, hæc ſunt, quæ excruciant,*
*Hæc dies noctesq; tibi canto, vt caueas quod manus non*
*queunt*
*Tangere tantum fas habent, quo manus abſtineant.*

Catullus de nuptiis Pelei & Thetidis.

*Sed poſtquam tellus ſcelere eſt imbuta nefando,*
*Iuſtitiamq; omnes cupida de mente fugarunt;*

Perſua.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Perfudere manus fraterno ſanguine fratres,*
*Deſtitit extinctos natus lugere parentes,*
*Optauit genitor primæuus funera nati,*
*Liber vt innuptæ potiretur flore nouercæ.*
*Ignaro mater ſubſternens ſe impia nato,*
*Impia non verita eſt diuos ſcelerare Penates.*
*Omnia fanda, nefanda malo permiſta furore,*
*Iuſtificam nobis mentem auertere Deorum.*
*Quare nec tales dignantur viſere cœtus,*
*Nec ſe contingi patiuntur lumine claro.*

Iuuenal. 4.

*Quid refert igitur, quantis iumenta fatiget*
*Porticibus, quanta nemorum vectetur in vmbra,*
*Iugera quot vicina foro, quas emerit ædes?*
*Nemo malus felix.*

Horat. 1. epiſt. 1.

*Inuidus, iracundus, iners, vinoſus, amator,*
*Nemo adeo ferus eſt, vt non miteſcere poſsit,*
*Si modo culturæ patientem commodet aurem.*

Lucan. 1.

*Nullus ſemel ore receptus*
*Pollutas patitur ſanguis manſueſcere fauces.*

Boet. 4. 2.

*Quos vides ſedere celſo*
*Solij culmine Reges,*
*Purpura claros nitente,*
*Septos triſtibus armis,*
*Ore toruo comminantes,*
*Rabie cordis anhelos,*
*Detrahat ſi quis ſuperbis*
*Vani tegmina cultus,*
*Iam videbit intus arctas*
*Dominos ferre catenas.*
*Hinc enim libido verſat*
*Auidis corda venenis:*
*Hinc flagellat ira mentem*
*Fluctus turbida tollens,*
*Mœror aut captos fatigat,*
*Aut ſpes lubrica torquet.*
*Ergo, cum caput tot vnum*
*Cernas ferre tyrannos,*
*Non facit, quod optat, ipſe*
*Dominus preſſus iniquis.*

Claud. 4. Hon.

*Tu licet extremos late dominare per Indos,*
*Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent,*
*Si metuis, ſi praua cupis, ſi duceris ira,*
*Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas*
*Interius leges, tunc omnia iure tenebis,*
*Cum poteris rex eſſe tui.*

Sen. Med.

*Nullum ad nocendum tempus anguſtum eſt malis.*

Iuuen. 3.

*Quis nunc diligitur, niſi conſcius, & cui feruens*
*Æſtuat occultis animus, ſemperq́ue tacendis?*
*Nil tibi ſe debere putat, nil conferet vnquam*
*Participem qui te ſecreti fecit honeſti,*
*Charus erit Verri, qui Verrem tempore, quo vult,*
*Accuſare poteſt.*

Sen. Hipp.

*Sed cur idem, qui tanta Regis,*
*Sub quo vaſti pondera mundi*
*Librata ſuos ducunt orbes,*
*Hominum nimium ſecurus ades.*
*Non ſollicitus prodeſſe bonis,*
*Nocuiſſe malis?*

Boet. 1. 5.

*Omnia certo fine gubernans,*
*Hominum ſolos reſpuis actus,*
*Merito rector cohibere modo.*
*Nam cur tantas lubrica verſat*
*Fortuna vices, premit inſontes*
*Debita ſceleri noxia pœna:*
*At peruerſi reſident celſo*
*Mores ſolio, ſanctaq́ue calcant*
*Iniuſta vice colla nocentes.*
*Latet obſcuris condita virtus*
*Clara tenebris, iuſtusq́ue tulit*
*Crimen iniqui.*
*Nil periuria, nil nocet ipſis*
*Fraus, mendacijs compta colore,*
*Sed cum libuit viribus vti,*
*Quos innumeri metuunt populi,*
*Summos gaudet ſubdere Reges.*
*O iam miſeras reſpice terras!*
*Quiſquis rerum fœdera nectis:*
*Operis tanti pars non vilis*
*Homines quatimur fortunæ ſale:*
*Rapidos rector comprime fluctus,*
*Et quo cœlum Regis immenſum*
*Firma ſtabiles fœdere terras.*

Claud. 1. Ruff.

*Sed cum res hominum tanta caligine volui*
*Adſpicerem lætosq́ue diu florere nocentes,*
*Vexariq́ue pios: rurſus labefacta cadebat*
*Relligio, cauſæq́ue viam non ſponte ſequebar*
*Alterius, vacuo quæ ſemina currere motu*
*Affirmat, magnumq́ue nouas per inane figuras*
*Fortuna, non arte regi, quæ numina ſenſu*
*Ambiguo vel nulla putat, vel neſcia noſtri,*
*Abſtulit hunc tandem Rufini pœna tumultum*
*Abſoluitq́ue Deos: iam non ad culmina rerum,*
*Iniuſtos creuiſſe queror: tolluntur in altum,*
*Vt lapſu maiore ruant.*

Plaut. Bacch.

*Mali ſunt homines, qui bonis dicunt male.*

Plaut. Pen.

*Malo benefacere tantundem*
*Eſt periculum, quantum bono malefacere.*

Iuuenal. 13.

*Terra malos homines nunc educat.*

Ouid. 5. Triſt.

*Siue locum ſpecto, locus eſt inamabilis, & quo*
*Eſſe poteſt toto triſtius orbe nihil:*
*Siue homines, vix ſunt homines hoc nomine digni,*
*Quamq́ue lupi ſæuæ plus feritatis habent.*
*Non metuunt leges, ſed cedit viribus æquum,*
*Victaq́ue pugnaci iura ſub enſe iacent.*

Iuuen. Sat. 1.

*Nihil erit vlterius, quod noſtris moribus addat*
*Poſteritas: eadem capient facientq́ue minores.*
*Omne in præcipiti vitium ſtetit.*

Senec. in Tragœd. 8.

*Capienda rebus in malis præceps via eſt.*

Ibidem.

*Nil ratio & vſus audet in magnis malis.*
*Tenet horror artus.*

Menander.

Ἄγει τὸ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην.
*Ducit diuinitas malos ad iudicium.*
Θεοῦ δὲ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός.
*Dei autem flagellum non euitas mortalis.*
Λήσειν διὰ τέλους μὴ δόκει πονηρὸς ὤν.
*Latere vſque in finem ne putes cum ſis malus.*
Ὀξὺς Θεοῦ δ' ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πάνθ' ὁρᾶν.
*Acutus Dei autem oculus ad omnia inſpicienda.*
Ἀνὴρ πονηρὸς δυστυχεῖ, κἂν εὐτυχῇ.
*Vir malus infelix eſt, etſi felix ſit.*
Ἀνδρὸς πονηροῦ φεῦγε συνουσίαν ἀεί.
*Viri mali fuge congreſſum ſemper.*
Ἀνδρὸς πονηροῦ σπλάγχνον οὐ μαλάσσεται.
*Viri mali cor non mitigatur.*
Δόλιον δ' ἄνδρα φεῦγε παρ' ὅλον τὸν βίον
*Doloſum virum fuge per totam vitam.*
Θεοῦ δ' ὄνειδος τοὺς κακοὺς εὐδαιμονεῖν.
*Dei vituperium malos beneficio afficere.*
Καὶ ζῶν ὁ φαῦλος, καὶ θανὼν κολάζεται.
*Et viuens malus & mortuus punitur.*
Κακῷ σὺν ἀνδρὶ μηδ' ὅλως ὁδοιπόρει,
*Malo cum viro neque omnino iter facias.*
Πονηρὸν ἄνδρα μηδέποτε ποιοῦ φίλον.
*Malum virum nunquam facias amicum.*
Φασὶν κακίστους οἱ πονηροὶ τοὺς καλούς.
*Dicunt peſsimos mali illos, qui ſunt boni.*
Ὡς ἔργον εὖ ζῆν ἐν πονηροῖς ἤθεσι.
*Quam difficile bene viuere inter malos mores.*

Ex primo Eprgram.

Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδίκων τίσιν οὐκ ἀποτίσει.
*Nullus hominum iniuſtorum pœnam non ſoluet.*

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Videntur omnia repentina grauiora. Nam præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quæ venientia longe ante videris. *Cic. 3. Tuſcul.*

Non eſt dubium, quin omnia, quæ mala putantur, ſint improuiſa grauiora. 3. *Tuſcul.*

Inuentor malorum eſt, qui aliquam malam conſuetudinem vel alquod tormentum primus inuenerit. *Cic.*

Malitia præmiis exercetur: vbi ea dempſeris, nemo omnium gratuito malus eſt. *Salluſt. in fragm.*

Ingrata res eſt malitia nacta veniam. *Appia. lib. de bel. Mithrid.*

Publico

Publico decreto bellum gerere, publica malitia quæ ſociorum ſunt auferre, nec quenquam horum authorem punire, inſuper magis ducem ex illis eligere, commiſſorumq; facinorum duces & authores honore afficere, mihi omnis generis malitia refertum eſſe videtur. *Polyb. lib.*4.

Idem ſemper de nobis pronunciare debebimus, malos eſſe nos, (inuitus adijciam) & futuros eſſe. *Senec. de benef. lib.*1. *c.*10.

Vnum malum ſapientiæ eſt turpitudo, quæ introire eo vbi iam virtus honeſtumque eſt, non poteſt. *Idem, lib. quod in ſapientem iniuria non cadat. c.*4.

Inprimis cauendum, ne malum malo curare velis. *Pachymer. hiſtor. lib.* 4.

Malitia ipſa maximam partem veneni ſui bibit, ac venenum quod ſerpentes in alienam perniciem perferunt, ſine ſua continent: non eſt huic ſimile, hoc habentibus peſſimum eſt. *Senec,* 82. *epiſt.*

Malefacere qui vult, nuſquam non inuenit cauſam: maleuolus ſemper ſua natura vtitur. *in Prouerb.*

## ¶ Apophthegmata.

*Thales*, quid nocentiſſimum eſſet interrogatus? Malitia, dixit. Nocet enim illa bonis etiam, ſi attigerit. *Stob.*

*Socrates.* Hominem cui & malitia ſpes dependet, ſimilem illi eſſe dicebat, qui nauim infirmæ anchoræ committit. *Stob. ſerm.*2.

*Democritus,* Malitia, inquit, res eſt quæ facilè capitur. Nam dum in ſolum lucrum intenta eſt, circumſpectè obuiam ſe quæſtui præbet, & temerè perſuadetur. *Stob. ſerm.*2. *de malitia.*

*Epictetus,* Quemadmodum, inquit, viperam, aut aſpidem aut ſcorpium in eburneo vel aureo ſcrinio inſpiciens, non propter materiæ pretium ipſa diligis aut magnifacis tanquam felicia animalia, ſed potius propter naturæ ipſorum exitialem vim abhorres ac deteſtaris: ſic etiam in diuitiis & faſtu fortunæ malitiam videns ineſſe, non ad materiæ ſplendorem obſtupeſce, ſed morum prauitatem contemne. *Stob. ſerm.* 5.

*Plato.* Ea quæ mala dicuntur, malis bona, iuſtis vero mala eſſe dicebat. Bona rurſus, bonis quidem verè eſſe bona, malis autem mala. *Stob. ſerm.*2.

*Dionyſius philoſoph.* Res malas ſeu improbas dicebat nunquam in eodem ſtatu manere, ſed ſubinde moueri & in maiorem creſcere petulantiam, nec vllum certum modum aſſequi. *Stobæus eodem ſerm.*

*Hiperides,* Incipientibus malis obſtruendas eſſe vias dicebat. Nam cum ſemel (inquit) radices egerit, & inueterata fuerit malitia, tanquam congenita ægritudo, difficilis extinctu fit. *Stob. ſermone* 44.

*Socrates,* Iniuriam, inquit, facere, & non obedire meliori: ſiue Deo, ſiue homini, malum ac turpe eſſe ſcio. Nunquam enim vel metuam, vel fugiam illa, de quibus an bona ſint incertus ſum, magis quàm mala, quæ mala eſſe non dubito. *Plato in apolog. Socratis.*

*Democritus,* Malum, inquiebat, etiamſi ſolus fueris neque dixeris, neque faceris. Diſce autem te ipſum multo magis quam alios reuereri. *Stob. ſerm.*31.

*Pythagoras.* Vir malus plus mali patitur afflictus conſcientia, quam ille qui in corpore caſtigatur, & flagris cæditur. *Stobæus ſermone* 24.

*Idem,* Qui de malis, inquit, pœnas non ſumunt, bonos affici volunt iniuriis. *Stob. ſerm.*44.

*Epictetus,* Si cupis, inquit, bonus fieri: primum crede, quod malus ſis. *In Enchir. & Stob. ſerm. de virtute.*

*Iamblichus* dicebat, quemadmodum ſupputato ſatius eſt vti quam ita manere: ſic etiam malo viro mori, quam viuere. *Stobæus ſerm.*44.

*Archytas Pythagoreus*, Semper, ait, infelicem oportet eſſe malum, ſiue adſit materia, male enim ea vtitur: ſiue ea careat. Sicut cæcus, ſiue lumen habet, & claritatem viſibilem: ſiue in tenebris degat. *Stob. ſerm. de virtute.*

*Diogenes,* Cum adoleſcentem natura malum lapides in cœlum iactantem videret: Euge, inquit, ſcopum non attinges. Innuit autem, eos cœleſtium bonorum nequaquam hæredes eſſe, qui malitioſam agerent vitam. *Laert. lib.*4.

*Idem,* Corinthum profectus, ludum ingreſſus eſt, quem ibi Dionyſius regno pulſus aperuerat, audiuitque pueros male canentes. Interim ingreſſus Dionyſius, quoniam putabat Diogenem conſolandi gratia veniſſe, humaniter, inquit, facis Diogenes, hæc eſt rerum humanarum volubilitas. Imo, (inquit Diogenes,) miror te etiamnum viuere, qui tantum malorum in regno patraris, & video nihilo meliorem eſſe ludi magiſtrum quam fuiſti Rex. *Laertius & Eraſm. lib.*3. *apoph.*

*Idem,* Eunuchus quiſpiam contaminatæ famæ, inſcripſerat ædibus ſuis, μηδὲν εἰσίτω κακόν. Ne quid ingrediatur mali. Id videns Diogenes: Ædium, inquit, dominus qua ingreditur? Eunuchus boni omnis gratia poſuerat titulum, ne quid infelicitatis attingeret domum, id Diogenes detorſit, ad mala animi, quæ ſola vera ma[la] ſunt. *Laert. lib.*6. *Bruſon. lib.*4. *cap.*11.

## ¶ Similitvdines.

*Chryſoſtomi.* Sicut aqua ſiue ſalſa ſit, ſiue illa potabilis, & [...] plet haurientium, & ſuum fontem, ex quo manat, nequaquam [...] cuum remanere permittit: Sic & nequitia, ſic virtus, vnde pro[...] rit, illum procreatorem primitus illa lætificat, & illa conſum[...] *[ho]mil.*1. *ad Hebr.*

Sicut ad Solis radios infirmi oculi non audent aſpicere: [...] tutem malitia contueri non audebit vnquam, ſed dorſo obie[...] cedet, victamque ſe fatebitur. *homil.*12. *in Geneſin.*

Sicut difficile aliquem ſuſpicatur malum, qui ipſe eſt bonus [...] difficile aliquem ſuſpicatur bonum, quia ipſe eſt malus. *In [...] Matth. homil.*5.

Malignitas, quemadmodum febricitantes, quando frig[...] quam expetunt, non futura, ſed præſentia ſolum conſiderat [...] *[ho]mil.*49. *in Matth.*

Quicquid non eſt lumen tenebræ eſt: Sic & quicquid bo[num] non eſt, malum eſt. *in cap.*5. *Matth. hom.*11.

Sicut vas quamdiu plenum eſt de aliquo, non recipit ſuper[...] ſu[...] autem vacuum fuerit, recipit omne quod mittitur: [...] mo quamdiu occupatus eſt malis, non recipit bonum, & qu[...] occupatus eſt bonis, non recipit malum. *in cap.*24. *Matthæi [...] ita*10.

Si qui ſponte ſua, mentis oculis conniuentes ad huius [...] dio aciem dirigere noluerint, non ex luminis natura in te[...] perſtiterunt, ſed malitia ſua, qui ſponte tanto dono Dei indig[nos] reddiderunt. *hom. in Ioan.*

Qui amara bibunt antidota, patienter ferunt quandam pri[...] moleſtiam, & tunc ſenſum percipiunt ſoſpitatis. Tale quidd[am] virtus, tale quoque malitia. In iſta prima eſt voluptas, & ſequ[...] gritudo: in illa verò prima eſt mœſtitia, & tunc iucunditas pro[...] tur. Sed nihil ſimile eſt cum quis primum contriſtatur, & p[...] gaudio perfruitur, & cum primo gaudetur, poſtea in mœrore[m] cidere: & quomodo hoc? Hic enim timor futuræ triſtitiæ p[...] gaudium deuenuſtat: vt illic nunquam gaudeatur p[...] nunquam triſtitiæ dominetur. Et non in hoc differentia conſ[...] in alio, quia temporis æqualitas non eſt. Nam malitiæ gau[dium] temporale eſt: In ſpiritualibus autem gaudii iucunditas æter[na] *[ho]mil.*30. *ad Hebræos.*

*Athanaſii.* Quemadmodum ſi quis ſerpentem apprehe[n...] manu, dumque conatur in alterum proijcere, prorſus ipſe mo[...] tur: aut ſi quis ignem manu tenens, dum vult hoſtem lædere [...] intelligat quod ipſe prorſus exuritur: Sic malitia militat ad[...] eos qui ipſa vtuntur, magisque lædit eos à quibus habetur, q[uam] eos in quos intenditur. *De paſſione Domini.*

*Nazianzeni.* Malitia natura eſt expedita, & vehemens a[...] rius inclinatio, torrens per pronum decurrens aut calamus, q[...] ſcintillam & ventum facile ſuccenditur, ſuoque conſumitur ge[...] ne. Ignis enim materiæ fœtus exiſtit, qui & materiam con[...] quemadmodum malitia malos, & cum ſuo abit nutrimento. [...] *rat.*11. *de pace.*

Sicut ſi aridæ quis ſtipulæ ſcintillam ignis inijciat, qui inſuper iam ventis ſpirantibus animetur: Ita velocius malitiæ par[...] tilla conſumimur, quam virtutis ignibus vel accendi vel coale[...] poſſimus. Nam & melli plurimo cum parum abſynthii iniect[...] velocem amaritudinem trahit: mellis verò ſi duplum inijciatur [...] ſynthio, non poterit eius obtineri dulcedo. *in Oratione vndecim[a] de pace.*

*Damaſceni.* Nihil eſt malum niſi boni priuatio: ſicut & te[ne]bræ, luminis eſt carentia, bonum enim lumen eſt intelligibile, [...] & tenebræ intellectuales ſunt malum. Quod hominibus eſt m[...] hoc Angelis eſt lapſus: poſt lapſum non eſt illis pœnitentiæ locus [...] neque poſt mortem hominibus. *lib.*2. *cap.*4. *Orthodox. fidei.*

*D. Auguſtini.* Tanquam ſi quiſpiam veneni calicem præpar[...] licui, & oblitus bibat: & tanquam ſi foueam quiſquam fodiat [...] quam quiſq; inimicus eius in tenebris incidat, & ille oblitus q[...] foderat, ambulans ea via, prius illuc cadat: Ita credite, ita certi [...] te, videte, proſpicite, quia nemo malus non ſibi proprius nocet. [...] enim eſſe putate malitiam, quomodo ignem. Incendere viſ a[...] aliud, illud quod amoues, prius ardet: niſi ardeat, non incendit [...] cula eſt; hanc faculam apponis, ne aliquid incendat: nunqu[...] ipſa facula quam apponis, prior ardet, vt aliquid poſſit incend[...] Malitia autem procedit ex te: & quem prius vaſtat, niſi te? Q[...] profundit ramum, lædit: vbi radicem habet, non lædit? Equi[dem] dico quod malitia tua vt alteri non noceat, fieri poteſt: Vt au[tem] tibi non noceat, fieri non poteſt. *in Pſalmum triceſimum [...] tum.*

*Hieronymi.* Quomodo ciſterna vel acris frigidam fa[cit] aquam ſuam: Sic in medio Hieruſalem malitia quæ in ea e[...] omnem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...ualorem perdidit vitæ & quæ ſequuntur. *in cap. 6. Hieremiæ.*

*...* Vt qui laborant, non affectant haberi vlceroſi, ſed magis ...eſſe quam videri: Ita non eſt affectandum, vt videaris ma... quam ... magis abominandum, ne ſis talis, quàm ne videaris. *in moralibus.*

*Diogenes* videns adoleſcentulum quendam in popina, ei pudore ...fugienti: Quo interius, inquit, fugeris, hoc magis eris in po... Ita vitioſi quo magis abdunt ſeſe intra ſeipſos, hoc magis ſunt ...quod ſunt. Foras prodeant oportet, ſi cupiunt effugere ſeipſos. *in moral.*

*Pretioſum vinum*, ſi in vas ſordidum & impurum infuſum ſit, ...gratiam: Ita bona ſententia ſi à malo viro proficiſcatur, aut ſi ...in malum virum inciderit. *in moral.*

*Vt vitur mala* foris ob pudorem eſt modeſtior, domi ſui ſimilis ... Sic malitia apud alios premit ſeſe, in ſomnis aperit. Nam tum ... matrem, aut ſororem, aut veneno tollit amicum. *in moralibus.*

...*nea.* Tempeſtas minatur antequàm ſurgat, crepant ædificia ...quam corruant, prænunciat fumus incendium: At ſubita eſt ex ... pernicies, & diligentius tegitur, quo propius accedit, *apud Plutarchum.*

*Illud venenum* quod ſerpentes ſiue ſua pernicie continent, in a... effundunt: At malitia maximam ſui veneni partem bibit, *apud eundem.*

*Vt ſemina bona*, ſi in ſolum bonum inciderint, ſimilia origini ...ueniunt, eadem humus ſterilis ac paluſtris necat: Sic philoſophiæ ...cepta, ſi in bonum aut prauum animum inciderint, *apud eundem.*

*Serpens* etiam peſtifera, dum frigore torpet, tute tractatur, non ...quod deſit venenum, ſed quod non poſſit explicare: Sic quibuſdam ...ad ſuam malitiam vires deſunt, non animus. *apud eundem.*

*Plini.* Tradunt, in Albania naſci homines glauca oculorum acie, ...nocturnarum ritu plus noctu quam interdiu cernant: Ita quidam ...ſapiunt in rebus facinoroſis, quam in bonis ac præclaris: aut in ...dis potius, quam in egregiis. *lib. 7. cap. 2.*

*Vt Baſiliſcus* ſibilo fugat omnes ſerpentes: Ita quidam adeo ſunt ...lentes, vt alii ad illos collati boni videantur, atque vltro cedant. ...*cap.*

*Salamandra* tantus eſt rigor, vt ignem contactum non aliter ...glacies extinguat: Ita quidam citius hominem ad torpo... adduxerint, quam ipſi ad honeſta inflammentur. *Libro decimo, cap. 67.*

*Ineuitabile malum eſt aſpis*, niſi natura hebetes addidiſſet ocu... Ita quidam eſſent peſtilentiſſimi, ſi prauæ cupiditati accederet & ...genium, vt rationem quoque nocendi poſſent excogitare, *libro 8. cap. 23.*

*Delphini*, tranquillo mari laſciuientes, flatum qua veniunt ...denuntiant: Ita quum exultant improbi, tolluntque ſeſe, ...rerum humanarum tempeſtatem inſtare ſignificant. *Libro 18. cap. 35.*

*Roterodami*, Vultures vnguentorum odore fugantur, ad cadaue... aduolant: Ita quidam rebus honeſtis abhorrent, ad fœda rapiun... *in ſimilib.*

*Vt apis*, amiſſo aculeo, iam nec nocere poteſt exarmata, nec prod... mellificium: Ita mortales, qui nocere norunt, iidem norunt ...*in ſimilib.*

*Vt qui hircoſi* ſunt, grauius olent, quum ſe vnguentis obleuerint: ...dior eſt nequitiæ fama, ſi eam doctrinæ celebritas reddat ma... conſpicuam, latiusque traducat in hominum fabulas. *in ſimilib.*

*Vt Pyrites gemma* non aperit vim igneam, niſi atteras: tum enim ... adurit: Ita quorundam malitiam non ſentias, niſi cum illis ...tudinem aut commercium habueris, aut non ſentias Philo... vim, niſi exercueris: Ita ſumma attritu vim attrahendi, & ... produnt. *in ſimilib.*

*Porphyrus* ſerpens venenum habet, ſed quoniam edentulus eſt, ſi... Ita quidam male cogitant, ſed quod deſit facultas, nemini ... *in ſimil.*

*Themiſt.* Frigidus neminem poteſt incalfacere: nec iniquus quen... ſuo ſermone ad virtutem accendere. *in apoph. 87.*

¶ ADAGIA.

...ſis tragœdos conduxit. ὁ Δᾶτυς τραγῳδοὺς ἐμισθώσατο.

*Vt quis vltro prodeat quempiam, vnde ſua audiat probra. Lucianus.*

Suo iumento ſibi malum accerſere. *Plaut.*

*Quiſque ſibi malorum eſt author, ſuo iumento ſibi malum accerſere dicitur.*

Suo ſibi hunc iugulo gladio, ſuo telo. *Terent.*

*...eum, qui ſuis ipſius dictis reuincitur, aut qui ſuopte inuento ...capitur.*

Ouidius.

*Remigiumq́ dedi, quo me fugiturus abires,*
*Heu patior telis vulnera facta meis.*

Suo ipſius laqueo captus eſt.

*Metaphora ſumpta ab iis, qui inſtructis pedicis auibus aut feris inſidias tendunt.*

Suo ipſius iudicio periit ſorex.

*Donatus admonet, eſſe prouerbium in eos, qui ſuapte voce produntur.*

Incidit in foueam, quam fecit.

*In Odis Dauidicis:* Λάκκον ὤρυξε, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον, ὃν εἰργάσατο. *Lacum fodit, & aperuit eum, & incidit in foueam, quam fecit.*

Captantes capti ſumus. αἱροῦντες ᾑρήμεθα.

*Cum res præpoſtere euenit, vt ipſi circumueniamur ab iis, quibus conabantur imponere.*

In venatu periit. αὐτή τε ἀπώλετο ὑπὸ τῆς ἄγρας. *Lucianus.*

Id eſt: *Et ipſa venatu periit, hoc eſt, dum adoleſcentem venatur, ſtudetq́ irretire, etiam ipſa ſeſe perdidit.*

Hanc technam in teipſum ſtruxiſti.

*Eandem ſententiam alitor expreſſit Lucianus:* Ὥστε σόφισμα κατὰ σαυτοῦ συντέθεικας. *Vtendum erit, cum dolus in alterum excogitatus, in caput authoris recidit.*

Qui inſpuerit cauernam formicarum. ὡς ὁ πτύσας εἰς μυρμηκιὰν, οὐδὲ ταχεῖαν.

*Torqueri poterit in eos, qui multitudinem imbecillium quidem, ſed tamen numeroſam & concordem prouocant.*

Ex ipſo boue lora imponere. ἐκ τοῦ βοὸς τοὺς ἱμάντας λαμβάνειν.

*Qui lædunt quempiam, ab ipſo, quem lædunt, accipiunt.*

Talia gignit bellum. τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται.

*Docet hic Senarius, è diſſidiis eorum qui rempublicam adminiſtrant multa gigni abſurda. Id tranſlatum ad priuatam diſcordiam, plusculum habebit gratiæ.*

Securim iniicere. *Cicero.*

*Dicuntur qui vehementer lædunt ac vulnerant.*

Sibi parat malum, qui alteri parat. αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων.

*Nemo poteſt alterum iniuria afficere, niſi primo lædat ſeipſum, qui alium fraudat pecunia, ſeipſum ſpoliat bona mente, grauius ſeipſum lædit, quam alterum. Ariſtot.*

Chius dominum emit. Χῖος δεσπότην ὠνήσατο.

*In eos quadrabit, qui ſibiipſis malum accerſunt. Athen.*

Mala attrahens ad ſe, vt cæcias nubes. κακ' ἐφ' αὑτὸν ἕλκων, ὡς ὁ καικίας νέφος.

*In eos, qui ſibiipſis litium ac negotiorum materiam pariunt, accerſuntq́.* Er heiſchet die Schläge/ wie ein Pferdt ſein Futter.

Ne quid ſuo ſuat capiti. *Terent. in Phorm.*

*Pro eo quod eſt, ne quid mali ſibi conciliet.* mache dir nit eine Ruthe vber deinen eigen Rucken.

In cœlum expuis. εἰς οὐρανὸν πτύεις.

*Id eſt: Facis, quod in tuum ipſius recidat caput: aut, obloqueris his qui te facile poſſunt lædere. Confine illi: Aduerſus ſtimulum calcitrare.*

Spontanea moleſtia.

*Celebratur inter Græcos cum primis bellus & elegans trimeter:*

Αὐθαίρετος λύπ' ἐστὶν ἡ τέκνων σπορά.

Id eſt:

*Vltraneus dolor eſt parare liberos.*

*Dici non poteſt, quantum & quam moleſtum negotium ſit, educare liberos: præſertim cum adeo pauci ſint, qui parentum officio reſpondeant.*

In tuum ipſius malum lunam deducis. ἐπὶ σαυτῷ τὴν σελήνην καθέλκεις.

*Dicebatur de iis, qui ſuis ipſorum artibus ſibi malum accerſerent.* Du ſpeyeſt in deinen eygen Buſen.

Lunam detrahere. τὴν σελήνην κατασπᾶν.

*Conſueuit dici de eo, cui res vehementer aduerſa videretur.*

Atlas cœlum. Ἄτλας τὸν οὐρανόν.

*Subaudiendum ſuſcepit. Dici ſolitum de his, qui ſeſe magnis & moleſtis inuoluunt negotiis ipſiq́ ſibi malum accerſunt.*

Accerſitum malum. ἐπισπαστὸν κακόν.

*Accerſitum malum dicitur, cuius ipſe tibi cauſam præbueris.*

Coruus ſerpentem. κόραξ τὸν ὄφιν.

*Vbi quis ſuo ipſius inuentu perit. Torquere licebit in hominem ob edacitatem periclitantem.*

Bis interimitur, qui ſuis armis perit.

*Magis dolent incommoda, quibus ipſi dedimus occaſionem.*

Colubrum in ſinu fouere. ὄφιν ἐν τῷ κόλπῳ θάλπειν.

*Dicitur, qui complectitur amore, ſtudioque perſequitur ingratum.*

Hoſtis domeſticus. οἴκοθεν τὸν πολέμιον ἔχειν.

*Vbi malum non aliunde proficiſcitur, ſed ex nobis ipſis naſcitur.*

Capra gladium. αἲξ μάχαιραν.

*Subaudi reperit. In eos dicitur, qui ipſi repetiunt, quo pereant.*

Die Geyß ſuchet das Meſſer.

Pyrauſtæ gaudes gaudium. χαρὰν Πυραύστου χαίρεις.

VVV *De mo-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*De momentanea fluxaque voluptate. In eos, qui ſibiipſis exitium accerſunt.*

Prudens in flammam mitto manum.

*Hieronymus vſurpat pro eo, quod eſt, ſciens expono me diſcrimini, malisq; obijcio.*

Calidum prandium comediſti. *Plaut.*

*Id eſt: Feciſti quod tibi magno malo ſit futurum.*

Malum conſilium.

*Malum conſilium conſultori peßimum.* In eos, *in quorum caput recidit, quod alijs perperam conſuluerunt.*

Heſiodus.

> Οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων,
> Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.
> *Ipſe ſibi nocet is, alium qui lædere quærit,*
> *Conſultum male conſultori peßima res eſt.*

Wer einem andern ein Grube machet / der fällt gewöhnlich ſelbſt darein. Et quod Hebræus Sapiens habet: Wer den Stein in die Höhe wirfft / dem fällt er gern auff den Kopff.

Camelus deſiderans cornua, etiam aures perdidit. ἡ κάμηλος ἐπιθυμήσασα κεράτων, καὶ τὰ ὦτα προσαπώλεσεν.

*Conueniet in eos, qui dum peregrina ſectantur, ne ſua quidem tuentur.*

Sibi malum reperit,

*In eum, qui ſuo læditur inuento, quadrabit illud Homeri ex Odyſſ. φ.*

> Οἷ αὐτῷ πρώτῳ κακὸν εὕρετο οἰνοβαρείων.
> *Qui ſibi perniciem vel primum reperit ipſe*
> *Vino victus.*

*Dictum eſt de Eurytione, qui primus inuenit vſum vini, peremptus a Lapithis.*

Ipſe ſibi perniciem accerſiuit.

*In eum, qui ſibi pertinaciter accerſiuit malum, cui veluti fato deſtinatus ſit, congruet illud Homeri:*

> Τὸν δ᾽ ἄγε μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλος δέ.
> Id eſt,
> *Iſtum mortis in exitium mala Parca trahebat.*

Cœno puram aquam turbans, nunquam inuenies potum. βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μαίνων οὔποτε εὑρήσεις πότον.

*Dici ſolitum, vbi quis ea, quæ ſunt per ſe pulcherrima, contaminat, admixtis ijs, quæ ſunt turpiſsima.*

Bellerophontis literas. Βελλεροφόντης τὰ γράμματα.

*Subaudiendum, adfert, aut aliud aliquod. Locus erit huic prouerbio, cum quis literas velut commendatitias perfert, quæ contra ipſum ſint ſcriptæ.*

Aue luporum catulos.

*In eos, qui læduntur ab ijs de quibus bene meriti ſint, aut in ingrato.*

Phoci conuiuium. Φώκου ἔρανος.

*Dictitari conſuetum, vbi quis ſuo male conuiuas acciperet.*

Puer glaciem. ὁ παῖς κρύσταλλον.

*Dicebatur in eos, qui cum quippiam retinere non poßint, nolunt tamen amittere. Zenodot.*

Turdus ipſe ſibi malum cacat. κίχλα χέζει αὐτῇ κακόν.

*In eos, qui ſibiipſis miniſtrant exitij cauſam.*

Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum.

*Verba ſunt* Phormionis *paraſyti, qui, quoniam fuerit author conſilij de ducenda puella, æquum eſſe putat, vt ſuo periculo rem item expediat.*

Faber compedes, quas fecit, ipſe geſtet. *Auſonius.*

*Competit in eos, qui ſibi ipſis authores ſunt malorum. Vulgo dicunt: Flagellum ipſe parauit, quo vapularet.* Er hat jhm eine Ruthe vber ſeinen eygen Rucken gebunden.

Ipſe ſibi mali fontem reperit, αὐτὸς εὗρε τοῦ κακοῦ πηγήν.

*Hoc eſt: Ipſe ſibi malorum author & cauſa eſt.*

Bos aduerſus ſeipſum puluerem mouet. βοῦς ἐφ᾽ ἑαυτῷ κονίεται.

*Vbi quis ad ſuum ipſius malum volens lubensq; ducitur. Nam boues facile ſe præbent vinciendos.*

Echinus partum differt. Ἐχῖνος τὸν τόκον ἀναβάλλει.

*De ijs, qui prorogarent quippiam ſuo malo.*

Noſtris ipſorum alis capimur. τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα. *Athenæus.*

*Conueniet in eos, qui ipſi præbent occaſionem ſui mali.*

Capra contra ſeſe cornua. ἡ αἲξ καθ᾽ ἑαυτῆς τὰ κέρατα.

*Ab apologo natum. Capra quopiam, cum eſſet iaculo vulnerata, circumſpectans, vndenam id mali ſibi adueniſſet arcum contemplas caprinis cornibus compactum, dixit ad hunc modum: In meam ipſius perniciem produxi cornua.*

Carpathius leporem. ὁ Καρπάθιος τὸν λαγών.

*Dicebatur in eos, qui ſibi rem noxiam accerſerent. Ariſt.*

Calidam veruti partem. τὸ θερμὸν τοῦ ὀβελοῦ.

*Subaudiendum arripuit. Vbi quis per imperitiam negocij ea parte rem aggreditur, qua minime tutum fuerat aggredi.*

Cornix ſcorpium. κορώνη τὸν σκορπίον.

*Subaudiendum, rapuit: Quadrat in hos, qui parant eos lædere: vnde tantundem mali ſint viciſsim accepturi.*

Cornutam beſtiam petis. *Plaut.*

*Qui illum laceßit, qui paratus ſit retaliare iniuriam.*

Cicadam ala corripuiſti. τέττιγα πτεροῦ συνείληφας.

*Cicada ſi preſſeris alas, vehementius etiam perſtrepit: ita* [...] *hominem poetam ſibi faciat inimicum. Horat. Genus irritabile* [...] *tum, dixit.*

Irritare crabrones. τὰς σφηκιὰς ἐρεθίζειν.

*Id dictum eſt a Poeta in mulierum ingenium: quibus* [...] *pugnes, magis prouoces.*

Octipedem excitas. ὀκτώπουν ἀνεγείρεις.

*Nimirum ſcorpium, quem non niſi tuo periculo, ſuſcites.*

Anagyrum commoues. Ἀνάγυρον κινεῖς.

*In eos, qui ſibiipſis malorum authores eſſent. Ariſtophan.*

Suem irritat. ὗν ὀρίνει.

*In auidum rixarum dicebatur. Sus enim agreſtis prouoca*[...] *cta petit eum, à quo prouocatus eſt.*

Leonem ſtimulas, τὸν λέοντα νύττεις.

*Id eſt: Leonem pungis ſeu vellicas. De his qui potentem* [...] *in ſuorum ipſorum exitium prouocant.*

Ipſa olera olla legit. *Catullus.*

*In eos quadrabit, qui ſuum ipſorum vitium in aliud* [...] *reijciunt: aut, qui ſic ad ſcelus aliquod, quaſi facti ſunt,* [...] *ſint non peccare.*

Fontibus apros. Floribus Auſtrum.

*Vbi quis optat nocitura. Virgilius:*

> *Eheu! quid volui miſero mihi? floribus Auſtrum,*
> *Perditus, & liquidis immiſi fontibus apros.*

*Nam Auſter ventus floribus inimiciſsimus eſt.*

Leonem radere. Λέοντα ξυρεῖν.

*Dicuntur, qui feroces & præpotentes arte tractant &* [...] *magno ſuo periculo.*

Nemo læditur niſi à ſeipſo. *Diogen.*

*Nemini fit iniuria, ſi eam exiſtimet ad ſe non pertinere.*

Arcadiam me poſtulas. Ἀρκαδίην μ᾽ αἰτεῖς, idem.

*Quadrat vel in magna, vel inutilia petentem. Herodotus* [...] *primo.*

Ipſi teſtudines edite, qui cepiſtis. αὐτοὶ χελώνας ἐσθίετ᾽ [...] λετε.

*Qui prendidiſtis, ijdem edite teſtudines. In eos dicitur,* [...] *quam inconſulte quippiam adorti ſunt, alienum* [...] *um, quos ſuo negotio admiſceant.*

Oenoe charadram. Οἰνόη τὴν χαράδραν. *Heſychius.*

*Dici ſolitum in eos, qui ipſi ſibi malum accerſerent.*

Malum bene conditum ne moueris. μὴ κινεῖν κακὸν εὖ [...]

*In eos qui ſua ſtultitia turbas excitant.* [...] Hund ſoll man nicht auffwecken.

Mouere Camarinam. κινεῖν τὴν Καμαρίναν.

*Et ſibiipſi malum accerſere.*

Pyrauſtæ interitus. Πυραύστου μόρος.

*In eos dicebatur, qui ſibiipſis exitium accerſunt. Ait enim* [...] *dotus: Pyrauſtam inſectum eſſe, quod lucernas ambiens,* [...] *ſis alis, concidat pereatq;*

Ipſo cratere. αὐτῷ κρατῆρι γίνη κακά.

*Dictitari ſolitum, de ijs, in quos recedit, quod per inſidias* [...] *moliebantur.*

Docui te vrinandi artem, & tu me vis demergere. ἐδίδαξα [...] βιζᾶν καὶ σὺ βυθίσαι μ᾽ ἐζητεῖς.

*In eos quadrat, qui bene facta malefactis retaliant.*

Fecem bibat, qui vinum bibit.

*Qui fructus ſit optimus, eundem boni conſulere debere* [...] *Ariſtoph. in Pluto.*

> Ὅμως δ᾽ ἐπειδὴ καὶ τὸν οἶνον ἠξίους
> Πίνειν, συνεκποτέον ἐστὶ καὶ τὴν τρύγα.
> *At vbi haud grauatus bibere vinum es: fex item*
> *Tibi nunc eadem eſt ebibenda ſcilicet.*

Callum ducere.

*Prouerbiales metaphoræ ſunt: Callum ducere, & Occalleſcere,* [...] *quidem ad animum torqueantur.*

Dies adimit ægritudinem. *Terent. in Heaut.*

*Quod audio vulgo dici: Diem adimere ægritudinem* [...] Es ſoll jhm mittler zeit wol ergehen.

Malorum aſſuetudo. *Homerus.*

*Qui malis aſſueuerit, ac permulta tulerit, commodius fert* [...] *liud, ſi quod inciderit infortunium. Ad id commode* [...] *vſurpabimus illud Homericum, ſub perſona Vlyßis.*

> Ἤδη γὰρ μάλα πολλ᾽ ἔπαθον, καὶ πολλὰ μόγησα,
> Κύμασι καὶ πολέμῳ μετὰ καὶ τόδε τοῖσι γενέσθω.
> Id eſt,
> *Iam tuli & ante mali multum, multumq; laborum,*
> *Fluctibus & bellis: age & hoc acceſſerit illis.*

Neque enim ignari ſumus.

*Vbi quis ad tolerantiam præſentium incommodorum,* [...] *ſeſe præteritorum malorum recordatione, non inſeſſiuiter* [...] *illud ex Odyſſ. υ.*

> Τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ᾽ ἔτλης.

Dolores animæ & quandam grauiora tuliſti.
Æmulans Virgilius inquit:

*O paſſi grauiora! dabit Deus his quoque finem.*
*Durate,& vosmet rebus ſeruate ſecundis.*

Nota res mala,optima. Plautus.
Dictum eſt ſub perſona ſenis ſuadere conantis,ne vxorem,tametſi malam,repudiaret,aliam ducturus: propterea quod plerumque fit, vt qui commutat primum,pro malo peius accipiat,tum ignotum pro noto,inſuetum pro familiari.

Scarabeo citius perſuaſeris. θᾶσσον ὁ κάνθαρος ἂν μεταπείθειν.
De iis qui malis aſſueuerunt,à quibus reuocari non poſſunt,eo quod aſſuetis videantur optima.

Ignem igni ne addas. μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ.
Ne incendium incendio addas Plato libro de legibus. Vetat ne pueri ad annum vſque vigeſimum vinum bibant. Nam ſi vini calor accedat ad feruorem ætatis,ignem igni ſuggerere videantur.

Ignis non extinguitur igni. πυρὶ οὐ σβέννυται πῦρ.
Malum malo non tollitur: ira non ſedatur iracundia: ſed ferocitas ſedatur lenitate: malum patientia tollitur: iniuria beneficio vincitur.

Duobus malis reſiſtere difficilimum.

Ἤδη ὁμοῦ πόλεμός τε δαμᾷ καὶ λοιμὸς Ἀχαιούς.

Id eſt,

*Iam pariter ſubigit bellumque & morbus Achiuos.*

Vtendum quando dicemus eundem hominem duobus aut plurimis premi malis. Eſt apud Homer. Iliad. α.

Oleum camino addere.
Malis fomentum & velut alimoniam ſuppeditate. Hieronym. ad Furiam.
Vinum & adoleſcentia duplex eſt incendium voluptatis. Quod item flammæ adiicimus,Germani dicunt: Du macheſt auß vbel ärger.

Oleo incendium reſtinguere. ἐλαίῳ πῦρ σβεννύειν.
Dici ſolitum,vbi quis admouet remedia,quæ malum magis ac magis exacerbent.

Malum malo medicari. τὸ κακὸν κακῷ θεραπεύειν.
Eſt malum aliud alio malo tollere. Sophocl. Man muß böſes mit böſem vertreiben.

Morbum morbo addere.
Eſt conduplicare malum. Euripid.

Μὴ νοσοῦντί μοι νόσον
Προσθῇς,ἅλις γὰρ συμφορᾷ βαρύνομαι.
*Ne tu mihi morbo laboranti,alterum*
*Appone morbum,nam ſat hoc premor malo.*

Lutum luto purgare. πηλῷ πηλὸν καθαίρεσθαι.
Dicitur,vbi res ſordida ſordibus tollitur,hoc eſt,quum ſordes non tolluntur,ſed mutantur. Vnflätig mit wüſtem ſchön machen.

Procreo exoculatus eſt. τυφλοῦ ἐξωμμάτωται.
Cum videmur corrigere quod dictum eſt,ſed altero verbo,quod idem polleat vel magis etiam lædat,veluti ſi quis dicat: Non furatus eſt ſed violauit. Ariſtoph.

Poſt Marathonem pugna μετὰ τὴν μαραθῶνα μάχη.
De eo qui poſt calamitatem in aliam nouam rurſus incidit.

Litem ſerit. ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει.
Metaphora ſeritur de lite viciſſim. Reſecanda iniuria eſt,non re ſeminanda Phocylid.

De fumo ad flammam tendere.
De eo qui ſe à rebus dubiis in præſens exitium conijcit.

Item pantlis,noxa item noxam parit. δίκη δίκην ἔτικτε, καὶ βλάβη βλάβην.
Accommodatum eſt,in rixoſos & litium auidos.

Fallacia alia aliam trudit. Terent.
Sumptum à conſuetudine conantium fallere,ac dolos dolis conſeruare,ne deprehendantur.

Fumum fugiens,in ignem incidi. καπνόν γε φεύγων,εἰς τὸ πῦρ πέπτωκα. Lucian.

Dum vito fumum,flammam in ipſam decidi. Horat.
*In vitium ducit culpæ fuga ſi caret arte.*

Euitata Charybdi,in Scyllam incidi. τὴν Χάρυβδιν ἐκφυγὼν,τῇ Σκύλλῃ περιέπεσον.
Dum vito grauius malum,in alterum diuerſum incidi.

Ne cinerem vitans,in prunas incidans. μὴ τέφραν φεύγων,εἰς ἀνθρακιὰν πέσῃς.
Id eſt: Ne cinerem fugiens in carbonariam incidas.
Occurrit quiſpiam,ne pluuia madeſceret,& in foueam præfocatus eſt.
Vbi quis leuius malum incautius fugiens,in maximum incurrit.

Nunc bene nauigaui,quum naufragium feci. νῦν εὖ πεπλόηκα,ὅτε ναυάγηκα.
Quoties id,quod videtur incommodum,fortuna præter ſpem vertit in bonum.

Laqueus auxiliari videtur. ἀμύνει ὡς ἔοικεν ἡ ἀγχόνη.
Vſurpari conſueuit,quoties incommodum alicui verteretur in bonum.

### ¶ Exempla Profana.

Lydos improbitatis primas retuliſſe,adnotatum à Græcis eſt,Ægyptiis gradu ſecundo conſtitutis,Caribus autem tertio.

Λυδοὶ πονηροὶ,δεύτεροι δ' Αἰγύπτιοι,
Τρίτοι δὲ πάντων Κᾶρες ἐξωλέστατοι.
*Lydi improbi,poſt hos ſecundi Ægyptij,*
*Tertij Cares perdidiſſimi omnium.* Eraſm.

*Athenienſes* aut optimi euadunt,aut peſſimi: ſicuti eorundem terra & mel ſaluberrimum,& cicutam producit exitioſiſſimam. *Plutarch.in Dione.*

*Leriorum* populus ob inſignem morum improbitatem in prouerbium abiit,*authore Strabone lib.Geograph.*10.

*Apud Athenæum* Antiphanes,cum ἰχθυοπώλας feciſſet omnium ſceleratiſſimos: tamen excepit menſarios,his quoque nocentiores. *Diog.Eraſ in Adag.*

*Plutarch.* in vita Alcibiadis. Thucydides Peloponneſiaci belli lib. 8. Ariſtophanes in Equitibus oſtendunt,Hyperbolum fuiſſe hominem modis omnibus improbiſſimum,nec vlla re clarum aut potentem,niſi vitio linguæ. *idem.*

### ¶ Hieroglyphicum.

*Coturnix auis* in Solis,vbi libenter habitat,locis. ſi quem limpidulæ aquæ fontem adinuenerit,ſimul ac biberit,aquam reliquam roſtro pedibusque corrumpere,lutoſamque reddere,puluere etiam in eam ingeſto,nititur: ne cuipiam alteri animali ad potum appetatur. Quæ quidem maligna,improba,inuidiaque *Coturnicis* natura Ægyptiis argumentum dedit,vt malignum hominem per eius hieroglyphicum notarent. *Pier.Val,lib.*24.*pag.*228.*F.*

### ¶ Fabula.

Canis & Ouis.

Poſtulabat in iudicio canis ouem debiti,quod repeteret mutuũ modiorum trium frumenti: teſtimonium dicebant lupus,miluius,accipiter. Victa ouis,& condemnata,ſola enim erat,& planum fecerat teſtibus,deberi ſibi frumentum canis,quamuis non deberet coacta iudicatum ſoluere,ante tempus tonſuræ vendidiſſe lanas dicitur,quarum pretio frumentum mercaretur,& cani ſatisfaceret.

Fabula docet,à malitia potentiorum nullius innocentiam tutam eſſe.

*Vide tit. Impietas.*

---

# Mandatum.

### ¶ Loci Biblci.

Mandatum magnum ſeu primum quod,*Matth.*22.37.38. *Marc.* 12.29.30. Mandatum nouum,*Ioan.*13.34.1.*Ioan.*2.8. Mandatum vetus,*v.*7.2.*Ioan.*v.5. Mandatum carnale,pro externis ceremoniis,*Hebr.*7.16. Mandata Legis,*Exod.*20.1.*&c. Deuter.*5.6. *Matth.*19.18. *Marc.*19.10. *Luc.*16.18. obſeruanda ſunt,*Exod.*24.3. *Deut.*6.1. & 8.1. & 11.1. 1.*Sam.*15.22. *Matth.*19.17. *Luc.*10.28. 1.*Cor.*17.19. 1.*Ioan.* 2.4. & 5.25. & 5.3. Mandata Dei citra eius gratiam præſtari non poſſunt,*Ezech.*36.27. Mandata Dei ob traditiones humanas transgredi non licet,*Matth.*15.3. Mandatum Dei irritum feciſſe dicuntur impii,v.6. quod ad ipſorum conatus attinet. Nam quod ad rem ipſam ſpectat,inuito Satana,& ipſius organis fruſtra laborantibus,ſtant Dei præcepta. Mandata ſeruat,qui diligit,*Ioan.*14.15.23. Mandata ſeruantibus benedictio,*Act.*4.19. *Tit.*1.14.

### ¶ Sententiae Patrum.

Si quid vel addas,vel detrahas,præuaricatio videtur eſſe quædam mandati. Simplex enim & pura mandati forma tenenda eſt,vel teſtimonii ſeries intimanda. Nihil igitur,quod bonum videtur addendum eſt. *Aug. in lib. de Paral.*

Si quis vnum mandatum cuſtodiat,& aliud præuaricatur,nihil ei prodeſt. *ibid.*

Tu qui veram requiem,quæ poſt hanc vitam Chriſtianis promittitur,quæris etiam hic eam inter amariſſimas vitæ huius moleſtias,ſuauem iucundamque guſtabis: ſi eius,qui eam promiſit,præcepta dilexeris. *Auguſt.*

Non eſt amicus recti,quando ſi fieri poſſet,mallet id,quod rectum eſt,non iuberi. *ſuper Pſal.*66.

Non ideo putes aliqua contemnenda eſſe mandata,quia leuiora ſunt: tam enim maxima illa,quam minima imperata ſunt,& contemptus cuiuscunque præcepti præcipientis iniuria eſt. In quovis propoſito,in quovis gradu,æquale peccatum eſt,vel prohibita admittere,vel iuſſa non facere. *Hier. in epiſt.*

Iuſſa ſine culpa non negliguntur,& ſine crimine non contemnuntur. *Bern. de præcept. & diſp.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Ne unquam cuiquam miſeram paupertatem animum ro-*
*dentem*
*Obijcere ſuſtineas, donum immortalium Deorum.*

Eurip. in Ione.

*Οὐκ ἔστι λύπης ἄλλο φάρμακον βροτοῖς.*
*Ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ φίλου παραίνεσις.*
*Ὅστις ταύτῃ τῇ νόσῳ ξυνὼν ἀνὴρ,*
*Μέθῃ τε ταράσσει καὶ γαληνίζει φρένα.*
*Παρ' αὐτὰ δ' ἡσθεὶς ὕστερον στένει διπλᾶ.*
*Nullum eſt aliud hominibus remedium doloris,*
*Quam boni & amici viri adhortatio.*
*Illum perturbat & iterum componit animum,*
*In præſentia gaudens, duplo poſtea dolore afficitur.*

Stob. ſerm. 54.

*Solitudo ei funus eſt, qui malos odio habet.*

Publius.

*Id agas ne quis tuo te merito oderit.*

Idem.

*Maleuolus ſemper ſua natura veſcitur.*

Idem.

*Grauior inimicus qui latet ſub pectore.*

Idem.

*Maleuolentiam qui vincit hoſtem ſuperat maximum.*

Horat.

*Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors.*

Plaut.

*Et miſerorum, vt maleuolentes ſint, atque inuideant bonis.*

Menander.

*Ladens me amicus ab inimico haud diſcrepat.*

Ouid.

*Turpe, Vir & mulier iuncti modo, protinus hoſtes.*

Propert.

*Inuidiam quod habet, non ſolet eſſe diu.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

*Μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον.*

Nemini calamitatem obieceris: communis enim fortuna eſt, & quid futurum ſit, non liquet. *Iſocr. ad Demon.*

*Οἷσιν ἡδονὴν ἔχουσιν αἱ τῶν πέλας ξυμφοραὶ, οὐ ξυνιᾶσι μὲν τὰ τῆς τύχης κοινὰ πᾶσιν, ἀπορέουσι δὲ οἰκίης χαρᾶς.*

Quibus infortunia proximorum voluptati ſunt, illi non intelligunt fortunæ caſus omnibus eſſe communes, & propriam gaudendi cauſam non habent. *Democr. Philoſoph.*

*Ἀτυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα, κοινὴ γὰρ ἡ τύχη.*

Infortunatum ne irriſeris, communis enim fortuna. *Chilo ſapiens.*

Cernuntur autem in iis ægritudinibus & voluptatibus omnibus, quæ ob eas res ſuſcipiuntur, quæ proximè eueniunt: qui enim indignatur, is dolet illorum rebus ſecundis, qui iniuria iis fruuntur: inuidus hunc vincens dolet rebus omnibus: at maleuolus tantum abeſt vt doleat, vt etiam capiat voluptatem. *Ariſt. lib. 2. Ethic.*

*Ἐγὼ δ' εὐήθη νομίζω τὸν ἄνθρωπον ὃς ἄνθρωπος ὢν ἀνθρώπῳ τύχην προφέρει· παντελῶς ἀνόητον ... γὰρ ὁ τὰ βέλτιστα πράττειν νομίζων καὶ ἀρίστην ἔχειν οἰόμενος, οὐκ οἶδεν εἰ μενεῖ ταύτῃ διαμένει μέχρι τῆς ἑσπέρας, πῶς χρὴ περὶ ταύτης λέγειν ἢ ὀνειδίζειν ἑτέρῳ.*

Ego illum plane ſtolidum eſſe iudico, qui cum homo ſit, homini fortunam exprobrat. Quomodo enim conuenit de fortuna gloriari, vel eam obijcere alteri, illum qui ipſe neſciat, an ſibi conſtans vel ad veſperum permanſura ſit, quamuis præſentia ſe quam optime, & tam feliciſſimè agere putet. *Demoſth. in orat. pro Corona.*

*Ἄμασις Πολυκράτει ὧδε λέγει, ἡδὺ μὲν πυνθάνεσθαι ἄνδρα φίλον καὶ ξεῖνον εὖ πρήσσοντα, ἐμοὶ αἱ σαὶ μεγάλαι εὐτυχίαι οὐκ ἀρέσκουσι, ἐπισταμένῳ τὸ θεῖον, ὡς ἔστι φθονερόν. καὶ πως βούλομαι καὶ αὐτὸς, καὶ τῶν ἂν κήδωμαι, τὸ μέν τι εὐτυχέειν τῶν πρηγμάτων, τὸ δὲ προσπταίειν, καὶ οὕτω διαφέρειν τὸν αἰῶνα ἐναλλὰξ πρήσσων, ἢ εὐτυχέειν τὰ πάντα, οὐδένα γάρ κω λόγῳ οἶδα ἀκούσας, ὅστις ἐς τέλος οὐ κακῶς ἐτελεύτησε πρόρριζος, εὐτυχέων τὰ πάντα.*

Amaſis Polycrati ita inquit: Mihi quidem feliciter agi cum viro amico meo & hoſpite audire, voluptati eſt: tamen quæ magnæ proſperitates mihi non placent, qui intelligo quam inuidum numen ſit. Quod ad me attinet, malum tum meas ipſius, tum eorum qui mihi curæ ſunt, res nunc proſperas ire, nunc contra, & per varias fortunæ vices æuum traducere, quam in omnibus mihi proſperè cedere. Nullius enim vnquam mentionem audiui, qui vbique ſucceſſus ex animi ſententia habuerit, & tandem male finiens non funditus ſit euerſus. *Herodot. lib. 3. hiſtor.*

*Τοῖς μὲν νοσοῦσιν ἰατροὺς, τοῖς δ' ἀτυχοῦσι, φίλους δεῖ παραινεῖν.*
*Medicos ægrotis, amicos infortunatis conſulere oportet.*

At mihi tamen ante quam in prouinciam venirem, redditæ ſunt tuæ literæ: quibus etſi Tarſum proficiſci demonſtrabas, tamen mihi non dubiam ſpem conueniendi mei afferebas: quum interea, credo equidem, maleuoli homines (latè enim hoc patet vitium, & eſt in multis) ſed tamen probabilem materiam nacti ſermonis ignari meæ conſtantiæ, conabantur alienare à te voluntatem meam, qui te forum Tarſi agere, ſtatuere, decernere, multa iudicare dicerent, quum poſſes ſuſpicari iam tibi eſſe ſucceſſum: quæ ne ab iis quidem fieri ſolerent, qui breui tempore ſibi ſucceſſum iri putarent. Horum ego ſermone non mouebar; quin etiam (credas mihi velim) ſi quid tu ageres, leuari me putabam moleſtia: & ex annua prouincia quæ mihi longa videretur, prope iam vndecim menſium prouinciam factam eſſe gaudebam, ſi abſenti mihi vnius menſis labor detractus eſſet. *Cic. lib. 3. epiſt. famil. ad Appium Pulchrum.*

Naturæ ineſt adfectis iniuria erga adficientes continuo maleuolentia. *Procop. de bello Vand. lib. 1.*

# Malignitas.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

MAlignitas, peruerſa & deprauata voluntas. Græc. *κακοθυμία*, Hebr. *Rahhah*, à verbo *Rahhahh*, malus fuit, malè affectus eſt, incommodauit. Hinc *ῥαίω*, deſtruo, corrumpo. *Rahho*, malus fuit. Dicitur etiam *Reſchahh*, malignitas, improbitas, à *Raſchah*, i. *κακοήθεια*, maledicendi & maleſaciendi ſtudium.

Malignus homo deſcribitur *Iob. 5. & 12. Pſal. 5. 5. & 15. 4. & 119. 113.* Satan maligni ſpiritus, *Luc. 8. 2.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE ET HISTOR.

Ad vituperandum ſumus quam ad laudandum procliuiores. *Plut. in Lyſandro.*

Non modo extremæ eſt iniuſtitiæ, videri iuſtum, quum non ſis: ſed ſummæ eſt malignitatis, ſimulando facilitatem & ſimplicitatem iniquiſſimum ſe præbere. *Idem in Moral.*

Nulla tam modeſta felicitas eſt, quæ malignitatis dentes vitare poſſit. At quo ſucceſſu quoſdam fugeris, aut quibus inſulis miſericordiæ permulſeris, non cohibebis ne alienis malis perinde ac bonis ſuis lætentur & geſtiant. Diuites ſunt aliorum iacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus. Sed illi quatenus alienis incommodis ſuorum adhuc expertes inſultent, optima vindex inſolentia, vanitas humanæ conditionis viderit. *Val. Max. lib. 4. c. 7.*

Homines ſubinde nouis rebus gaudent: proinde facilius inuenias, qui afflictis inſultet, quam qui fortunatis gratuletur. *Pachymer. hiſt. lib. 1.*

¶ EXEMPLA.

Cain maligno oculo contemplans Abelis fratris ſui proſperitatem. *Gen. 4.*

Cham malignè & impiè patri ſuo Noacho inſultans, *Gen. 9.*

Laban malignè procedens cum Iacobo genere ſuo. *Gen. 28. 29. 30.*

Fratres Ioſephi malignitatem multiplicem tum aduerſus eundem, tum aduerſus patrem Iacobum cudunt. *Gen. 37. &c.*

Pharao cum ſuis malignauit in Iſraelitas. *Exod. 1.*

Balaam contra eoſdem. *Num. 22.*

Semei inſultat Dauidi in exilium fugienti. *2. Sam. 16.*

Seba maligno conſilio Miphiboſethum dominum ſuum facultatibus propriis ſpoliat. *2. Sam. 16. & 19.*

Iudas malignè carpit pium Mariæ factum. *Ioan. 12.*

¶ HIEROGLYPHICVM.

Coturnix, ſi quem limpidulæ æquæ fontem inuenerit, ſimul ac biberit, aquam reliquam roſtro pedibusq; corrumpere lutoſamque reddere, puluere etiam in eam ingeſto nititur: ne cuipiam alteri animali ad potum inſeruiat. Hæc maligna Coturnicis natura Ægyptiis argumentum dedit, vt malignum hominem per illam auem notarent. *Ioan. Pierius Valerianus lib. 24. c. 48.*

*Vide Inuidia, Liuor.*

# Malitia. Malum.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

MAlitia, Græce *κακία, ας, ἡ*, & *κακὸς, οῦ, ὁ*, malus dicitur. Hebr. in tit. voces, *Malignitas* explicatæ ſunt.

Malum hic ſumitur pro malo culpæ, non pro malo pœnæ. Vide Etymol. trilingue Lugdun *pag. 452.* Eſt autem malitia mentis atq; animi deprauatio, à tramite veritatis deuia, *ſecund. Ambroſ. in Hexamer.*

Malitia eſt verſuta & fallax ratio nocendi, *ſecund. Cic. lib. 3. de Natur. Deor.* Differt autem malitia à vitioſitate, quod malitia certi cuiuſdam vitii nomen eſt, vitioſitas omnium.

Malum, Græce *κακὸν, οῦ, τὸ*, dicitur. Et nihil eſt aliud, quam boni priuatio, ſicut tenebræ ſunt priuatio luminis, *ſecundum Ioan. Damaſ. lib. 2. c. 4.*

Malum nihil aliud eſt, quam bonum imperfectum, *ſecundum B. Thom. ſecund. ſent. diſt. 34. q. 1.*

Malignitas, Græce *κακία, ας, ἡ*, & *πονηρὸς, οῦ, ὁ*, malignus dicitur. Malignus verò dicitur quaſi malus ignis, id eſt, prauam habens intentionem, *ſecund. B. Thom. ſup. Pſal. 36. princip.* Eſt enim malignus, aſper, difficilis, inuidus, auarus. Hinc malignam vitam, quæ anguſta atque ardua eſt, Virg. *Aditusq; maligni.*

Malignitatem vitæ noſtræ ſimilitudo declarat. Aranea eſt animal debile ac tenuiſſimum, quod tranſeuntibus muſcis quædam retia doloſa contexit; ſic anni illorum, qui ſceleratis operibus de-

diti

diti ſunt, inanis & ſubdolis macchinationibus occupantur. *Caſſ. ſuper illud, Anni eorum ſicut aranea.*

### ❡ Biblici Loci.

Malitia damnatur, *Rom.* 1.29. *Epheſ.* 4.31. *Coloſſ.* 3.8. *Iac.* 1.21. *Pet.* 2. *v.* 1. malitia hominum multa, *Geneſ.* 6.5. malitia omnis auferenda, *Epheſ.* 4.31. *Col.* 3.8. malitiæ veteris fermentum, 1. *Cor.* 5.8. in malitia derſeuerantes pereunt, 1. *Sam.* 12.25. malitia vt pueri efficiamur, ſtudere debemus, 1. *Cor.* 14.20.

Malum omne fugiendum, *Pſalm.* 34.15. & 37.32. & 119.101.128. *Prouerb.* 3.37. *Eſa.* 1.16. *Ezech.* 18.21. *Amos* 5.15 *Rom.* 12.9.1. *Ioan.* 3. *v.* 4. 3. *Ioan.* *v.* 11. Malum dicens bonum, punietur. *Eſai.* 20. *Malach.* 2.17. *Prou.* 24. *v.* 24. Malum pro malo non reddendum, *Prouer.* 17.13 & 20.22. & 24.29. *Rom.* 12.14.17.1. *Cor.* 4.12. 2. *Theſſ.* 5.15. 1. *Pet.* 3.9. Malum bono vincendum, *Rom.* 12.20. A malo ita abſtinendum, vt quod bonum eſt facias, *Pſal.* 34.15. & 37.27. *Eſa.* 1.16.17. & 55.7. *Eph.* 4.28. 1. *Pet.* 3.11.

Malum pœnæ, à Deo eſt, *Deut.* 32 3.1. *Reg.* 9.9. & 21.29. *Eſa.* 45.7. *Ierem.* 11.11. & 32.43. *Baruch.* 2.2. *Amos* 3.6 *Ionæ* 3.10. *Mich.* 1.12. & 2. *v.* 3. Malum culpæ ſumme auerſatur Deus, tantum abeſt, vt eum authorem habeat, *Exodi* 23.7-2. *Paral.* 19.7. *Iudith* 5.21. *Iob* 34.10. *Pſal.* 4. *v.* 5.7. & 45.7. *Prou.* 15. *v.* 8.9. *Sapien.* 14.9. *Eccleſ.* 15.21. *Oſe.* 13.9. *Rom.* 9.14.2. *Cor.* 6.15. *Iac* 1.13. Malos rectores & Præpoſitos permittit Deus ob peccata populi, 2. *Reg* 24. *Iob.* 34.30. *Eſa.* 29.10. *Ezech.* 14.9. *Oſe.* 13. *v.* 11.2. *Theſſ.* 2. *v.* 21. Iubetque obedientiam illis præſtare, *Matth.* 25.3. Malorum etiam miniſtrorum opera vtitur Deus, *Matth.* 7.22. *Mar.* 9.38. *Luc.* 9.49. Mali ſpecies fugienda, 1. *Theſſ.* 5.22. Malo conſentire, quam noxium, *Rom.* 1.32. Malorum inuentores miſeri. *Prouerb.* 11. *v.* 27.

### ❡ Sententiæ Biblicæ.

*Malum culpæ à nobis eſt.*

Nemini mandauit Deus impiè agere. *Eccl.* 15.

Nemo cum tentatur, dicat: quoniam à Deo tentatur. *Iac.* 1.

*Pœnæ à Deo.*

Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas, à Deo ſunt. *Eccl.* 11.

Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit. *Amos.* 3.

### ❡ Patrum Sententiae.

Melius iudicauit Deus de malis benefacere, quam mala nulla eſſe permittere. *Aug. in Ench.*

Malignitas, eſt mala voluntas hominis, cum vltra non poſſit: vel beneficiis grates non referre *idem.*

Malitiæ comes indiuidua eſt miſeria. *in Pſal.* 32.

Malitia eſt, per quam moribus deceptoriis veritate palliata vel odium alterius, vel proprium commodum attenditur. *in quadam epiſt.*

Malitia eſt mentis atque animi deprauatio à tramite veritatis deuia, quæ in curioſorum animos frequenter obrepit. *Ambroſ. in hexamer.*

Mala non ſunt, niſi quæ crimine mentem implicant, & conſcientiam ligant. *ibid.*

Sicut ignis amoris mentem erigit: ita ignis malitiæ inuoluit, quia ſpiritus Sanctus cor replet, eleuat, & ardor malitiæ ad inferiora ſemper incuruat. *Greg. ſuper* Ioel.

Mens praua ſemper in laboribus eſt, quia aut molitur mala, quæ inferat, vel metuit ne ſibi ab aliis inferantur: & quicquid contrà proximos cogitat, hoc contra ſe cogitari à proximis formidat. *libr.* 11. *Moral.*

Velocius malitiæ parua ſcintilla conſumitur, quam virtutis ignibus coaleſcere poſſimus. Nam & melli plurimo parum abſinthii iniectum, velocem amaritudinem tradit, mellis etiamſi duplum iniiciatur abſinthio, non poterit eius obtineri dulcedo. *Nazianz. in apolog.*

Habet malitia currum ſuum rotis quatuor conſiſtentem, ſæuitia, impatientia, audacia, impudentia. Valde enim velox eſt currus iſte ad effundendum ſanguinem, qui nec innocentia ſiſtitur, nec patientia retardatur, nec timore frenatur, nec pudore inhibetur. Trahitur autem duobus pernicibus equis, & ad omnem perniciem paratiſſimis, terrenæ potentiæ & ſeculi pompa. Porro præſident his duobus equis aurigæ duo, timor & liuor. Timor quidem pompam, Liuor potentiam agit. *Bernh. ſuper Cant.* 1.

Conſidera huius ſtultitiæ miſtum dolum tyranni: aut enim Herodes credidit ſcripturis aut non. Si non credidit, vt quid ergo interrogabat ſcripturas quas putabat eſſe vaniloquas? Si credidit æſtimans prophetiam eſſe immobilem, quomodo ergo ſperabat illum Regem interficere, quem futurum eſſe dicebant ſcripturæ? Nam ſi prophetiæ credidit, clarum erat ipſum aduerſus impoſſibilia conari. Sed ſi non credidit, tunc nec ſibi timere debuit, nec puero inſidiari. Reſpondit Chryſoſtomus: anima ſemel malignitate capta, ſtultior cunctis efficitur. Tale quippe eſt vitium malignitatis, vt à nullo plerunque impulſa, ſeſe ipſa præcipitet, & ſæpe abſque effectu operis, ærumnoſa & impoſſibilia conetur efficere. *Chryſoſt. ſuper Matth. c.* 2.

Coerceri omnino nequit animus praua ſemel voluntate [...]tus, quia ſcelus ſapere neſcit, & ira conſilium non habet: ideo Herodes non ſuo conſilio gubernabatur, ſed vinculo diaboli trahebatur. *ibid.*

Sicut ignis quanto amplius ligna ſuſceperit, in maiorem flammam erigitur: ſic anima mala quanto magis veritatem audierit, amplius in malitiam excitatur. *ibid. ſuper Matth.* 22.

Ætate minores, malitia pares. Nam pulli ſerpentum ſtatura [...]uiores ſunt, veneno autem æquales: catuli luporum, etſi [...] nocere non poſſunt, iam tamen in ſanguine gaudent, & mor[...] lædunt. *ibid.*

Debuerunt Phariſæi timere Saducæorum exemplo, vt ne ſimi[...]ter interrogantes confunderentur: ſed ardens malitia dum ſe [...]tate feſtinat, rei exitum non aſpicit, maleuolentia enim & liuor [...]triunt impudentiam. *ibid.*

Phariſæi apud ſe dicebant, Vnus loquatur pro omnibus, & o[...] loquamur per vnum, vt ſi vicerit, omnes videamur victores. [...] tem victus fuerit, ſolus videatur confuſus: Ecce ſagacitas [...] tium. *ibid.*

Loquitur apud ſe maligna cogitatio: vſquequo illum tal[...] lero: Conſentire ei comprobor, ſi eum non corripio, [...] autem, Deum offendo, corripiam ergo, ne Deum offendam. [...] pro mea, ſed pro Dei iniuria vel vlciſcenda totum facio; [...] lum ſibi reſtituam. Proximum enim corripere, & eum caſtiga[...] non eſt proximo nocere, ſed prodeſſe velle. Sic ſæpe apud ſe lo[...]tur cogitatio maligna, excœcauit enim eam malitia ſua. *Hug[...] de anima.*

Nequitiam veteres definierunt voluntariam eſſe malitiam [...] quam non caſu incidimus, ſed ſpontanea voluntate verſamur. [...] quam dictus eſt homo malus, quaſi nequaquam, id eſt, nullo [...]pore aptus. *Caſſiod. ſup. Pſal.*

Malignitatem vitæ noſtræ ſimilitudo declarat. Aranea eſt a[...]mal, debile ac tenuiſſimum, quod tranſeuntibus muſcis qua[...] retia doloſa contexit: ſic animi illorum, qui ſceleratis operibus [...]tenti ſunt, inanis & ſubdolis machinationibus occupantur. *idem [...] Pſal.* 90.

Malitia eſt ex propoſito & deliberatione, malo cognito pro[...]nimo conſentire. *Rich. in ep. ad Cor.*

### ❡ Sententiae Poeticae.

Anthol. Sac. Iac. Billii.

*Quum Deus effectum precibus non præſtat iniquis,*
*Multum concedit, quod nocitura negat.*
*Errantes voto non vult delinquere facto,*
*Iratusq; ſinit quod prohibet placidus.*
*Diſcat felici ſupplex gaudere repulſa,*
*Incipiatq; animo pellere quod voluit.*
*Parcentemq; Deum noſcat ſibi, cum ruiturus,*
*Non exaudiri, ne rueret, meruit.*

Sen. Hipp. Act. 2.

*Inuenit artes bellicas Mauors nouas,*
*Et mille formas mortis. Hinc terras cruor*
*Infecit omnes fuſus, & rubuit mare.*
*Tunc ſcelera dempto fine per cunctas domos*
*Iêre: nullum caruit exemplo nefas.*
*A fratre, frater, dextera nati parens*
*Cecidit, maritus coniugis ferro iacet,*
*Perimuntq; fœtus impia matres ſuos.*
*Taceo nouercas: mitius nil eſt feris.*

Idem Oct. Act. 2.

*Sed in parentis viſcera intrauit ſua*
*Deterior ætas, eruit ferrum graue*
*Aurumq; ſæuas mox & armauit manus.*
*Partita fines, regna conſtituit, nouas*
*Exſtruxit vrbes, tecta defendit ſuis*
*Aliena telis, aut petit præda imminens.*

Plaut. Bacch.

*Æ dopol*

*Ne tu illorum mores perquam meditate tenes: ſed etiam*
*Vnum hoc ex ingenio malo malum eueniunt ſuo,*
*Nulli amici ſunt, inimicos ipſi in ſe omnes habent,*
*Atque cum fruſtrantur fruſtrari alios ſtolidi exiſtimant.*

Plaut. Trin.

*Noui ego hoc ſæculum moribus quid ſit: malus bonum ma[...]*
*Eſſe vult vt ſit ſui ſimilis: turbant miſcent mores mal[...]*
*pax,*
*Auarus, inuidus. ſacrũ, profanũ publicũ, priuatũ habent,*
*Hiulca gens, hæc ego doleo, hæc ſunt, quæ excruciant,*
*Hæc dies noctesq; tibi canto, vt caueas quod manus [...]*
*queunt*
*Tangere tantum fas habent, quo manus abſtineant.*

Catullus de nuptiis Pelei & Thetidis.

*Sed poſtquam tellus ſcelere eſt imbuta nefando,*
*Iuſtitiamq; omnes cupida de mente fugarunt,*

Perſeu.

*Perfudere manus fraterno ſanguine fratres,*
*Deſiitit extinctos natus lugere parentes,*
*Optauit genitor primæuus funera nati,*
*Liber vt innuptæ potiretur flore nouercæ.*
*Ignaro mater ſubſternens ſe impia nato,*
*Impia non verita eſt diuos ſcelerare Penates.*
*Omnia fanda, nefanda malo permiſta furore,*
*Iuſtificam nobis mentem auertere Deorum.*
*Quare nec tales dignantur viſere cœtus,*
*Nec ſe contingi patiuntur lumine claro.*

Iuuenal. 4.

*Quid refert igitur, quantis iumenta fatiget*
*Porticibus, quanta nemorum vectetur in umbra,*
*Iugera quot vicina foro, quas emerit ædes?*
*Nemo malus felix.*

Horat. 1. epiſt. 1.

*Inuidus, iracundus, iners, vinoſus, amator,*
*Nemo adeo ferus eſt, vt non miteſcere poßit,*
*Si modo culturæ patientem commodet aurem.*

Lucan. 1.

*Nullus ſemel ore receptus*
*Pollutas patitur ſanguis manſueſcere fauces.*

Boet. 4. 2.

*Quos vides ſedere celſo*
*Solij culmine Reges,*
*Purpura claros nitente,*
*Septos triſtibus armis,*
*Ore toruo comminantes,*
*Rabie cordis anhelos,*
*Detrahat ſi quis ſuperbis*
*Vani tegmina cultus,*
*Iam videbit intus arctas*
*Dominos ferre catenas.*
*Hinc enim libido verſat*
*Auidis corda venenis:*
*Hinc flagellat ira mentem*
*Fluctus turbida tollens,*
*Mœror aut captos fatigat,*
*Aut ſpes lubrica torquet.*
*Ergo, cum caput tot vnum*
*Cernas ferre tyrannos,*
*Non facit, quod optat, ipſe*
*Dominus preßus iniquis.*

Claud. 4. Hon.

*Tu licet extremos late dominare per Indos,*
*Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent,*
*Si metuis, ſi praua cupis, ſi duceris ira,*
*Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas*
*Interius leges, tunc omnia iure tenebis,*
*Cum poteris rex eſſe tui.*

Sen. Med.

*Nullum ad nocendum tempus anguſtum eſt malis.*

Iuuen. 3.

*Quis nunc diligitur, niſi conſcius, & cui feruens*
*Æſtuat occultis animus, ſemperq; tacendis?*
*Nil tibi ſe debere putat, nil conferet vnquam*
*Participem qui te ſecreti fecit honeſti,*
*Charus erit Verri, qui Verrem tempore, quo vult,*
*Accuſare poteſt.*

Sen. Hipp.

*Sed cur idem, qui tanta Regis,*
*Sub quo vaſti pondera mundi*
*Librata ſuos ducunt orbes,*
*Hominum nimium ſecurus ades.*
*Non ſollicitus prodeſſe bonis,*
*Nocuiſſe malis?*

Boet. 1. 5.

*Omnia certo fine gubernans,*
*Hominum ſolos reſpuis actus,*
*Merito rector cohibere modo.*
*Nam cur tantas lubrica verſat*
*Fortuna vices, premit inſontes*
*Debita ſceleri noxia pœna:*
*At peruerſi reſident celſo*
*Mores ſolio, ſanctaq; calcant*
*Iniuſta vice colla nocentes.*
*Latet obſcuris condita virtus*
*Clara tenebris, iuſtusq; tulit*
*Crimen iniqui.*
*Nil periuria, nil nocet ipſis*
*Fraus, mendacijs compta colore,*
*Sed cum libuit viribus vti,*
*Quos innumeri metuunt populi,*
*Summos gaudet ſubdere Reges.*
*O iam miſeras reſpice terras!*
*Quiſquis rerum fœdera nectis:*
*Operis tanti pars non vilis*
*Homines quatimur fortunæ ſale:*
*Rapidos rector comprime fluctus,*
*Et quo cœlum Regis immenſum*
*Firma ſtabiles fœdere terras.*

Claud. 1. Ruff.

*Sed cum res hominum tanta caligine volui*
*Adſpicerem lætosq; diu florere nocentes,*
*Vexariq; pios: rurſus labefacta cadebat*
*Relligio, cauſæq; viam non ſponte ſequebar*
*Alterius, vacuo quæ ſemina currere motu*
*Affirmat, magnumq; nouas per inane figuras*
*Fortuna, non arte regi, quæ numina ſenſu*
*Ambiguo vel nulla putat, vel neſcia noſtri,*
*Abſtulit hunc tandem Rufini pœna tumultum*
*Abſoluitq; Deos: iam non ad culmina rerum,*
*Iniuſtos creuiſſe queror: tolluntur in altum,*
*Vt lapſu maiore ruant.*

Plaut. Bacch.

*Mali ſunt homines, qui bonis dicunt male.*

Plaut. Pen.

*Malo benefacere tantundem*
*Eſt periculum, quantum bono malefacere.*

Iuuenal. 13.

*Terra malos homines nunc educat.*

Ouid. 5. Triſt.

*Siue locum ſpecto, locus eſt inamabilis, & quo*
*Eſſe poteſt toto triſtius orbe nihil:*
*Siue homines, vix ſunt homines hoc nomine digni,*
*Quamq; lupi ſæuæ plus feritatis habent.*
*Non metuunt leges, ſed cedit viribus æquum,*
*Victaq; pugnaci iura ſub enſe iacent.*

Iuuen. Sat. 1.

*Nihil erit vlterius quod noſtris moribus addat*
*Poſteritas: eadem capient facientq; minores.*
*Omne in præcipiti vitium ſtetit.*

Senec. in Tragœd. 8.

*Capienda rebus in malis præceps via eſt.*

Ibidem.

*Nil ratio & vſus audet in magnis malis.*
*Tenet horror artus.*

Menander.

Ἄγει τὸ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην.
*Ducit diuinitas malos ad iudicium.*
Θεοῦ δὲ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός.
*Dei autem flagellum non euitat mortalis.*
Λήσειν διὰ τέλους μὴ δόκει πονηρὸς ὤν.
*Latere vſque in finem ne putes cum ſis malus.*
Ο ς Θεῷ δ' ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πάνθ' ὁρᾶν.
*Acutus Dei autem oculus ad omnia inſpicienda.*
Ἀνὴρ πονηρὸς δυστυχεῖ, κἂν εὐτυχῇ.
*Vir malus infelix eſt, etſi felix ſit.*
Ἀνδρὸς πονηροῦ φεῦγε συνουσίαν ἀεί.
*Viri mali fuge congreſſum ſemper.*
Ἀνδρὸς πονηροῦ σπλάγχνον οὐ μαλάσσεται.
*Viri mali cor non mitigatur.*
Δόλιον δ' ἄνδρα φεῦγε παρ' ὅλον τὸν βίον.
*Doloſum virum fuge per totam vitam.*
Θεοῦ δ' ὄνειδος τοὺς κακοὺς εὐδαιμονεῖν.
*Dei vituperium malos beneficio afficere.*
Καὶ ζῶν ὁ φαῦλος, καὶ θανὼν κολάζεται.
*Et viuens malus & mortuus punitur.*
Κακῷ σὺν ἀνδρὶ μηδ' ὅλως ὁδοιπόρει.
*Malo cum viro neque omnino iter facias.*
Πονηρὸν ἄνδρα μηδέποτε ποιοῦ φίλον.
*Malum virum nunquam facias amicum.*
Φασὶν κακίστους οἱ πονηροὶ τοὺς καλούς.
*Dicunt peßimos mali illos, qui ſunt boni.*
Ὡς ἔργον εὖ ζῆν ἐν πονηροῖς ἤθεσι.
*Quam difficile bene viuere inter malos mores.*

Ex primo Eprgram.

Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδίκων τίσιν οὐκ ἀποτίσει.
*Nullus hominum iniuſtorum pœnam non ſoluet.*

## ❡ Sententiae Biblicae.

Videntur omnia repentina grauiora. Nam præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quæ venientia longe ante videris. *Cic. 3. Tuſcul.*

Non eſt dubium, quin omnia, quæ mala putantur, ſint improuiſa grauiora. 3. *Tuſcul.*

Inuentor malorum eſt, qui aliquam malam conſuetudinem vel alquod tormentum primus inuenerit. *Cic.*

Malitia præmiis exercetur: vbi ea dempſeris, nemo omnium gratuito malus eſt. *Salluſt. in fragm.*

Ingrata res eſt malitia nacta veniam. *Appia. lib. de bel. Mithrid.*

Publico

Publico decreto bellum gerere, publica malitia quæ ſociorum ſunt auferre, nec quenquam horum authorem punire, inſuper magis ducem ex illis eligere, commiſſorumq; facinorum duces & authores honore afficere, mihi omnis generis malitia refertum eſſe videtur. *Polyb. lib.*4.

Idem ſemper de nobis pronunciare debebimus, malos eſſe nos, (inuitus adijciam) & futuros eſſe. *Senec. de benef. lib.*1. *c.*10.

Vnum malum ſapientiæ eſt turpitudo, quæ introire eo vbi iam virtus honeſtumque eſt, non poteſt. *Idem, lib. quod in ſapientem iniuria non cadat. c.*4.

Inprimis cauendum, ne malum malo curare velis. *Pachymer. hiſtor. lib.* 4.

Malitia ipſa maximam partem veneni ſui bibit, ac venenum quod ſerpentes in alienam perniciem perferunt, ſine ſua continent: non eſt huic ſimile, hoc habentibus peſſimum eſt. *Senec,* 82. *epiſt.*

Malefacere qui vult, nuſquam non inuenit cauſam: maleuolus ſemper ſua natura vtitur. *in Prouerb.*

## ¶ Apophthegmata.

*Thales*, quid nocentiſſimum eſſet interrogatus? Malitia, dixit. Nocet enim illa bonis etiam, ſi attigerit. *Stob.*

*Socrates.* Hominem cui & malitia ſpes dependet, ſimilem illi eſſe dicebat, qui nauim infirmæ anchoræ committit. *Stob. ſerm.*2.

*Democritus,* Malitia, inquit, res eſt quæ facilè capitur. Nam dum in ſolum lucrum intenta eſt, circumſpecte obuiam ſe quæſtui præbet, & temerè perſuadetur. *Stob. ſerm.* 2. *de malitia.*

*Epictetus,* Quemadmodum, inquit, viperam, aut aſpidem aut ſcorpium in eburneo vel aureo ſcrinio inſpiciens, non propter materiæ pretium ipſa diligis aut magnifacis tanquam felicia animalia, ſed potius propter naturæ ipſorum exitialem vim abhorres ac deteſtaris: ſic etiam in diuitiis & faſtu fortunæ malitiam videns ineſſe, non ad materiæ ſplendorem obſtupeſce, ſed morum prauitatem contemne. *Stob. ſerm.* 5.

*Plato.* Ea quæ mala dicuntur, malis bona, iuſtis vero mala eſſe dicebat. Bona rurſus, bonis quidem verè eſſe bona, malis autem mala. *Stob. ſerm.*2.

*Dionyſius philoſoph.* Res malas ſeu improbas dicebat nunquam in eodem ſtatu manere, ſed ſubinde moueri & in maiorem creſcere petulantiam, nec vllum certum modum aſſequi. *Stobæus eodem ſerm.*

*Hiperides*, Incipientibus malis obſtruendas eſſe vias dicebat. Nam cum ſemel (inquit) radices egerit, & inueterata fuerit malitia, tanquam congenita ægritudo, difficilis extinctu fit. *Stob. ſermone* 44.

*Socrates,* Iniuriam, inquit, facere, & non obedire meliori: ſiue Deo, ſiue homini, malum ac turpe eſſe ſcio. Nunquam enim vel metuam, vel fugiam illa, de quibus an bona ſint incertus ſum, magis quàm mala, quæ mala eſſe non dubito. *Plato in apolog. Socratis.*

*Democritus,* Malum, inquiebat, etiamſi ſolus fueris neque dixeris, neque faceris. Diſce autem te ipſum multo magis quam alios reuereri. *Stob. ſerm.*31.

*Pythagoras.* Vir malus plus mali patitur afflictus conſcientia, quam ille qui in corpore caſtigatur, & flagris cæditur. *Stobæus ſermone* 24.

*Idem,* Qui de malis, inquit, pœnas non ſumunt, bonos affici volunt iniuriis. *Stob. ſerm.*44.

*Epictetus,* Si cupis, inquit, bonus fieri: primum crede, quod malus ſis. *In Enchir. & Stob. ſerm. de virtute.*

*Iamblichus* dicebat, quemadmodum ſupputato ſatius eſt vti quam ita manere: ſic etiam malo viro mori, quam viuere. *Stobæus ſerm.*44.

*Archytas Pythagoreus*, Semper, ait, infelicem oportet eſſe malum, ſiue adſit materia, male enim ea vtitur: ſiue ea careat. Sicut cæcus, ſiue lumen habet, & claritatem viſibilem: ſiue in tenebris degat. *Stob. ſerm. de virtute.*

*Diogenes,* Cum adoleſcentem natura malum lapides in cœlum iactantem videret: Euge, inquit, ſcopum non attinges. Innuit autem, eos cœleſtium bonorum nequaquam hæredes eſſe, qui malitioſam agerent vitam. *Laert. lib.*4.

*Idem,* Corinthum profectus, ludum ingreſſus eſt, quem ibi Dionyſius regno pulſus aperuerat, audiuitque pueros male canentes. Interim ingreſſus Dionyſius, quoniam putabat Diogenem conſolandi gratia veniſſe, humaniter, inquit, facis Diogenes, hæc eſt rerum humanarum volubilitas. Imo, (inquit Diogenes,) miror te etiamnum viuere, qui tantum malorum in regno patraris, & video nihilo meliorem eſſe ludi magiſtrum quam fuiſti Rex. *Laertius & Eraſm. lib.*3. *apoph.*

*Idem,* Eunuchus quiſpiam contaminatæ famæ, inſcripſerat ædibus ſuis, μηδὲν εἰσίτω κακόν. Ne quid ingrediatur mali. Id videns Diogenes: Ædium, inquit, dominus qua ingreditur? Eunuchus boni omnis gratia poſuerat titulum, ne quid infelicitatis attingeret domum, id Diogenes detorſit, ad mala animi, quæ ſola vera ma-
ſunt. *Laert. lib.*6. *Bruſon. lib.* 4. *cap.*11.

## ¶ Similitvdines.

*Chryſoſtomi.* Sicut aqua ſiue ſalſa ſit, ſiue illa potabilis, & va-
plet haurientium, & ſuum fontem, ex quo manat, nequaquam
cuum remanere permittit: Sic & nequitia, ſic virtus, vnde pro-
rit, illum procreatorem primitus illa lætificat, & illa conſum-
*mil.*1. *ad Hebr.*

Sicut ad Solis radios infirmi oculi non audent aſpicere: ſ-
tutem malitia contueri non audebit vnquam, ſed dorſo obie-
cedet, victamque ſe fatebitur. *homil.*12. *in Geneſin.*

Sicut difficile aliquem ſuſpicatur malum, qui ipſe eſt bonus
difficile aliquem ſuſpicatur bonum, quia ipſe eſt malus. *In*
*Matth. homil.*5.

Malignitas, quemadmodum febricitantes, quando frigid-
quam expetunt, non futura, ſed præſentia ſolum conſiderant
*mil.*49. *in Matth.*

Quicquid non eſt lumen tenebræ eſt: Sic & quicquid bo-
non eſt, malum eſt. *in cap.*5. *Matth. hom.*11.

Sicut vas quamdiu plenum eſt de aliquo, non recipit ſupe-
ſur autem vacuum fuerit, recipit omne quod mittitur: ſi-
mo quamdiu occupatus eſt malis, non recipit bonum, & qu-
occupatus eſt bonis, non recipit malum. *in cap.*24. *Matthæi*
*lia*10.

Si qui ſponte ſua, mentis oculis conniuentes ad huius lu-
dio aciem dirigere noluerint, non ex luminis natura in te-
perſtiterunt, ſed malitia ſua, qui ſponte tanto dono Dei indig-
reddiderunt. *hom. in Ioan.*

Qui amara bibunt antidota, patienter ferunt quandam pri-
moleſtiam, & tunc ſenſum percipiunt ſoſpitatis. Tale quidem
virtus, tale quoque malitia. In iſta prima eſt voluptas, & ſequ-
gritudo: in illa verò prima eſt mœſtitia, & tunc iucunditas ſeq-
tur. Sed nihil ſimile eſt cum quis primum contriſtatur, & p-
gaudio perfruitur, & cum primo gaudetur, poſtea in mœrore-
cidere: & quomodo hoc? Hic enim timor futuræ triſtitiæ pr-
gaudium deuenuſtat: vt illic nunquam gaudeatur prorſus
nunquam triſtitiæ dominetur. Et non in hoc differentia conſi-
in alio, quia temporis æqualitas non eſt. Nam malitiæ gau-
temporale eſt: In ſpiritualibus autem gaudii iucunditas æterna
*mil.*30. *ad Hebræos.*

*Athanaſii.* Quemadmodum ſi quis ſerpentem apprehen-
manu, dumque conatur in alterum proijcere, prorſus ipſe mo-
tur: aut ſi quis ignem manu tenens, dum vult hoſtem lædere,
intelligat quod ipſe prorſus exuritur: Sic malitia militat ad-
eos qui ipſa vtuntur, magiſque lædit eos à quibus habetur, q-
eos in quos intenditur. *De paßione Domini.*

*Nazianzeni.* Malitia natura eſt expedita, & vehemens ad-
rius inclinatio, torrens per pronum decurrens aut calamus, q-
ſcintillam & ventum facile ſuccenditur, ſuoque conſumitur ge-
ne. Ignis enim materiæ fœtus exiſtit, qui & materiam con-
quemadmodum malitia malos, & cum ſuo abit nutrimento.
*rat.*11. *de pace.*

Sicut ſi aridæ quis ſtipulæ ſcintillam ignis inijciat, qui inſuper
iam ventis ſpirantibus animetur: Ita velocius malitiæ paru-
tilla conſumimur, quam virtutis ignibus vel accendi vel coale-
poſſimus. Nam & melli plurimo cum parum abſynthii iniect-
velocem amaritudinem trahit: mellis verò ſi duplum inijciatur
ſynthio, non poterit eius obtineri dulcedo. *in Oratione vndecima*
*de pace.*

*Damaſceni.* Nihil eſt malum niſi boni priuatio: ſicut & te-
bræ, luminis eſt carentia, bonum enim lumen eſt intelligibile,
& tenebræ intellectuales ſunt malum. Quod hominibus eſt m-
hoc Angelis eſt lapſus: poſt lapſum non eſt illis pœnitentiæ locus
neque poſt mortem hominibus. *lib.*2. *cap.*4. *Orthodox. fidei.*

*D. Auguſtini.* Tanquam ſi quiſpiam veneni calicem præpar-
licui, & oblitus bibat: & tanquam ſi foueam quiſquam fodiat,
quam quiſq; inimicus eius in tenebris incidat, & ille oblitus q-
foderat, ambulans ea via, prius illuc cadat: Ita credite, ita certi-
te, videte, proſpicite, quia nemo malus non ſibi proprius nocet.
enim eſſe putate malitiam, quomodo ignem. Incendere vis a-
aliud, illud quod amoues, prius ardet: niſi ardeat, non incendit.
cula eſt; hanc faculam apponis, ne aliquid incendat: nunquid
ipſa facula quam apponis, prior ardet, vt aliquid poſſit incend-
Malitia autem procedit ex te: & quem prius vaſtat, niſi te?
profundit ramum, lædit: vbi radicem habet, non lædit? Equid-
dico quod malitia tua vt alteri non noceat, fieri poteſt: Vt au-
tibi non noceat, fieri non poteſt. *in Pſalmum triceſimum q-*
*tum.*

*Hieronymi.* Quomodo ciſterna vel acris frigidam fa-
aquam ſuam: Sic in medio Hieruſalem malitia quæ in ea e-
omnium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

… valorem perdidit vitæ & quæ ſequuntur. *in cap. 6. Hiere-* …

… Vt qui laborant, non affectant haberi vlceroſi, ſed magis … eſſe quam videri: Ita non eſt affectandum, vt videaris ma- … ſed magis abominandum, ne ſis talis, quàm ne videaris. *in mo-* …

*Diogenes* videns adoleſcentulum quendam in popina, ei pudore … fugienti: Quo interius, inquit, fugeris, hoc magis eris in po- … Ita vitioſi quo magis abdunt ſeſe intra ſeipſos, hoc magis ſunt … quod ſunt. Foras prodeant oportet, ſi cupiunt effugere ſeipſos. *in moral.*

*Optimum vinum*, ſi in vas ſordidum & impurum infuſum ſit, … prauam: Ita bona ſententia ſi à malo viro proficiſcatur, aut ſi … in malum virum inciderit. *in moral.*

*Vt fœmina mala* foris ob pudorem eſt modeſtior, domi ſui ſimilis … Sic malitia apud alios premit ſeſe, in ſomnis aperit. Nam tum … matrem, aut ſororem, aut veneno tollit amicum. *in mora-* …

… Tempeſtas minatur antequam ſurgat, crepant ædificia … quam corruant, prænunciat fumus incendium: At ſubita eſt ex … pernicies, & diligentius tegitur, quo propius accedit, *apud* …

*… venenum* quod ſerpentes ſiue ſua pernicie continent, in a- … effundunt: At malitia maximam ſui veneni partem bibit, *apud eundem.*

*Vt ſemina bona*, ſi in ſolum bonum inciderint, ſimilia origini … eadem humus ſterilis ac paluſtris necat: Sic philoſophiæ … ſi in bonum aut prauum animum inciderint, *apud eun-* …

*Serpens* etiam peſtifera, dum frigore torpet, tute tractatur, non … deſit venenum, ſed quod non poſſit explicare: Sic quibuſdam … ad malitiam vires deſunt, non animus. *apud eundem.*

*Plin.* Tradunt, in Albania naſci homines glauca oculorum acie, … noctuarum ritu plus noctu quam interdiu cernant: Ita quidam … ſapiunt in rebus facinoroſis, quam in bonis ac præclaris: aut in … prodis potius, quam in egregiis. *lib. 7. cap. 2.*

*Vt Baſiliſcus* ſibilo fugat omnes ſerpentes: Ita quidam adeo ſunt … ſcelerati, vt alii ad illos collati boni videantur, atque vltro cedant. … *cap.* …

*Salamandra* tantus eſt rigor, vt ignem contactum non aliter … glacies extinguat: Ita quidam citius hominem ad torpo- … adduxerint, quam ipſi ad honeſta inflammentur. *Libro decimo,* …

*Ineuitabile malum eſt aſpis*, niſi natura hebetes addidiſſet ocu- … Ita quidam eſſent peſtilentiſſimi, ſi prauæ cupiditati accederet & … ingenium, vt rationem quoque nocendi poſſent excogitare, *libro* 8. …

*Delphini*, tranquillo mari laſciuientes, flatum qua veniunt … denuntiant: Ita quum exultant improbi, tolluntque ſeſe, … humanarum tempeſtatem inſtare ſignificant. *Libro* 18. *ca-* …

*Aristoteles*, Vultures vnguentorum odore fugantur, ad cadaue- … aduolant: Ita quidam rebus honeſtis abhorrent, ad fœda rapiun- … *in ſimilib.*

*Vt apis* amiſſo aculeo, iam nec nocere poteſt exarmata, nec prod- … mellificium: Ita mortales, qui nocere norunt, iidem norunt … *in ſimilib.*

*Vt qui hircoſi* ſunt, grauius olent, quum ſe vnguentis obleuerint: … eſt nequitiæ fama, ſi eam doctrinæ celebritas reddat ma- … conſpicuam, latiusque traducat in hominum fabulas. *in ſimi-* …

*Vt Pyrites gemma* non aperit vim igneam, niſi atteras: tum enim … adurit: Ita quorundam malitiam non ſentias, niſi cum illis … conſuetudinem aut commercium habueris, aut non ſentias Philo- … vim, niſi exercueris: Ita ſumma attritu vim attrahendi, & … produnt. *in ſimilib.*

*Porphyrus* ſerpens venenum habet, ſed quoniam edentulus eſt, ſi- … Ita quidam male cogitant, ſed quod deſit facultas, nemini … *in ſimil.*

*…* Frigidus neminem poteſt incalfacere: nec iniquus quen- … ſuo ſermone ad virtutem accendere. *in apoph.* 87.

¶ ADAGIA.

… tragœdos conduxit. ὁ Δᾶτος τραγῳδοὺς ἐμισθώσατο.

*… vltro prodeat quempiam, vnde ſua audiat probra. Lu-* …

… iumento ſibi malum accerſere. *Plaut.*

*Qui ipſe ſibi malorum eſt author, ſuo iumento ſibi malum accer-* … *dicitur.*

… ſibi hunc iugulo gladio, ſuo telo. *Terent.*

*… eum, qui ſuis ipſius dictis reuincitur, aut qui ſuopte inuento … capitur.*

Ouidius.

*Remigiumq́ dedi, quo me fugiturus abires,*
*Heu patior telis vulnera facta meis.*

Suo ipſius laqueo captus eſt.

*Metaphora ſumpta ab iis, qui inſtructis pedicis auibus aut feris inſidias tendunt.*

Suo ipſius iudicio periit ſorex.

*Donatus admonet, eſſe prouerbium in eos, qui ſuapte voce produntur.*

Incidit in foueam, quam fecit.

*In Odis Dauidicis:* Λάκκον ὤρυξε, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον, ὃν εἰργάσατο. *Lacum fodit, & aperuit eum, & incidit in foueam, quam fecit.*

Captantes capti ſumus. ἀιρῶντες ᾑρήμεθα.

*Cum res præpoſtere euenit, vt ipſi circumueniamur ab iis, quibus conabantur imponere.*

In venatu periit. αὐτή τε ἀπώλετο ὑπὸ τῆς ἄγρας. *Lucianus.*

Id eſt: *Et ipſa venatu periit, hoc eſt, dum adoleſcentem venatur, ſtudetq́ irretire, etiam ipſa ſeſe perdidit.*

Hanc technam in teipſum ſtruxiſti.

*Eandem ſententiam alitor expreßit Lucianus:* Ὡς τὸ σόφισμα κατὰ σαυτοῦ συντέθεικας. *Vtendum erit, cum dolus in alterum excogitatus, in caput authoris recidit.*

Qui inſpuerit cauernam formicarum. ὡς ὁ πτύσας εἰς μυρμηκίαν, οὐδεὶ τάχει λη.

*Torqueri poterit in eos, qui multitudinem imbecillium quidem, ſed tamen numeroſam & concordem prouocant.*

Ex ipſo boue lora imponere. ἐκ τοῦ βοὸς τοὺς ἱμάντας λαμβάνειν.

*Qui lædunt quempiam, ab ipſo, quem lædunt, accipiunt.*

Talia gignit bellum. ποιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται.

*Docet hic Senarius, è diſſidiis eorum qui rempublicam adminiſtrant multa gigni abſurda. Id translatum ad priuatam diſcordiam, pluſculum habebit gratia.*

Securim inicere. *Cicero.*

*Dicuntur qui vehementer lædunt ac vulnerant.*

Sibi parat malum, qui alteri parat. αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων.

*Nemo poteſt alterum iniuria afficere, niſi prius lædat ſeipſum, qui alium fraudat pecunia, ſeipſum ſpoliat bona mente, grauius ſeipſum lædit, quam alterum. Ariſtot.*

Chius dominum emit. Χῖος δεσπότην ὠνήσατο.

*In eos quadrabit, qui ſibiipſis malum accerſunt. Athen.*

Mala attrahens ad ſe, vt cæcias nubes. κακ' ἐφ' αὑτὸν ἕλκων, ὡς ὁ καικίας νέφος.

*In eos, qui ſibiipſis litium ac negotiorum materiam pariunt, accerſuntq́.* Er heiſchet die Schläge/ wie ein Pferdt ſein Futter.

Ne quid ſuo ſuat capiti. *Terent. in Phorm.*

*Pro eo quod eſt, ne quid mali ſibi conciliet.* mache dir nit eine Ruthe vber deinen eigen Rucken.

In cœlum expuis. εἰς οὐρανὸν πτύεις.

*Id eſt: Facis, quod in tuum ipſius recidat caput: aut, obloqueris his, qui te facile poſſunt lædere. Confine illi: Aduerſus ſtimulum calcitrare.*

Spontanea moleſtia.

*Celebratur inter Græcos cum primis bellus & elegans trimeter:*

Αὐθαίρετος λύπ' ἐστὶν ἡ τέκνων σπορά.
Id eſt:
*Vltraneus dolor eſt parare liberos.*

*Dici non poteſt, quantum & quam moleſtum negotium ſit, educare liberos: præſertim cum adeo pauci ſint, qui parentum officio reſpondeant.*

In tuum ipſius malum lunam deducis. ἐπὶ σαυτῷ τὴν σελήνην καθέλκεις.

*Dicebatur de iis, qui ſuis ipſorum artibus ſibi malum accerſerent.* Du ſpeyeſt in deinen eygen Buſen.

Lunam detrahere. τὴν σελήνην κατασπᾶν.

*Conſueuit dici de eo, cui res vehementer aduerſa videretur.*

Atlas cœlum. Ἄτλας τὸν οὐρανόν.

*Subaudiendum ſuſcepit. Dici ſolitum de his, qui ſeſe magnis & moleſtis inuoluunt negotiis ipſiq́ ſibi malum accerſunt.*

Accerſitum malum. ἐπίσπαστον κακόν.

*Accerſitum malum dicitur, cuius ipſe tibi cauſam præbueris.*

Coruus ſerpentem. κόραξ τὸν ὄφιν.

*Vbi quis ſuo ipſius inuentu perit. Torquere licebit in hominem ob edacitatem periclitantem.*

Bis interimitur, qui ſuis armis perit.

*Magis dolent incommoda, quibus ipſi dedimus occaſionem.*

Colubrum in ſinu fouere. ὄφιν ἐν τῷ κόλπῳ θάλπειν.

*Dicitur, qui complectitur amore, ſtudioque perſequitur ingratum.*

Hoſtis domeſticus. οἴκοθεν τὸν πολέμιον ἔχειν.

*Vbi malum non aliunde proficiſcitur, ſed ex nobis ipſis naſcitur.*

Capra gladium. αἴξ μάχαιραν.

*Subaudi, reperit. In eos dicitur, qui ipſi reperiunt, quo pereant.* Die Geyß ſuchet das Meſſer.

Pyrauſtæ gaudes gaudium. χαρὰν Πυραύστου χαίρεις.

VVV *De mo-*

*De momentanea fluxaque voluptate. In eos, qui ſibiipſis exitium accerſunt.*

Prudens in flammam mitto manum.

*Hieronymus vſurpat pro eo, quod eſt, ſciens expono me diſcrimini, maliſq; obijcio.*

Calidum prandium comediſti. *Plaut.*

*Id eſt: Feciſti quod tibi magno malo ſit futurum.*

Malum conſilium.

*Malum conſilium conſultori peſſimum. In eos, in quorum caput recidit, quod alijs perperam conſuluerunt.*

Heſiodus.

> Οἱ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων,
> Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.
> *Ipſe ſibi nocet is, alium qui lædere quærit,*
> *Conſultum male conſultori peſſima res eſt.*

Wer einem andern ein Grube machet / der fället gewöhnlich ſelbſt darein. Et quod Hebræus Sapiens habet: Wer den Stein in die Höhe wirfft / dem fällt er gern auff den Kopff.

Camelus deſiderans cornua, etiam aures perdidit. ἡ κάμηλος ἐπιθυμήσασα κεράτων, καὶ τὰ ὦτα προσαπώλεσεν.

*Conueniet in eos, qui dum peregrina ſectantur, ne ſua quidem tuentur.*

Sibi malum reperit,

*In eum, qui ſuo læditur inuento, quadrabit illud Homeri ex Odyſſ. φ.*

> Οἱ αὐτῷ πρώτῳ κακὸν εὕρετο οἰνοβαρείων.
> *Qui ſibi perniciem vel primum reperit ipſe*
> *Vino victus.*

*Dictum eſt de Eurytione, qui primus inuenit vſum vini, peremptus a Lapithis.*

Ipſe ſibi perniciem accerſiuit.

*In eum, qui ſibi pertinaciter accerſiuit malum, cui veluti fato deſtinatus ſit, congruet illud Homeri:*

> Τὸν δ᾽ ἄγε μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλος δέ.
>
> Id eſt,
>
> *Iſtum mortis in exitium mala Parca trahebat.*

Cœno puram aquam turbans, nunquam inuenies potum. βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μιαίνων οὔποτε εὑρήσεις ποτόν.

*Dici ſolitum, vbi quis ea, quæ ſunt per ſe pulcherrima, contaminat, admixtis ijs, quæ ſunt turpiſſima.*

Bellerophontis literas. Βελλεροφόντης τὰ γράμματα.

*Subaudiendum, adfert, aut aliud aliquod. Locus erit huic prouerbio, cum quis literas velut commendatitias perfert, quæ contra ipſum ſint ſcriptæ.*

Aue luporum catulos.

*In eos, qui læduntur ab ijs de quibus bene meriti ſint, aut in ingrato.*

Phoci conuiuium. Φώκου ἔρανος.

*Dictitari conſuetum, vbi quis ſuo male conuiuas acciperet.*

Puer glaciem. ὁ παῖς κρύσταλλον.

*Dicebatur in eos, qui cum quippiam retinere non poſſint, nolunt tamen amittere. Zenodot.*

Turdus ipſe ſibi malum cacat. κίχλα χέζει αὐτῇ κακόν.

*In eos, qui ſibiipſis miniſtrant exitij cauſam.*

Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum.

*Verba ſunt Phormionis paraſyti, qui, quoniam fuerit author conſilij de ducenda puella, æquum eſſe putat, vt ſuo periculo rem item expediat.*

Faber compedes, quas fecit, ipſe geſtet. *Auſonius.*

*Competit in eos, qui ſibiipſis authores ſunt malorum. Vulgo dicunt: Flagellum ipſe parauit, quo vapularet.* Er hat jhm eine Ruthe vber ſeinen eygen Rucken gebunden.

Ipſe ſibi mali fontem reperit, αὐτὸς εὗρε τοῦ κακοῦ πηγήν.

*Hoc eſt: Ipſe ſibi malorum author & cauſa eſt.*

Bos aduerſus ſeipſum puluerem mouet. βοῦς ἐφ᾽ ἑαυτῷ κονίεται.

*Vbi quis ad ſuum ipſius malum volens lubenſq; ducitur. Nam boues facile ſe præbent vinciendos.*

Echinus partum differt. Ἐχῖνος τὸν τόκον ἀναβάλλει.

*De ijs, qui prorogarent quippiam ſuo malo.*

Noſtris ipſorum alis capimur. τοῖς αὑτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα. *Athenæus.*

*Conueniet in eos, qui ipſi præbent occaſionem ſui mali.*

Capra contra ſeſe cornua. ἡ αἲξ κατ᾽ ἑαυτῆς τὰ κέρατα.

*Ab apologo natum. Capra quopiam, cum eſſet iaculo vulnerata, circumſpectans, vndenam id mali ſibi adueniſſet arcum contemplas caprinis cornibus compactum, dixit ad hunc modum: In meam ipſius perniciem produxi cornua.*

Carpathius leporem. ὁ Καρπάθιος τὸν λαγών.

*Dicebatur in eos, qui ſibi rem noxiam accerſerent. Ariſt.*

Calidam veruti partem. τὸ θερμὸν τοῦ ὀβελοῦ.

*Subaudiendum arripuit. Vbi quis per imperitiam negocij ea parte rem aggreditur, qua minime tutum fuerat aggredi.*

Cornix ſcorpium. κορώνη τὸν σκορπίον.

*Subaudiendum, rapuit: Quadrat in hos, qui parant eos lædere: vnde tantundem mali ſint viciſſim accepturi.*

Gornutam beſtiam petis, *Plaut.*

*Qui illum laceſſit, qui paratus ſit retaliare iniuriam.*

Cicadam ala corripuiſti. τέττιγα πτεροῦ συνείληφας.

*Cicada ſi preſſeris alas, vehementius etiam perſtrepit ... hominem poetam ſibi faciat inimicum. Horat. Genus irritabile ... tum, dixit.*

Irritare crabrones. τὰς σφηκιὰς ἐρεθίζειν.

*Id dictum eſt a Poeta in mulierum ingenium: quibus ... pugnes, magis prouoces.*

Octipedem excitas. ὀκτώπουν ἀνεγείρεις.

*Nimirum ſcorpium, quem non niſi tuo periculo, ſuſcitet.*

Anagyrum commoues. Ἀνάγυρον κινεῖς.

*In eos, qui ſibiipſis malorum authores eſſent. Ariſtophan.*

Suem irritat. ὗν ὀρίνει.

*In auidum rixarum dicebatur. Sus enim agreſtis prouocata petit eum, a quo prouocatus eſt.*

Leonem ſtimulas, τὸν λέοντα νύττεις.

*Id eſt: Leonem pungis ſeu vellicas. De his qui potentem ... in ſuorum ipſorum exitium prouocant.*

Ipſa olera olla legit. *Catullus.*

*In eos quadrabit, qui ſuum ipſorum vitium in aliud ... reijciunt: aut, qui ſic ad ſcelus aliquod, quaſi facti ſunt, ... ſint non peccare.*

Fontibus apros. Floribus Auſtrum.

*Vbi quis optat nocitura. Virgilius:*

> *Eheu! quid volui miſero mihi? floribus Auſtrum,*
> *Perditus, & liquidis immiſſi fontibus apros.*

*Nam Auſter ventus floribus inimiciſſimus eſt.*

Leonem radere. Λέοντα ξυρεῖν.

*Dicuntur, qui feroces & præpotentes arte tractant & ... magno ſuo periculo.*

Nemo læditur niſi à ſeipſo. *Diogen.*

*Nemini fit iniuria, ſi eam exiſtimet ad ſe non pertinere.*

Arcadiam me poſtulas. Ἀρκαδίην μ᾽ αἰτεῖς. *idem.*

*Quadrat vel in magna, vel inutilia petentem. Herodotus ... primo.*

Ipſi teſtudines edite, qui cepiſtis. αὐτοὶ χελώνας ἐσθίετε, ... λετε.

*Qui prendidiſtis, ijdem edite teſtudines. In eos dicitur, qui ... quam inconſulte quippiam adorti ſunt, alienum ... um, quos ſuo negotio admiſceant.*

Oenoe charadram. Οἰνόη τὴν χαράδραν. *Heſychius.*

*Dici ſolitum in eos, qui ipſi ſibi malum accerſerent.*

Malum bene conditum ne moueris. μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον.

*In eos qui ſua ſtultitia turbas excitant.* ...
Hund ſoll man nicht auffwecken.

Mouere Camarinam. κινεῖν τὴν Καμαρίναν.

*Et ſibiipſi malum accerſere.*

Pyrauſtæ interitus. Πυραύστου μόρος.

*In eos dicebatur, qui ſibiipſis exitium accerſunt. Ait enim ... dotus: Pyrauſtam inſectum eſſe, quod lucernæ admoles ... ſtis alis, concidat pereatq;.*

Ipſo cratere. αὐτῷ κρατῆρι γίνη κακά.

*Dictitari ſolitum, ac ijs, in quos recedit, quod per inſidias ... moliebantur.*

Docui te vrinandi artem, & tu me vis demergere. ἐδίδαξα ... βιβᾶν καὶ σὺ βυθίσαι μὲ ζητεῖς.

*In eos quadrat, qui bene facta malefactis retaliant.*

Fecem bibat, qui vinum bibit.

*Qui fructus ſit optimus, eundem boni conſulere debere ... Ariſtoph. in Pluto.*

> Ὅμως δ᾽ ἐπειδὴ καὶ τὸν οἶνον ἠξίους
> Πίνειν, συνεκποτέον ἐστὶ καὶ τὴν τρύγα.
> *At vbi haud grauatus bibere vinum es: fecem*
> *Tibi nunc eadem eſt ebibenda ſcilicet.*

Callum ducere.

*Prouerbiales metaphoræ ſunt: Callum ducere, & Occalleſcere ... quidem ad animum torqueantur.*

Dies adimit ægritudinem. *Terent. in Heaut.*

*Quod audio vulgo dici: Diem adimere ægritudinem hominibus* ...
Es ſoll jhm mittler zeit wol ergehen.

Malorum aſſuetudo. *Homerus.*

*Qui malis aſſueuerit, ac permulta tulerit, commodius fert ... illud, ſi quod inciderit infortunium. Ad id commode exprimendum vſurpabimus illud Homericum, ſub perſona Vlyſſis.*

> Ἤδη γὰρ μάλα πολλ᾽ ἔπαθον, καὶ πολλὰ μόγησα,
> Κύμασι καὶ πολέμῳ μετὰ καὶ τόδε τοῖσι γενέσθω.
>
> Id eſt,
>
> *Iam tuli & ante mali multum, multumq; laborum,*
> *Fluctibus & bellis: age & hoc acceſſerit illis.*

Neque enim ignari ſumus.

*Vbi quis ad tolerantiam præſentium incommodorum, ... ſeſe præteritorum malorum recordatione, non infeſtiuntur ... illud ex Odyſſ. υ.*

> Τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ᾽ ἔτλης.

*Dolores animæ,& quandam grauiora tuliſti.*
*Æmulans Virgilius inquit :*
*O paſſi grauiora! dabit Deus his quoq; finem.*
*Durate,& vosmet rebus ſeruate ſecundis.*
Sunt res mala, optima. *Plautus.*
*Dictum eſt ſub perſona ſenis ſuadere conantis, ne vxorem, tamet-*
*ſi malam repudiaret, aliam ducturus: propterea quod plerumq; fit,*
*vt qui commutat primum, pro malo peius accipiat, tum ignotum*
*pro noto, inſuetum pro familiari.*
Scarabeo citius perſuaſeris. θᾶσσον ὁ κάνθαρος ἂν μεταπείθειν.
*De iis qui malis aſſueuerunt, à quibus reuocari non poſſunt, eo*
*quod aſſuetis videantur optima.*
Ignem igni ne addas. μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ.
*Ne incendium incendio addas Plato libro de legibus. Vetat ne*
*pueri ad annum vſq; vigeſimum vinum bibant. Nam ſi vini calor*
*accedat ad feruorem ætatis, ignem igni ſuggerere videantur.*
Ignis non extinguitur igni. πυρὶ οὐ σβέννυται πῦρ.
*Malum malo non tollitur: ira non ſedatur iracundia: ſed feroci-*
*tas frangitur lenitate: malum patientia tollitur: iniuria beneficio*
*vincitur.*
Duobus malis reſiſtere difficilimum.
Ἤδη ὁμοῦ πόλεμός τε δαμᾷ καὶ λοιμὸς Ἀχαιοὺς.
Id eſt,
*Iam pariter ſubigit bellumq; & morbus Achiuos.*
*Vt quando dicemus eundem hominem duobus aut plurimis premi*
*malis. Eſt apud Homer. Iliad. α.*
Oleum camino addere.
*Alas fomentum & velut alimoniam ſuppeditate. Hieronym. ad*
*Furiam.*
*Vinum & adoleſcentia duplex eſt incendium voluptatis.* Quod
oleum flammæ adiicimus, Germani dicunt : Du macheſt auß vbel
ärger.
Oleo incendium reſtinguere. ἐλαίῳ πῦρ σβεννύειν.
*Dici ſolitum, vbi quis admouet remedia, quæ malum magis ac*
*magis exacerbent.*
Malum malo medicari. τὸ κακὸν κακῷ θεραπεύειν.
*Eſt malum aliud alio malo tollere. Sophocl.* Man muß böſes mit
böſem vertreiben.
Morbum morbo addere.
*Eſt conduplicare malum. Euripid.*

Μὴ νοσοῦντί μοι νόσον.
Πρόσθῃς, ἅλις γὰρ συμφορᾷ βαρύνομαι.
*Ne tu mihi morbo laboranti, alterum.*
*Appone morbum, nam ſat hoc premor malo.*
Lutum luto purgare. πηλῷ πηλὸν καθαίρεσθαι.
*Dicitur, vbi res ſordida ſordibus tollitur, hoc eſt, quum ſordes non*
*tolluntur, ſed mutantur.* Vnſlätig mit wüſtem ſchön machen.
Procacio excoculatus eſt. τυφλοῦ ἐξωμμάτωται.
*Cum videmur corrigere quod dictum eſt, ſed altero verbo, quod*
*idem polleat vel magis etiam lædat, veluti ſi quis dicat : Non fu-*
*ratus eſt ſed violauit. Ariſtoph.*
Poſt Marathonem pugna μετὰ τὴν μαραθῶνα μάχη.
*De eo qui poſt calamitatem in aliam nouam rurſus incidit.*
Litem lite ſerit. ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει.
*Id eſt: At lis ſeritur de lite viciſſim. Reſecanda iniuria eſt, non re*
*plicanda Phocylid.*
E fumo ad flammam tendere.
*De eo qui ſe à rebus dubijs in præſens exitium coniicit.*
Litem parit lis, noxa item noxam parit. δίκη δίκην ἔτικτε, καὶ βλά-
βη βλάβην.
*Iaculatum eſt, in rixoſos & litium auidos.*
Fallacia alia aliam trudit. *Terent.*
*Sumptum à conſuetudine conantium fallere, ac dolos dolis con-*
*tinuare, ne deprehendantur.*
Fumum fugiens, in ignem incidi. καπνόν γε φεύγων, εἰς τὸ πῦρ πέ-
πτωκα. *Lucian.*

*Dum vito fumum, flammam in ipſam decidi. Horat.*
*In vitium ducit culpæ fuga ſi caret arte.*
Euitata Charybdi, in Scyllam incidi. τὴν Χάρυβδιν ἐκφυγὼν, τῇ
Σκύλλῃ περιέπεσον.
*Dum vito grauius malum, in alterum diuerſum incidi.*
Ne cinerem vitans, in prunas incidans. μὴ τέφραν φεύγων, εἰς ἀν-
θρακιὰν πέσῃς.
*Id eſt: Ne cinerem fugiens in carbonariam incidas.*
Occurrit quiſpiam, ne pluuia madeſceret, & in foueam præfoca-
tus eſt.
*De quo leuius malum incautius fugiens, in maximum incurrit.*
Nunc bene nauigaui, quum naufragium feci. νῦν εὖ πεπλόηκα, ὅτε
ναυάγηκα.
*Quoties id, quod videtur incommodum, fortuna præter ſpem ver-*
*tit in bonum.*
Laqueus auxiliari videtur. ἀμύνει ὡς ἔοικεν ἡ πάγη.
*Dici ſolitum conſueuit, quoties incommodum alicui verteretur in*
*bonum.*

¶ Exempla Profana.

Lydos improbitatis primas retuliſſe, adnotatum à Græcis eſt, Ægyptiis gradu ſecundo conſtitutis, Caribus autem tertio.

Λυδοὶ πονηροὶ, δεύτεροι δ' Αἰγύπτιοι,
Τρίτοι δὲ πάντων Κᾶρες ἐξωλέστατοι.
*Lydi improbi, poſt hos ſecundi Ægyptij,*
*Tertij Cares perdidiſſimi omnium. Eraſm.*

*Athenienſes* aut optimi euadunt, aut peſſimi: ſicuti eorundem terra & mel ſaluberrimum, & cicutam producit exitioſiſſimam. *Plutarch. in Dione.*

*Leriorum* populus ob inſignem morum improbitatem in prouerbium abiit. *authore Strabone lib. Geograph.* 10.

*Apud Athenæum* Antiphanes, cum ἰχθυοπώλας feciſſet omnium ſceleratiſſimos: tamen excepit menſarios, his quoque nocentiores. *Diog. Eraſ. in Adag.*

*Plutarch.* in vita Alcibiadis. Thucydides Peloponneſiaci belli lib. 8. Ariſtophanes in Equitibus oſtendunt, Hyperbolum fuiſſe hominem modis omnibus improbiſſimum, nec vlla re clarum aut potentem, niſi vitio linguæ. *idem.*

¶ Hieroglyphicum.

*Coturnix auis* in Solis, vbi libenter habitat, locis, ſi quem limpidulæ aquæ fontem adinuenerit, ſimul ac biberit, aquam reliquam roſtro pedibuſque corrumpere, lutoſamque reddere, puluere etiam in eam ingeſto, nititur: ne cuipiam alteri animali ad potum appetatur. Quæ quidem maligna, improba, inuidiaque *Coturnicis* natura Ægyptus argumentum dedit, vt malignum hominem per eius hieroglyphicum notarent. *Pier. Val. lib. 24. pag.* 228. *F.*

¶ Fabula.

Canis & Ouis.

Poſtulabat in iudicio canis ouem debiti, quod repeteret mutuũ modiorum trium frumenti: teſtimonium dicebant lupus, miluus, accipiter. Victa ouis, & condemnata, ſola enim erat, & planum fecerat teſtibus, deberi ſibi frumentum canis, quamuis non deberet coacta iudicatum ſoluere, ante tempus tonſuræ vendidiſſe lanas dicitur, quarum pretio frumentum mercaretur, & cani ſatisfaceret.

Fabula docet, à malitia potentiorum nullius innocentiam tutam eſſe.

*Vide tit. Impietas.*

# Mandatum.

¶ LOCI BIBLCI.

MAndatum magnum ſeu primum quod, *Matth.* 22. 37. 38. *Marc.* 12. 29. 30. Mandatum nouum, *Ioan.* 13. 34. 1. *Ioan.* 2. 8. Mandatum vetus, *v.* 7. 2. *Ioan.* v. 5. Mandatum carnale, pro externis ceremoniis, *Hebr.* 7. 16. Mandata Legis, *Exod.* 20. 1. *&c. Deuter.* 5. 6. *Matth.* 19. 18. *Marc.* 19. 10. *Luc.* 16. 18. obſeruanda ſunt, *Exod.* 24. 3. *Deut.* 6. 1. & 8. 1. & 11. 1. 1. *Sam.* 15. 22. *Matth.* 19. 17. *Luc.* 10. 28. 1. *Cor.* 17. 19. 1. *Ioan.* 2. 4. & 3. 23. & 5. 3. Mandata Dei citra eius gratiam præſtari non poſſunt, *Ezech.* 36. 27. Mandata Dei ob traditiones humanas transgredi non licet, *Matth.* 15. 3. Mandatum Dei irritum feciſſe dicuntur impii, v. 6. quod ad ipſorum conatus attinet. Nam quod ad rem ipſam ſpectat, inuito Satana, & ipſius organis fruſtra laborantibus, ſtant Dei præcepta. Mandata ſeruat, qui diligit, *Ioan.* 14. 15. 23. Mandata ſeruantibus benedictio, *Act.* 4. 19. *Tit.* 1. 14.

¶ Sententiae Patrum.

Si quid vel addas, vel detrahas, præuaricatio videtur eſſe quædam mandati. Simplex enim & pura mandati forma tenenda eſt, vel teſtimonii ſeries intimanda. Nihil igitur, quod bonum videtur addendum eſt. *Aug. in lib. de Paral.*

Si quis vnum mandatum cuſtodiat, & aliud præuaricatur, nihil ei prodeſt. *ibid.*

Tu qui veram requiem, quæ poſt hanc vitam Chriſtianis promittitur, quæris etiam hic eam inter amariſſimas vitæ huius moleſtias, ſuauem iucundamque guſtabis: ſi eius, qui eam promiſit, præcepta dilexeris. *Auguſt.*

Non eſt amicus recti, quando ſi fieri poſſet, mallet id, quod rectum eſt, non iuberi. *ſuper Pſal.* 66.

Non ideo putes aliqua contemnenda eſſe mandata, quia leuiora ſunt: tam enim maxima illa, quam minima imperata ſunt, & contemptus cuiuſcunque præcepti præcipientis iniuria eſt. In quovis propoſito, in quovis gradu, æquale peccatum eſt, vel prohibita admittere, vel iuſſa non facere. *Hier. in epiſt.*

Iuſſa ſine culpa non negliguntur, & ſine crimine non contemnuntur. *Bern. de præcept. & diſp.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Contemptus in omni ſpecie mandatorum pari pondere grauis,& communiter damnabilis eſt: neglectus autem in fixis grauior, tolerabilior in mobilibus mandatis, *ibid.*

Siue Deus, ſiue homo vicarius Dei, mandatum quodcunque tradiderit, pari profecto obſequendum eſt cura, pari reuerentia deferendum, vbi tamen Deo contraria non præcepit homo. *ibid.*

Sunt mandata, quæ duris atque carnalibus imponuntur animis ex lege vitæ, & diſciplinæ: & ſunt olea diſpenſationis, quæ infirmis & puſillis corde miſericordiæ apponuntur, & ſunt conſiliorum ſolida fortiaque, quæ ex intimis ſapientiæ proponuntur ſanis. *Bern. ſuper Cant.*

Prælati iuſſio vel prohibitio non prætererat terminos profeſſionis, nec vltra extendi, nec contrahi citra debet. Nil me prælatus prohibeat horum, quæ promiſi, nec plus exigat, quam promiſi. *de præce. diſp.*

Mandata Moyſi in actu facilia ſunt: vt: non occidas: & ideo in remuneratione modica, & in peccato magna, ſed mandata Chriſti, vt non iraſcaris, in actu difficilia: & ideo in remuneratione magna, & in peccato minima. *Chryſoſt. ſuper Matth. 6.*

Merito dedit præceptum, qui præmiſit exemplum. *Caßiodor. ſuper Pſalm.*

Nihil arduum humilibus, nihil aſperum mitibus, & facile omnia præcepta veniunt in effectum; quando & gratia præcedit auxilium, & obedientia mollit imperium, nec dura ibi neceſſitate ſeruitur, vbi diligitur, quod iubetur. *Leo Papa in apparitione Domini.*

### ❡ Sententiae Poeticae.

Mandata Dei Anthol. Sacr. Iac. Billii.

*Non ideo quicquam mandat Deus, vt ſibi proſit,*
*Nec ſerui officio verus eget Dominus,*
*Cuius præceptis augetur qui famulatur,*
*Fitq; minor, quiſquis negligit imperium.*
*Nam Deus omnipotens ſimul omnia tenensq; poteſtas,*
*Nil perdit proprium, nihil habet occiduum.*
*Nunquam non habuit, quod habet dans quicquid haberi*
*Proderit & ſumens, non niſi quod dederit.*

### ❡ Exempla Biblica.

Mandatis impiis & inhoneſtis non eſſe parendum *Exempla:* Obſtetricis Ægyptiacæ, *Exod.* 1.17. Serui Saul, 1. *Sam.* 22.17. Socii Danielis, *Dan.* 3.18. Daniel, 6.10.11. multi Iſraelitæ. 1. *Macchab.* 1.65. Mathathias cum filiis, &c. 1. *Macchab.* 2. *v.* 19. ſeptem fratres & mater eorum, 2. *Macchab.* 7.2. *&c.* Petrus & Ioannes; *Act.* 4.18.19.33 Apoſtoli, 5. 28.29. 40.41.

Mandatis impiis & inhoneſtis parentium exempla: Satellites & nuntii Sauli, 1. *Sam.* 19.11.15.16. Doeg Idumæus, 22. 18. Subditi Nabuchodonoſor, *Dan* 3.4. quidam Iudæi, 1. *Macchab.* 1.45. & 2. *v.* 16.23.

---

# Manſuetudo.

### ❡ DEFINITIO. ET ETYMOL.

MAnſuetudo, Græce πρᾳότης, ητος, ἡ, πρᾶος, ȣ, ὁ, manſuetudo, mediocritas circa iram. *ſec. Ariſt. lib. 4 Ethic.*

Hebr. *Hanauah,* à nomine primitiuo *Hanau,* manſuetus, mitis, lenis, modeſtus. Cognationem habet arctiſſimam cum verbo *Hanah,* conſiderauit mente tenus. Vnde *Hani,* miſer, pauper. nam mãſuetus is dicitur qui multis ærumnis & miſeriis exercitatus, conſiderat & cognoſcit ſeipſum. Hinc Græc. ἐννηής, ἠνίος, ἐνειής, προσηνής, manſuetus, lenis, & ἐνήεια, προσήνεια manſuetudo.

Manſuetudo eſt depreſſio atque ſedatio iræ, *ſecundum eundem lib. 2. & 2. Rhetor.*

Manſuetæ feræ dicuntur cicures. Nam cicurare antiqui dicebant manſuefacere, *ſecundum M. Varronem.* Et quicquid à fero diſcretum eſt, dicitur cicur. Cicur ingenium dicimus mite atque manſuetum. Videturque deductum à cico. Nam cicum veteres dicebant membranam tenuem, quæ eſt in malo punico diſcrimen.

Manſuetudo quid à clementia differat, *vide ſupra in Clementia.*
Manſuetudo quid à fortitudine, *vide ſupra in Fortitudo.*

### ❡ Loci Biblici.

Manſuetudo commendatur, *Ioſ.* 7.19. 1. *Sam.* 25.1. *&c.* 2. *Sam.* 16.10. *Prou.* 5.1. *Eccl.* 1.29. *Matth.* 5 4. & 11. *v.* 29. *Gal.* 5.23. & 6.1. *Eph.* 4.2. *Col.* 3.12. 1. *Tim.* 6.11. 2. *Tim.* 2.25. *Tit.* 3.2.

### ❡ Sententiae Biblicae.

*Manſuetudo Deo placet.*

Exaltauit manſuetos in ſalutem. *Pſal.* 149.

Manſuetis (Deus) dabit gratiam. *Prou.* 3.

Fili mi, per manſuetudinem gloriam animæ tuæ concilia, & eam honore, quem meretur affice. *Eccl.* 10.

Beati mites, quoniam ipſi poſſidebant terram. *Matth.* 5.

Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. 11.

*Proximo prodeſt.*

Manſueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in m... titudine pacis. *Pſal.* 37.

Melius eſt humiliari cum mitibus, quam diuidere ſpolia cum ſu... perbis. *Prou.* 16.

Fili, in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum g... riam diligeris. *Eccl* 3.

Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit m... pro eis. 10.

Corripite inquietos, conſolamini puſillamines, ſuſcipite in... mos, patientes eſtote ad omnes. 2. *Theſſ.* 5.

Omnes oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines. *Tit.* ...

### ❡ Sententiae Patrum.

Mites ſunt, qui cedunt improbitatibus, & non reſiſtunt malo... vincunt in bono malum. *Aug. ſer. Dom. in monte.*

Miteſcere eſt, non contradicere diuinæ Scripturæ, ſiue intellige... re, ſi aliqua vitia noſtra percutit ſiue non intelligere: quaſi m... lius & verius ſapere & percipere poſſemus. *Lib. 2. de doctrina Chriſtiana.*

Quum depoſuero omne peccatum & eruero omnem mali... & ſimplicitate contentus fuero inops malorum, ſupereſt, vt m... temperem. Quid enim mihi prodeſt carere ſceleribus, niſi fuero... tis atque manſuetus? *Ambr. ad Vercell. ſuper Lucam, lib.* 5.

Beatus, qui ſeueritatem & manſuetudinem tenet, vt altero di... plina ſeruetur, altero innocentia non opprimatur. *Amb.*

Mitis eſt, quem non rancor vel ira afficit, ſed omnia æquanim... ſuſtinet, non irritat, nec irritatur, non nocet, nec nocere cogita... *ron. in gl. ſuper Matth.* 5.

Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Cœleſtis Hieru... lem non eſt bellatorum ſpolium, ſed manſuetudine prædito... hominum ſperata hæreditas. *Baſil. in Pſal.* 33.

Sunt quidam mites, ſed quandiu nihil dicitur, vel agitur, ... eorum arbitrio: patebit autem, quam longe ſint à vera manſuet... dine, ſi leuis oriatur occaſio. *Bern. ſuper Cant.*

Regat diſciplinæ rigor manſuetudinem, & manſuetudo orne... gorem: & ſic alterum commendatur ab altero, vt nec rigor ſit ... dus, nec manſuetudo diſſoluta. *Greg. 19. mor.*

Magna eſt virtus, ſi non lædas, à quo læſus es. Magna eſt fortitu... do, ſi etiam læſus remittas. Magna eſt gloria ſi cui potuiſti noce... parcas. *Iſid. in ſolil.* 2.

Beneuolentia eſt bona erga aliquem voluntas, vltra quam ... affectum ſuum prætendens. *ibid.*

Benignitas eſt largitas rerum per compaſſionem. *Hugo.*

Clementia eſt temperantia animi in poteſtate vlciſcendi, vel ... tas ſuperioris aduerſus inferiorem. *idem.*

Clemens dicitur animus, quando eſt tener ad compatiendum, ... cilis ad remittendum, promptus ad ſubueniendum, *ibid.*

Manſueti lætentur: non dixit, lege docti, non ieiunantes, ... pſallentes, ſed manſueti lætentur, qui charitate præcipua habe... minium rerum temperantiam conſueuerunt. *Caßiod. ſuper Pſ.* ...

Manſuetos appellamus manu conſuetos, id eſt, patientes & ... tes, qui alienas iniquitates tolerant, nec aliquem grauare pr... munt. *ſuper Pſalm.* 37.

Ornamentum enim bonorum omnium eſt ſincera benign... quæ nunquam eſt ſola: quia de virtutibus cognoſcitur eſſe ge... ta. *in epiſt.*

Suntque nonnulli ita diſtricti, vt omnem etiam manſuetudi... benignitatis amittant: & ſunt nonnulli ita manſueti, vt perdant ... ſtricti iura regiminis. Vnde cunctis rectoribus vtraque ſummope... ſunt tenenda, vt nec in diſciplinæ vigore benignitatem manſuetu... dinis, nec rurſus in manſuetudine diſtrictionem deſerant diſcipl... quatenus à compaſſione pietatis obdureſcant, cum contuma... corrigunt, nec diſciplinæ vigorem molliant, cum infirmorum ... mos conſolantur. Regat ergo vigor diſciplinæ manſuetudinem, & manſuetudo ornet ſermone vigorem, & ſic alterum commend... ex altero, vt nec vigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta. *Greg. moral. lib. 19. & hab. diſt. 45. can. Sunt namq;*

### ❡ Sententiae Poeticae.

Antholog. Sac. Iac. Bill.

De animi lenitate.

*Diſcitur in Satanæ morum truculentia ludo:*
*Namq; quod eſt, alios id docet eſſe Satan;*
*At mites nos eſſe docet Moderator Olympi:*
*Namq; quod eſt, alios Chriſtus id eſſe docet.*
*Ac velut hoc lignum latices ſanauit amaros,*
*Quod iecit vatis dextra iubente Deo:*
*Sic animus adhibere ſolet medicamen acerbis*
*Crux ea, quæ nobis vita ſalusq; fuit.*

Seneca in Hercule furente, trag. 1. act. 3.

*Quiſquis eſt placide potens,*
*Dominusq; vitæ: ſeruat innocuas manus,*
*Et incruentum mitis imperium regit.*

*Animoq; parcit, longa permenſus diu*
*Felicis aut ſpatia, vel cælum petit,*
*Vel lata felix nemoris Elyſii loca.*

### ¶ Sententiæ Philosophorvm.

Manſuetudo eſt conſtitutio animæ aduerſus iræ impetum immobilis, moderata temperies animæ. *Speuſippus de Platonis definitionibus.*

Manſueta natura ſi per multas progenies generi virili, & audaci commiſcetur, ſegnior quam oportet naſcitur proles, & tandem mutatur. *Idem de regno.*

Manſuetudo eſt motus animi vtrumq; ſtatum mundi lance pendens æquali. *Cic. de Offic.*

Clementia eſt virtus, per quam animus concitatus in odium alicuius benignitate retinetur. *l. 2. Rhet.*

Manſuetudo eſt virtus animoſæ partis, qua præditi ægre mouentur ad iram. *Ariſt. de virt. & vi.*

Hominem homini nihil aliud manſuetum & mitem reddit, quã beneuolentiæ, iuſtitiæ, & probitatis fides. *Plut. in Polit.*

Grauitate ac manſuetudine ad virtutem ciuilem maxime opus eſt. *Idem in Coriolano.*

Ea eſt animantium omnium natura, vt manſuetudine magis quã violentia regantur. *Diod. Sicul. l. 13.*

Facilius eſt indigentibus gratificari, quàm reſiſtendo potentiores offendere. *Plut. in compar. Philopæm. & Flaminij.*

### ¶ Apophthegmata.

*Cedon* docuit, potentiam adiungendam manſuetudini, vt à ſuis principi non tam metum extorqueat, quam impetret reuerentiam. Reuerentiæ comes eſt amor, metus odium. Amari autem non ſolum honeſtius eſt, verum etiam tutius. *Laer. l. 1. c. 4.*

*Archidamidas*, cuidam Charilaum regem laudanti, quod pariter erga cunctos fuiſſet mitis ac manſuetus: Et qua fronte laudetur aliquis, reſpondit, qui erga ſceleratos ſe mitem præbeat? Perſpexit vir egregius, manſuetudinem cum iuſtitia coniunctam eſſe oportere. Alioqui principis in facinoroſos lenitas, quid aliud eſt, quam in bonos crudelitas? *Plut. in apoph.*

*Cleomenes*, cum è ciuibus quiſpiam apud Cleomenem diceret: bonum regem omnino erga omnes mitem & placidum eſſe oportere: ſed haſtenus, inquit, ne ſit contemptui. Significans, erga improbos manſuetudinem nimiam eſſe inutilem ciuitati: notansque quorundam mores, qui principes vehementer bonos & clementes, cum impenſius amare debuerint, habent contemptui. Eſt quidem præcipua virtus in principe comitas ac manſuetudo: verum ob malorum ingenium hæc ità temperanda eſt, vt principi ſua conſtet autoritas. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Ariſtoteles*, Manſuetudinem deſcribens, dicebat virtutem eſſe animi facultatis, qua præditi ægre mouentur ad iram. Manſuetudinis autem eſſe poſſe moderate ferre obiecta crimina & contemptus, nec celeriter rapi in vltiones, nec facile moueri ad iras: ſed mo[...]nem eſſe, ingenioque quieto & ſtabili. *Lib. de Virtutibus.*

### ¶ Similitvdines.

*D. Chryſoſtomi.* Quemadmodum ſolis iubar, vt primum apparet, [...]coras: Ita manſuetus & benignus ſua præſentia res turbu[...] componit, quietasque ac tranquillas reddit. *in ſer. in Oziam.*

*Sicut Chriſtus Deus* & omnium Dominus, in carne diuina nobis [...], ſanctosque angelos cum hominibus concordes efficit, qui [...] bello quodam à nobis diſſidebant: Ita & manſuetus homo fratres & cognatos, qui inter ſe diſcordes ſunt, conciliat, & reuereri legis præceptum fidei, abiectisque inimicitiis in gratiam mutuam [...]. *ibid.*

*Anima mitis* hominis ſolitudini cuidam eſt ſimilis, multam habenti quietem. Irati mali hominis mens, cuidam foro & tumultui, mediisq; ciuitatibus, vbi multus euntium & redeuntium ſtrepitus, clamor animalium accedentium, aurem agaſonibus multo replentibus ſonitu, ne conculcentur, & ſimilis facta argentariis, ærariis [...]que cudentibus, & his quidem moleſtiam patientibus, his au[...] inferentibus. At mitis mens cuidam montis vertici ſimilis eſt, auram quidem habenti tenuem, purum vero radium, puta fontium fluenta, multasque florum amœnitates, vernantiumq; pratorum, & hortorum plantis & floribus frondentium, & aquis viridantium [...]. Si quis autem & ſonus immurmeret, dulcem & multam [...] audientibus voluptatem, velut aues enim canoræ ſummarum arborum inſident frondibus, & cicadæ ac philomelæ, & hirundines, concentum quendam concorditer efficiunt muſicum: vel zephyrus arborum foliis ſenſim aſpirans, pinos & piceas ſuſurrantes, & cygnos frequenter imitans: & roſæ, ac violæ, & flores ſe leniter in[...]antes, & viridantes, quaſi mare cœruleum blande fluctuans, ex[...]. Quinimo multas aliquis inuenire poteſt imagines. Nam cum in roſas reſpexerit, viride ſe videre putabit: cum violas, pontum fluctuantem: at cum lilia, cœlum. Et alia quædam vox, cum à vertice montis aqua per riuos ſponte defluens, & ſubiectis lapillis, quiete, ſenſim immurmurat, & ita membra reſoluit per voluptatem, ſtatim laxatiuum oculis ſomnum ingerat. Multo iucundior eſt mitis viri anima. *Homil. 26. de diuerſis.*

*In manſuetum* non hærent iacula iracundiæ, non magis quam in aqua telum non figitur: cedit enim nimium. *Hom. tom. 4.*

*Thriueri.* Cruentus vix ad dimidium dierum peruenit: Ac fere præmature pereunt qui aliorum perniciem quærunt: mites autem terram poſſidebunt, *in apoph. 89.*

### ¶ Adagia.

Mactata hoſtia lenior. *Horat.*

*Mactata veniet lenior hoſtia.*

*De ſpontaneis ac manſuetis.*

Auricula infirma mollior,

*Tullius vſurpat in Epiſtolis. Translata metaphora ab ea auriculæ parte, qua non eſt aliud in humano corpore mollius aut flexibilius.*

Sedens columba. ἡ μένη πελειάς.

*Suidas indicat, dici ſolitum de ſupra modum manſuetis ac ſimplicibus.*

Spongia mollior. τῆς σπογγιᾶς μαλακώτερος.

*Ad eandem formam dicebatur.* Pepone mollior. Mitior malua. *Item,* Cinædo mollior. *Priſci ſaltatores & pantomimos Cinædos vocabant.*

Apio mollior aut mitior. ἀπίου τοπαίτερος. *Theocrit.*

*Eſt autem Apius Græcis raphanus aut pyri genus.*

Oleo tranquillior. *Plaut.*

*In homines minime iracundos, leniq; ingenio præditos. A liquoris natura ſumpta.*

Mitior columba. πρᾳότερος περιστερᾶς. *Diogen.*

*Columbina ſimplicitas vbiq; laudatur.*

Cera tractabilior. κηροῦ εὐπλατέστερος.

*De vehementer docili dicebatur aut de ingenio facili, tractabilique, & in quemuis habitum ſequaci. Horat.*

*Cereus in vitium flecti: monitoribus aſper.*

### ¶ Exempla Biblica.

Manſuetudinis exempla: Moyſes, *Num.* 12. *v.* 13. Aſſuerus, *Eſth* 15. 11. Chriſtus. *Ier* 11. 19. *Matth.* 11. 29. & 21. *v.* 6. *Zach.* 9. *v.* 9. *Ioan.* 12. 15. 1. *Cor.* 4. 21. 2. *Cor.* 10. 1.

### ¶ Hieroglyphica.

Manſuetudinis hieroglyphicum merito eſt *Elephantus*, quod animal tanta eſt æquitate ac manſuetudine, vt crudelitatis alienæ miniſterio fungi minime cogi poſſit. *Pier. Val. l. 2. p. 19. F.*

*Vide tit. Clementia, Benignitas, Humanitas.*

---

# Manus.

### ¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

Manus, Græce χεὶρ, ῥὸς, ἡ, dicitur. Hebr. *Iadh*, à verbo *Iadhab*, manauit, emanauit: quoniam manus facille protenditur. Metaphoricè pro poteſtate quadam peculiari ſumitur: vt cum dicimus, rem aliquam in manu noſtra ſitam eſſe. Tribuitur quoque rebus inanimatis, & tunc earum latera ſiue promotiones ſignificat.

Eſt autem manus organum organorum, quia fecit omnia inſtrumenta, & eſt loco omnium inſtrumentorum. *ſecundum B. Thom.* 3. *part. quæſt* 83 *artic.* 5. Dicitur autem à manando (vt quidam volunt) quod à brachiis manet, & ab ea digiti manent: eſtque membrum decentiſſimum. Manus interdum ſignificat multitudinem Virgil.

*Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi.*

Aliquando pro poteſtate. Ouid.

*An neſcis longas regibus eſſe manus?*

### ¶ Loci Biblici.

Manus commune multarum actionum inſtrumentum, & ſignificat idem quod miniſterium aut ductus, per ſynecdochen, aut metonymiam, vt *Exod.* 4. 13. & 9. 35. *Num.* 4. 37. & 7. 8. & 33. 1. *Leu.* 8. 36. & 10. 11. *Ioſ.* 22. 9. 1. *Sam.* 11. *v.* 7. 2. *Sam.* 14. & 12. 25. & 14. 19. 1. *Reg.* 14. 18. & 16. 12. 2. *Paral.* 12. 7. & 33 8. & 34. 14. & 35. 6. *Eſth.* 1. 11. 15. *Pſalm.* 77. 21. & 95. 7. *Eſa.* 20. 2. *Ier.* 39. 11. & 50, 1. *Ezech.* 38. 17. *Agg.* 1. 1. & 2. 1. *Zach.* 7. 12. *Malach.* 1. 1 *Act.* 7. 35. Imò per catachreſin tribuitur etiam beſtiis, *Gen.* 9. 5. *Pſal.* 22. *v.* 21. *Dan.* 6. 27. ſepulchro, *Pſalm.* 49. 16. *Oſeæ* 13. 14. gladio, *Pſal.* 36. 11. Ier. 18. 21. laqueo, *Pſal.* 141. 9. malo, *Abac.* 2. 9. vſurpatur præterea pro opere, *Exod.* 14. *v.* 31. pro adiumento, 2. *Reg.* 15. 19. per metonymiam pro plaga, μετωνυμικῶς, *Iud.* 2. 15. *Iob.* 2. 15. *Iob.* 23. 2. & 27. 11. pro opera & virtute, *Marc.* 6 2. *Act.* 13. 11. Hebraiſmus, pro ſingulari fauore & virtute Dei, *Luc.* 1. 66. pro ſpiritu prophetiæ, *Ezech.* 1. 3 manus Dei eſſe dicitur ſuper aliquem, cum percutit, *Iud.* 2. *v.* 15. facta eſſe dicitur ſuper aliquem, qui Spiritu Dei & fortitudine ſit accenſus, 1. *Reg.* 18. 46. manus Ieroboam, areſcit, 13. 4. manus non contrahenda pauperi, *Deut* 15 7 manus nos ſcandalizans abſcindenda, *Matth.* 5. 30, manum Dei nemo euadit. *Deut.* 22. 39. *Amo*

9.2.manum ſub femore ponere. *Gen.* 24.29. qui ritus vſitatus olim erat in iuramentis,quæ ſuperiores à domeſticis exigebant. Idem & Ioſephum feciſſe legimus.*Gen.*47.29.

Manuum expanſio in precibus vſitata, *Exod.* 17, 11, 1, *Reg.* 8,22,2, *Paral.*6,13,1, *Eſdr.* 9,8, manuum impoſitio varia in Veteri & Nouo Teſtamento.*Gen.*48,14, *Exod.*20,10,*Leu.*1,4,& 3,2, *Num.*27,23, *Daniel.*13.34, *Marc.*10,16, *Act.*6,6,& 7,17,& 13,3,& 19,6,1,*Tim.* 4, 14, & 5,22,2,*Tim.*1,V.6.manum impoſitio,pro,ad miniſterium Eccleſiaſticum ordinatione,1,*Tim.*5,22,manuum impoſitionis vſus, 4.14,2,*Timoth.*1,6, formula,(*Act.*6,6,)ſicut & ritus ipſe, qui per eam ſignificatur,ab Hebræis fluxit, qui hac ceremonia ſolebant vti, partim in precibus & benedictionibus priuatis, *Gen.* 48.14. partim etiam in publicis & ſolennibus victimarum conſecrationibus, *Leu.* 1,4, &c. quem ritum deinde ſeruauit Eccleſia Chriſtiana, tum in miniſtris ordinandis & conſtituendis, *Act.*6,6,1, *Tim.* 5,2,2, tum in conferendis Spiritus ſancti donis, *Act.*8, 16,1, *Tim.*4,14, tum etiam in fauſtis precationibus,*Matth.*19,13.

Manuum impoſitionis exempla: Iacob ſuper caput Ephraim & Manaſſe,*Gen.*48.*v.*14.Moyſes Ioſuæ, *Deut.*34.6. Chriſtus infantibus,*Matth.*19.13.ægrotis,*Marc.*10.16.& 6.5.& 8.23.*Luc.*4.40.Apoſtoli ſeptem Diaconis & fidelibus, *Act.*6.6. & 8.17.& 13.3. Saulo & Barnabæ,13.3.Paulus duodecim viris,19.5. Publii patri,28,8, Ananias Saulo.9.*v.*12.17.

Manus ſuper ægrotos imponendæ, *Marc.*16.18. exempla: Chriſtus, 6.5. Paulus, *Act.*28.8. Manuum impoſitio, pro viſibilibus ſpiritus Sancti gratiis communicandis,exempla:Apoſtoli, *Act.* 8. 17. & 19.5.manuum lotio Phariſæis frequens, manuum ablutio olim ex piationis cauſa in vſu fuit, *Deut.*21.6. *Matth.*27.24. manus lauare ante cibum, 15. 2. non lauat Chriſtus, *Luc.*11, 38. manus tendere ad cœlum,agnoſcendo peccatum & orando,*Exod.*9.29.& 17. 11.1.*Reg.* 8.38.manuum noſtrarum opera fructificare facit Deus obedientibus ſibi, *Deut.*30.9.manuum impoſitione replentur ſpiritu Sancto Chriſtiani, *Act.*19.*v* 6.1.*Tim.*4.*v.*14.repletur Spiritu Ioſue, *Deuter.* 34.*v.*9.ſanat Chriſtus, *Luc.*4.*v.*40.

Manus Dei, quatenus erga ſuos benignus & clemens,conſideratur.2.quatenus fortis,iudex & vindex apparet,3.Manus Dei iurantis 4.Manus Dei patris,Filii, ſpiritus Sancti. 5.Manus myſticæ ſponſi & ſponſæ, in cantico Salomonis, 6. Manus ſanctorum Angelorum.7. Manus Satanæ in Iobi hiſtoria.Harum locutionum probationes occurrunt frequenter in ſacris literis.

## ¶ Adagia.

Manu fingere.

*Eſt arte curaq; formare. Metaphora ſumpta ab iis, qui è terra ſiue argilla fingunt imagines.*

Manum admouere, τὴν χεῖρα ἐπιβάλλειν.

*Dicebantur, qui ſeſe inſinuarent in rei cuiuſpiam egregiæ communionem.*

Manum de tabula.

*Si quando admonebimus, vt recedat aliquis ab opere negotione, quod in manibus habent, iubebimus illum manum de tabula tollere.*

Manum non verterim.

*Pro eo,quod eſt,nihil omnino laboro,aut mea nihil refert. Nihil enim facilius quam vertere.*

Manum ad os apponere.

*Hoc geſtu ſignificamus nos ſcire quippiam, quod tamen nolimus effari.*

Manum habere ſub pallio.

*Dicuntur, qui languent otio.Sumptum à geſtu Rhetorum: nam qui languent, manum occultant ſub pallio: qui commoti ſunt, proferunt.*

In ſinu manum habere.

*Theocritus dixit, tenaces, & ad largiendum pigros manum in ſinu habere: ſic enim in Charitibus:*

Νενίκηνται δ᾽ ὑπὸ κερδέων.
Πᾶς δ᾽ ὑπὸ κόλπῳ χεῖρας ἔχων πόθεν αὔξεται ἀθρεῖ.
Ἄργυρος.

*Lucriq; cupidine victus.*
*Inque ſinu vnusquiſq; manus habet,illud & vnum*
*Spectat, qua ratione ſibi aucta pecunia creſcat.*

Manus manum fricat,vel lauat. χεὶρ χεῖρα νίπτει.

*Monet, neminem ferme mortalium inueniri, qui velit in quempiam beneficium collocare,à quo non ſperet aliquid emolumenti viciſſim ad ſe rediturum.Nam mutua commoditas eſt,quoties vel fricat vel abluit manus manum.*

Manu ſerendum, non thyliaco.

*Modus in omni re ſeruandus. Ab agricolis ductum, qui quum ſerunt, non ſemel effundunt ipſa vaſa, ſed manu rara ſpargunt ſemina.*

Multæ manus onus leuius reddunt.

*Significatur etiam difficilia facile confici,ſi quis non ipſe ſolus negotium aggrediatur, ſed in plures adiutores & auxiliares partiatur.Sumptum à tollendis oneribus.*

# Mare.

## ¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

MAre, Græce θάλασσα, ης, ἡ, & θαλάσσιος, ου, ὁ, marinus [illegible] Quod autem mare fluat & refluat, eſt ex motu lunæ, [illegible] naturaliter ſubditur. *ſecundum B. Thom. in prima parte, quæſt.* [illegible] *artic.*6.

*Iam*,Heb.mare.Cognationem habet cum *Amam*,propaga[illegible] beros,vt matres ſolent parere ſobolem:& cum *Hamam*, tum[illegible] tus eſt:item cum nomine *Maiym*, aquæ. Nam mare piſces innume[illegible] ros procreat,& ex eodem inquieto atque tumultuoſo omnia flumi[illegible] na deriuantur; & Deus ipſe collectionem aquarum vocauit mar[illegible] Vide Etymologic.trilingue,*pag.*459.& 460.

## ¶ Biblici Loci.

Mare creatur,*Gen.*1.9. concluditur ſuis terminis, *ibid. Iob.* [illegible] & 28.6.*Prou.*8.29.*Ier.*5.21.cedit Iſraelitis,*Exod.*14.4. ſedatur [illegible] Chriſti, *Matth.*8.26.Mare pro lacu,Hebraiſmus,4.18. Mare Gali[illegible] *Ioan.*6.1.Mare æneum fabricatur,2.*Paral.*4.2.Mare Dei impe[illegible] ret,*Iob.*38.8.*Pſal.*89.10.Mare vitreum, *Apoc.*15.2. Mare vltra fi[illegible] Deo poſitos non tranſilit,*Pſal.*104.9.

Maria, aquæ Dei verbo in vnum collectæ, appellantur, *Gen.* 1.10.

## ¶ Sententiæ Philosophicæ.

Nullum aquæ corpus ſitum confertim eſſe videtur, quemad[illegible] dum etiam aliorum elementorum, præter maris magnitudine[illegible] *lib.*2.*meteor.c.*2.

Mare in partes diuiſum cito putreſcit & corrumpitur: [illegible] ſum non item.*lib.*4.*meteor.c.*1. *T.*13.

Mare,quoniam ſapore & ariditate præditum eſt,odorem [illegible] *lib de ſenſ.c.*5.

Fieri non poteſt,vt maris aliqua origo & (vt ita dicam) ſcaturigo [illegible] ſit, præſertim cum nec profluens ſit,nec opere induſtriaque h[illegible] num effectum.*lib.*2 *meteor.c.*2.

Mare nil memorabile producit.*Plat.in Phadone.*

Mare Atlanticum terræ motibus, ac diluuiis ingentibus [illegible] gabile redactum eſt,ſubmerſa in mari inſula Atlantis. *idem in Timao.*

Nihil tam capax fortuitorum quam mare.*Tacit.Annal.*[illegible]

# Martyrium.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

MArtyrium,Græca dictio eſt. Nam μαρτύριον, ου, τό, teſti[illegible] nium ſignificat: & μάρτυς, υρος, ὁ, teſtis. Hebr. *Hedh*, te[illegible] verbo *Hidh.* teſtatus eſt, teſtificatus eſt, conteſtatus eſt, [illegible] monium dedit. Cognationem habet cum *Iadahh*, nouit, ſciuit [illegible] cum *Iahhadh*,condixit:nam quod ſcimus teſtamur,& condict[illegible] atteſtatio mentis. Martyrum Euangelii felicitas, 1.*Pet.*14. *Apoc.* 15.*Matth.*5.

Dicitur autem martyrium actus virtutis quadruplicis, ſcilicet fortitudinis,vt elicientis principaliter: patientiæ vero, vt elici[illegible] conſequenter:& charitatis,vt imperantis:& fidei,vt finis, *ex B. Th.* *ſec.Secund.q.*124.*art.*1.*c.*1.& 2.

Martyrium eſt actus maximæ perfectionis, non quidem ſecundum ſe, ſed vt imperatur à charitate, & vt eam oſtendit. *Vt ibid. artic.*3.

Mors eſt de ratione martyrii.*Vt ibid.art.*4.

## ¶ Sententiæ Patrvm.

Eccleſia in omni loco ob eam, quam habet erga Deum dilectio[illegible] nem, multitudinem martyrum in omni tempore præmittit ad Pa[illegible] trem,*Iren.lib.*4.*c.*63.

Quærunt aduerſarii, cur, quum nos perſequuntur homines, [illegible] hil nobis adfertur auxilii?Equidem quod ad nos attinet,nulla nobis fit iniuria,cum diſſoluamur ituri ad Dominum,vt veluti ætatis [illegible] ſuſtinentes mutationem.Si autem ſapuerimus, iis gratias habe[illegible] mus,qui nobis præbuerint occaſionem celeris migrationis,ſi te[illegible] monium feramus propter dilectionem. *Clem. Alex.Strom.l.*4.

Et ſi corpus includitur, & ſi caro detinetur in carcere, omnia [illegible] ritui parent. Vagare ſpiritu, ſpatiare ſpiritu, non ſtadia opaca [illegible] porticus longas proponens tibi, ſed illam viam, quæ ad Deum d[illegible] cit. Quotiens eam deambulaueris,totiens in carcere non eris. N[illegible] crus ſentit in neruo,quum animus in cœlo eſt.Totum homin[illegible] nimus circumfert,& quo velit,transfert. Vbi autem erit cor [illegible] illic erit & theſaurus tuus.Ibi ergo ſit cor noſtrum,vbi volumus ha[illegible] bere theſaurum.*Tertull.l.ad martyr.*

Martyr[illegible]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Martyres non faciunt Euangelium, ſed per Euangelium fiunt. [illegible]rian. libr. 5. c. 4.

Martyrium eſt delictorum finis, periculi terminus, dux ſalutis, [illegible]patientiæ, magiſter domus vitæ: quo perfecto ea etiam accen[illegible] quæ in futuro diſcrimine potuiſſent tormenta reputari. *idem.*

Eſt profecto labor lætus, per quem ſecuritas inuenitur. *idem.*

Magna ſublimitas, ante ora Domini aſpectumque Chriſti pote[illegible] humanæ tormenta contemnere. *lib. de laude martyr.*

Patria martyrum Dei ciuitas eſt, cuius author atque conditor [illegible] Deus. Communis eius pater Deus, frater omnes non ab vno & [illegible] vno deſcendentes, ſed ex adoptione ſpiritus in vnam concor[illegible] inter ſe per charitatem conuenientes. *Baſilius ſermon. in 40. martyr.*

Lex noſtra hoc ſancit, vt vrgente quidem tempore pro veritate [illegible]culum adeamus, nec pietatem per ignauiam prodamus: quam[illegible] tamen licet pericula ipſa ne prouocemus: ſiue animarum no[illegible]rum metu, ſiue vt iis conſulatur, qui periculum nobis inferunt. *Nazianz. orat. 10.*

Dubium non eſt, quod in martyribus Chriſtus occiditur, & in [illegible] qui pro fide patiuntur aut mortem, aut vincula, aut verbera. [illegible] paſſiones ſunt; vt & vita eius in corpore eorum palam fiat. [illegible] paſſiones enim ſunt, quæ oſtendunt introitum ad futuram vitam, [illegible] promiſit Chriſtus. *Ambroſius in quartum caput 2. epiſtol. ad Corinth.*

Diſputando & ſcribendo monſtrauimus, hæreticos non poſſe [illegible] martyrum mortem, quia Chriſtianorum non habent vitam: [illegible] martyrem non faciat pœna, ſed cauſa. *Auguſtinus epiſt. 61. & [illegible]*

Non ex paſſione certa eſt iuſtitia, ſed ex iuſtitia paſſio glorioſa [illegible]. *idem lib. 1. contra Parmon.*

Laus Martyrii eſt in cauſæ bonitate, non in pœnæ acerbitate. *idem in Pſal. 68.*

[illegible] fratres pro fratribus morimur, nullus tamen ſanguis marty[illegible] in peccatorum remiſſionem funditur: quod fecit Chriſtus pro [illegible]: neque in hoc, quod imitaremur, ſed quod gratularemur, con[illegible] nobis. *idem tract. 48. in Ioan.*

Non conſtituimus martyribus templa & ſacerdotia: quoniam [illegible] ipſi, ſed Deus eorum nobis eſt Deus. *Auguſtinus 8. de ciuitate Dei.*

Sicut ſolus filius Dei factus eſt filius hominis, vt nos ſecum filios Dei faceret: ita ſolus pro nobis ſuſcepit ſine malis meritis pœnam, vt nos per ipſum ſine bonis meritis conſequeremur indebitam gra[illegible]tiam. *idem lib. 4. ad Bonif.*

Deus permittit iuſtos occidi ad probationem pietatis. *Chryſoſt. in Pſal. 95.*

Mori à perſequente martyrium in aperto opere eſt: ferre verò contumelias, & odientem diligere, martyrium eſt in occulta cogi[illegible]tione. *Greg. in homil.*

Si adiuuante nos Domino virtutem patientiæ ſeruare contendi[illegible]mus, & in pace Eccleſiæ viuimus, martyrii palmam tenemus. *homi[illegible]*

Sancti martyres præſentem vitam non deſpexiſſent, niſi certio[illegible] animarum vitam ſubſequi ſcirent. *Dial. l. 4.*

Non ſine ferro & ſanguine martyres eſſe poſſumus, ſi patientiam [illegible] in animo cuſtodimus. *ibid.*

Quamuis occaſio ſuperſtitioni deeſt, habet tamen & pax noſtra martyrium ſuum: quia & ſi carnis colla ferro non ſubdimus, ſpiri[illegible]tali tamen gladio deſideria in mente trucidamus. *homil. 3. ſuper Euangel.*

Duo ſunt quippe martyrii genera: vnum in publico, aliud in [illegible], ſimul & in actione. Itaque eſſe martyres poſſumus, etiamſi [illegible] ferro percutientium trucidemur. *ibidem in homil.*

Quod martyrium grauius eſt, quam inter epulas eſurire, inter [illegible] multas pretioſas algere, paupertate premi inter diuitias, quas [illegible] mundus, quas oſtentat malignus, quas deſiderat noſter appe[illegible]tus? Propterea pauperibus, & pariter martyribus regnum cœlo[illegible]rum promittitur, quia paupertate quadam emitur: ſed in paſſione pro Chriſto, abſque dilatione percipitur. *Bernh. in ſerm.*

Non ſuperbi vel arrogantes, ſed humiles potius, qui de ſe præſu[illegible] neſciunt, martyrio idonei ſunt. *idem ſerm. 47. in Cantic.*

Egeſtas bene tolerata propter Chriſtum, facit martyrium. *Chry[illegible]ſoſtomus.*

[illegible] præmiis ſenſilibus, qui potior eſt ad occaſionem, probior eſt, [illegible] terribilior, quamuis cum res non poſſit ſuſcitare poſt [illegible]: quanto magis hic, vbi tanta ſpes reſurrectionis eſt? *ſuper Marc. 11.*

[illegible]ſſimus Abraham, ſed beatus Laurentius fortior fortiſſimo, [illegible], qualiter Abraham ſua dimiſit, & Laurentius ſua diſper[illegible] dedit pauperibus. Abraham filium ſuum Deo obtulit: Lau[illegible]rentius ſeipſum pro filio Dei: hic ignem parat, colligat filium, gla[illegible]dium euaginat: ſed Angelum audit prohibentem ne perficiat: ille [illegible] ignem poſitus Chriſtum prædicat, carnifices verò vrgentes car[illegible]bones miniſtrando verbis non aſperat: efficitur holocauſtum Do[illegible]mino, id eſt, totum incenſum intus igne charitatis: exterius verò flamma tribulationis: hic quia obediens efficitur, filium recipit incolumem: ille, quia perſeuerat in tormentis, à Dei filio recipitur ad ſalutem. *Hugo de clauſtro animæ.*

## ❡ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi*, Sicut vngues, quum ſummitatem veſtiunt digitorum, quamdiu prædicantur, dolorem faciunt corpori: quum verò præciſæ fuerint, nullus ſenſus corporis inuenitur in eis, ſed eximia natura alteræ nouæ procedunt, vt nullum videatur natura ſuſtinuiſſe diſpendium: Sic corpus, donec cæditur, ſentit anima: quum autem occiſum fuerit, nullus ſenſus aut dolor animæ inuenitur in corpore illo, ſed iterum ſuper animam in tempore opportuno glorioſius illud retexet corpus, vt nullum detrimentum videatur anima perpeſſa, ſed augmenta. *in decimum caput Matthai, homilia 25.*

*Sicut veſtimentum* ſuper homines poſitum, ſi quis furibundus ſcindat, illatorem quidem iniuriæ ſentit homo, damnum autem non patitur in natura: Sic corpus ſuper animam poſitum, ſi occidatur ab impiis, anima quidem occiſionis eius ſentit dolorem, damnum autem ſuæ naturæ non patitur. *in caput decimum, homilia 25.*

*Sicut* milites vulnera, quæ in præliis ſibi inflicta regi monſtrantes fidenter loquuntur: ita & illi manibus abſecta capita geſtantes, & in medium afferentes, quæque voluerint, apud regem cœlorum impetrare poſſunt. *in ſermon. in Iuuentinum & Maximum.*

*Cypriani*, Cum ſit ſublime excelſumque martyrium, nunc magis eſt neceſſarium, quo mundus ipſe ſubuertitur, partimque orbe concuſſo, natura deficiens vltimi exitus monumenta teſtatur. Nam & cum cœlo imber incumbit, pluuias & triſte prætendit: quoties atra tempeſtas horrenti imminet pelago, per interapertam fluminum noctem coruſcantium fulmina elucescunt: ſed &, quum magnis mare fluctibus voluitur, paulatim vnda ſe tollit, paulatimque æquor albeſcit, donec certa ſit poſtmodum ruere, vt in illis, quibus retunditur ſaxis ſpumam altius iaciat, quam vndam tumidum pelagus expuebat: Sic quum ſublime excelſumque ſit martyrium, nunc magis eſt neceſſarium, quo mundus ipſe ſubuertitur. *De laude martyrij.*

*Mors quippe* integriorem facit. Mors magis deducit ad gloriam: Sic quotieſcunque latenter ſtipulis diſtenda imbribus frumenta turgeſcant, fœcundæ meſſes coguntur æſtate: ſic quoties ferro vitis abſcinditur, erumpentibus pampinis, melius vua veſtitur. Nam in augmentum prouenturi temporis quicquid iniuria ſua proficit, flammas quippe plerunque agris iubet immittere, quo calore vagantis incendii cæcæ terræ ſpiramenta laxare iubet ſtipulas, crepitanti igni torrere, vt ſe in altius grauide ſeges tolleret, parturientibus culmis denſior ariſta floreret. Igitur talis & martyrii primo caſus, poſtmodum fructus eſt, qui morte vitam condemnat, vt morte vitam cuſtodiat. *De laude martyrij.*

*Sanguini noſtro* patet cœlum, ſanguini gehennæ cœli tabernaculum. Et infernus omnium gloria pulchrior, & integrior corona ſignatum ſit, quoties de hoſte triumphabilis ſpoliis onuſtus ingreditur miles, vulneribus ſuis gaudens: ſic quoties tempeſtatibus diu nauta fatigatus littora tuta contigerit, felicitatem ſuam depreſſo periculo ducit. *De laude martyrij.*

*Neque idoneus* poteſt eſſe miles ad bellum, qui non exercitatus in campo prius fuerit. At qui agoniſticam coronam quærit adipiſci, in ſtadio non coronabitur, niſi vſum peritiam virium ante meditetur: ſic fidelis Chriſti ſeruus, niſi variis modis in perſecutione exerceatur, ac fidei ſuæ incrementa in eo metiatur, qui omnis boni author eſt difficulter Chriſti martyr eſſe poterit. *De exhortatione martyrij ad Fortunatum.*

*Succeſſit hyemi* verna temperies roſis læta, & floribus coronata: ſed vobis roſæ & flores de paradiſi deliciis aderant, & caput veſtrum ſerta cœleſtia coronabant. Æſtas ecce meſſium fertilitate fœcunda eſt, & area frugibus plena eſt: ſed vos, qui gloriam ſeminaſtis, frugem gloriæ metitis. Atque in Domini area conſtituti, exuri paleas inextinguibili igne conſpicitis ipſi, vt tritici grana purgata, & frumenta pretioſa iam probati & conditi, hoſpitium carceris horreum computatis. Nec deeſt autumno ad munera fungenda, temporis gratia ſpiritualis. Vindemia foris premitur, & profutura poculis in torcularibus vua calcatur. Vos de Domini vinea pingues racemi, & iam maturis fructibus botri preſſuræ ſæcularis infeſtatione calcati, torcular noſtrum ſenſitis. Vini vice ſanguinem funditis: ad paſſionis tolerantiam fortes martyrii poculum libenter hauritis: ſic apud ſeruos Dei annus euoluitur: ſic ſpiritualibus meritis, & cœleſtibus præmiis, agon vnus, ſed multiplici præliorum numeroſitate congeſtus. *lib. 2. epiſt. 4.*

## ❡ HIEROGLYPHICVM.

Lapillus precioſus Sardius ſanguinei coloris, Chriſti martyres hieroglyphicè, ſignificat. Ac pie prorſus impio præſidi ſancta

virgo & martyr Agnes reſpondit, ſanguis Chriſti ſponſi mei tinxit genas meas. *Collectan. Hieroglyphic. libr.4.*

# Matheſis.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

MAtheſis, μάθησις, vel Mathema, μάθημα, diſciplina, à μανθάνω, quod eſt diſco, & doceo, ſignificat. Mathemata dicuntur artes quæ firmis demonſtrationibus conſtant. Harum periti mathematici appellantur, qui Geometriam, Muſicam, Arithmeticam & Aſtronomiam callent. Chaldæi qui temporis ſucceſſu Aſtronomiam in Aſtrologiam diuinatricem conuerterunt. Mathematici tandem ſunt nominati, atque tota illorum profeſſio infamis habita eſt.

Falſo illi in quinq; diſtincta genera diuinationem ſuam Aſtrologicam diuiſerunt: quorum vno conuerſiones annuas & menſuras, altero mutationes aeris, tertio electiones, quarto prædictiones ex natiuitate, vltimo reſponſiones ad omnia quæſito, pertractant, explanatione longa iudiciorum Aſtrologicorum & canonum multiplicium, egreſſi limites phyſicos, vel ſuperſtitione, quæ fuſa per gentes mentes mortalium oppreſſerat, imbecillitatem hominum occuparat, aut ambitione, vel ſpe quæſtus.

### ¶ SENTENTIAE POETICAE.

Ouid. 1. Faſt.

*Felices animæ, quibus hæc cognoſcere primis,*
*Inq; domus ſuperas ſcandere cura fuit.*
*Credibile eſt, illos pariter vitiisq; iocisq;,*
*Altius humanis exercuiſſe caput.*
*Nam Venus & vinum ſublimia pectora fregit,*
*Officiumq; fori militiæue labor:*
*Nec leuis ambitio, perfuſaq; gloria fuco:*
*Magnarumq; fames ſollicitauit opum.*
*Admouere oculis diſtantia ſydera noſtris:*
*Ætheraq; ingenio ſuppoſuere ſuo.*
*Sic petitur cælum, non ferat Oſſam Olympus,*
*Summaq; Peliacus ſydera tangat apex.*

### ¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Mathematica ſapientes non facit, quare veteribus puerorum ſtudium fuit: imò qui ei ſoli totum ſe tradit, occaſiones errorum in philoſophia maximas parit. *Ioan. Pic. Mirand. in Aſtrologiam, libr. 12. cap. 2.*

Mathematicæ appellantur ſcientiæ ob conſuetudinem, verum indigent alio nomine euidentiore, quam opinionis, obſcuriore, quam ſcientiæ. *Plato de Repub. dial. 7.*

Mathematica doctrina eſt præparatio quædam, veluti in imaginibus exercentibus animam ad per ſe intuitiuam exemplaris attingentiam. *in 12. Metaph. c. 7.*

Mathematicarum conſideratio eſt præludium ad diuinorum contemplationem. *Alc. c. 7.*

Mathematicarum intelligibilia, vt plurimum non ſunt intenta à natura, & ideo tractatur in eis de infinito, & eorum intelligibilia ſunt omnino imperfecta, cum non in propriis ſuis ſubiectis deprehendantur, ſed imaginatione quadam & fictione concipiantur. *Auerr. in Plat. Rempub. tract. 2.*

Mathematica non ſeſe contingunt, ſed duo extrema reuertuntur in vnum, & ſic aſſimulantur continuo. *Ariſt. lib. 6. Metaphyſ. c. 1. text. 2.*

Mathematica non ſunt ſubſtantiæ rerum, ſed ſunt accidentia ſuperuenientia ſubſtantiis. *B. Thom. 3. Metaphyſ. lib. 13. text.* 18.

Mathematica, vt non ſunt præter ſenſibilia, ſic nec ſpecies rerum ſeparatæ ſunt præter Mathematica & ſenſibilia. *idem 3. Metaphyſ. lib. 14. text. 10.*

Mathematici, ſeu aſtrologi iudicii, genus hominum potentibus infidum, ſpectantibus fallax, quod Romæ & vetabitur ſemper & retinebitnr. *Tacit. hiſt. lib. 1.*

### ¶ APOPHTHEGMATA.

*Ariſtippus* cum ciuibus ſuis nauigans, naufragio eiectus in littore maris vidit figuras Mathematicas in arena depictas. Salua, inquit res eſt, hominum veſtigia conſpicio. Voluit oſtendere vir ſapientiſſimus, eos demum eſſe homines, qui cognitione diuerſarum artium à cæteris animalibus differrent. *Vitruuius lib. 6. de Architectura, & Eraſm. lib. 3. apoph.*

*Diogenes* reprehendebat Mathematicos, quod ſolem, lunam & ſtellas intuerentur, ea autem non viderent, quæ eſſent ante pedes. *Laert. lib. 6. apoph.*

*Ariſton* eos, qui encyclopædiæ & mathematicis diſciplinis vacarent, neglecta philoſophia, ſimiles dicebat eſſe procis Penelopes, qui cum ipſa potiri non poſſent, ancillis miſcebantur. *Stobæus ſerm. Impudentia.*

*Hadrianum* Romanorum Imperatorem ferunt ex Mathe... peritia præſciuiſſe futura ac Varum non forte longæuum ... Virgiliano carmine:

*Oſtendent terris hunc tantum fata, neque vltra,*
*Eſſe ſinent, &c.*
*Dion. Caßius.*

### ¶ SIMILITVDO.

*Clementis.* Sicut fieri ſolet, vbi ſomnia aliqua viderint ... & nihil certi intelligunt, cum aliquis occurrerit exitus rerum, ... ad ea, quæ acciderint, aptant etiam ſomnii viſum: ita eſt & ... ſis, antequam aliquid fiat, certi nihil pronunciatur, poſtea... quam aliquid acciderit, rei iam geſtæ colligunt cauſas. *libro ... cognit.*

### ¶ HIEROGLYPHICVM.

Per *Orygem* animal pictum aut ſculptum, *Mathematicum ... nem* Ægyptii intelligebant: ſiquidem illi, cum Sothen ... lud ſuum, quam nos caniculam appellamus, magno cultu ... quererentur: deque die, quo præcipuè oriretur, ſolliciti ... eſſent, animaduerterunt, *Orygem* ſyderis eius ortum ſentire, ... etiam clamore edito ſignificare, quaſi vel ortum nunciet, vel ... iubeat. *Pier. Valer. l. 10. pag. 90.*

*Vide Aſtronomia, Aſtrologia, Geometria.*

# Matrimonium.

### ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

MAtrimonium, Græce συζυγία, ας, ἡ, & σύζυγος, ... dicitur. Hebr. *Catunnah*, nuptiarum dies, celebrat... tatis & ſponſaliorum. *Cantic. 3. vel v.* à verbo *Chatan* ... nitatem contraxit, propinquitatem iniuit per deſponſationem, *Geneſ. 3. 4. 9.* Græci pro *Caph* expreſſerunt *Gimel*, vt ... propinquus vel affinis ſum, γείτων, affinis, propinquus, cognatus, γειτνία, propinquitas, cognatio.

Eſt autem matrimonium legitima ſocietas inter virum & fœminam, in qua ex pari conſenſu ſemetipſum alteri debet. *ſecundum Auguſtin. lib. de virginitate beatæ virginis.*

Matrimonium eſt viri mulieriſque coniunctio maritalis, ... legitimas perſonas vitam indiſſolubilem retinens. *ſecundum Magiſtrum ſentent ſent. 4. ſent. diſt. 22.*

Matrimonnium eſt coniunctio maris & fœminæ, inter perſonas legitimas indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, *vt habetur 22 q. 2. §. 2.*

Matrimonium dicitur, quaſi matris munium, id eſt, officium, ... quaſi matrem muniens, vel monens, vel quaſi mater manens, ... quaſi à matre & nato. Dicitur autem magis à matre, quia magis pertinet ad rationem eius, quam pater. Nam mulier principaliter facta eſt propter hoc, non autem vir. Et mulier circa prolem eſt magis officioſa. *ex B. Thom. 4. ſent. diſt. 27 q. 1. art. 1.*

Matrimonium contrahendum impedientia, & iam contracta dirimentia, ſunt, quæ detinentur his verſibus:

*Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,*
*Cultus, Diſparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honeſtas,*
*Si ſis affinis, ſi forte coire Nequibis:*
*Hæc ſocianda vetant connubia, facta retractant.*

### ¶ LOCI BIBLICI.

Matrimonium inter Iudæos & Gentiles contra edictum Dei contractorum exempla: Eſau, *Geneſ. 26. v. 34. & 35. & 38. 9.* Iuda, 38. 1. 2. Ioſeph, 41. 45. Moyſes, *Exodi* 2. 21. Samſon, *Iudic.* 14. 3. Salomon, 2. *Reg.* 3. 1. & 11. 1. 2.

Matrimonium, à Deo inſtitutum, *Geneſ.* 2. 24. *Prouerb.* 2. 17. *Malach.* 2. 15. Matrimonium marem & fœminam ex eadem tribu oriundos apud Iudæos iungebat, *Num.* 27. Requirit conſenſum ſponſi & ſponſæ, *Geneſ.* 24. 56. 57. 58. 67. & 1. *Sam.* 25. 40. 41. 42. Rituum quorundam in matrimonio contrahendo exempla leguntur in hiſtoria Iſaaci, *Geneſ.* 24. Iacobi, *Gen.* 29. Samſonis, *Iudic.* 14. 17. Dauidis cum Michol, 1. *Sam.* 18. & cum Abigail, 1. *Sam.* 25. ſponſi & ſponſæ in Cana Galileæ, *Ioan.* 2.

Maritorum erga vxores officium & authoritas, *Geneſ. 3. verſ. 16. Num. 5. v. 12. 18. & 30. v. 7. 13. Deuteronom. 23. v. 5. 13. & 24. v. 1. Prouerbiorum 5. v. 18. & 18. v. 22. & 31. v. 10. Eccleſ. 9. v. 9. Eccleſ. 7. v. 18. & ... v. 1. & 25. v. 2. 27. & 26. v. 1. Malach. 2. v. 14. 16. 1. Corinth. 7. v. 3. ... v. 2. 10. Epheſ. 5. v. 22. Coloſſ. 3. 18. Tit. 1. v. 4. Timoth. 2. v. 11. 1. Petr. 3. verſ. 1.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

## ¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

*Matrimonium à Deo inſtitutum.*

Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit eos. *Geneſis ca-* 1.

Quos ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. *Matth.* 19.

Spiritus autem manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis diebus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, cauterio notatam habentium conſcientiam, prohibentium nubere. 2. *Timoth.* 4.

*Ad bonum conſtitutum, prolis procreationem.*

Benedixitque illis Deus, & ait: Creſcite & multiplicamini. *Geneſ.* 1.

Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus: fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. *Hebr.* 13.

*Peccati deuitationem.*

Bonum eſt homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæq; ſuum virum habeat. Vxori vir debitum reddat, ſimiliter & vxor viro. Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipſum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram. 1. *Cor.* 7.

Hoc itaque dicò ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium. *ibid.*

*Mutuam conſolationem.*

Domus & diuitiæ dantur à parentibus: à Domino autem vxor prudens. *Prou.* 19.

Trade filiam, & grande opus feceris: & homini ſenſato da illam. *Eccl.* 7.

Qui poſſidet mulierem bonam, inchoat poſſeſſionem. Adiutorium ſecundum illum eſt, & columna vt requies. *ibid.* 36.

Vbi non eſt mulier, ingemiſcit egens. Cui credit, qui non habet nidum? Et deflens vbicunque obſcurauerit, quaſi ſuccinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem. *ibid.*

Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint ſicut Domino. *Epheſ.* 5.

Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto; ita mulieres viris ſuis in omnibus. Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam ſuam, & ſeipſum tradidit pro ea. *ibid.*

Viri debent diligere vxores ſuas vt propria corpora. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit. *ibid.*

Veruntamen & vos ſinguli vnuſquiſque vxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat: vxor autem timeat virum ſuum. *ibid.*

Viri diligite vxores veſtras, & nolite amari eſſe aduerſus illas. *Coloſſ.* 3.

Similiter & mulieres ſubditæ ſint viris ſuis, vt & ſi qui non credunt verbo, per mulierum conuerſationem (bonam) ſine verbo lucrifiant, conſiderantes in timore ſanctam conuerſationem veſtram. Quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus: ſed qui abſconditus eſt cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples. Sic enim aliquando & ſanctæ mulieres, ſperantes in Deo, ornabant ſe ſubiectæ propriis viris, ſicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans, cuius filiæ eſtis, benefacientes, & non pertimeſcentes vllam perturbationem. 1. *Pet.* 3.

Viri ſimiliter cohabitantes ſecundum ſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri, impartientes honorem, tanquam cohæredibus gratiæ vitæ, vt non impediantur orationes veſtræ. *ibid.*

*Firmum.*

Cuſtodite ergo ſpiritum veſtrum, & noli deſpicere vxorem adoleſcentiæ tuæ. Cum odio habueris, eam dimitte, dicit Dominus Deus Iſrael: operiet autem iniquitas veſtimentum eius. (hinc Saluator vxorem non niſi cauſa fornicationis dimittendam dixit) *Malach.* 2.

Dictum eſt autem, Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellum repudii. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. *Matth.* 5.

Et accedentes Phariſæi, interrogabant eum: Si licet viro vxorem dimittere? At ille dixit: Quid vobis præcepit Moyſes? Qui dixerunt: Moyſes permiſit libellum repudii ſcribere, & dimittere. Quibus reſpondens, ait: Ad duritiem cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud. Ab initio autem creaturæ maſculum & fœminam fecit eos Deus. Propter hoc relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & fient duo vna caro. *Marc.* 10.

Omnis, qui dimittit vxorem ſuam & alteram ducit, mœchatur: & qui dimiſſam ducit, mœchatur. *Luc.* 16.

Nam quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro, alligata eſt legi. *Rom.* 7.

His autem, qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio, non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere. Quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittit. 1. *Cor.* 7.

Alligatus es vxori? noli quærere ſolutionem. *ibid.*

Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit. *ibid.*

Propter hoc relinquet, *vt ſupra.* Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia. *Epheſ.* 5.

*Matrimonium ſpirituale virtuoſe inchoatur.*

Et ſponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in iuſtitia, & in iudicio, & in miſericordia, & miſerationibus. Et ſponſabo te mihi in fide, & ſcies, quia ego Dominus. *Oſe.* 2.

Simile eſt regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo. *Matth.* 22.

Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. *Ioan.* 3.

Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. 2. *Cor.* 11.

Sacramentum hoc magnum eſt. *Epheſ.* 5.

Et ego Ioannes vidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo *Apoc.* 21,

*Copioſe remuneratur.*

Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes iſti congregati ſunt venerunt tibi. Viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento veſtieris, & circumdabis tibi eos quaſi ſponſa. *Eſaia capit.* 49.

Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo. 61.

Tunc ſimile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. *Matth.* 25.

Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam Deo: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit ſe. Et datum eſt illi, vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti, & candido. Byſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorum. *Apoc.* 19.

## ¶ PATRVM SENTENTIAE.

In coniugali vinculo, ſi pudicitia non ſeruatur, damnatio non timetur. *Auguſtin. & habetur 27 quæſtion. 1. Nuptiarum. §. In coniugali.*

Si vxorem quis habeat ſterilem, ſiue corpore deformem, ſiue debilem membris, vel cæcam, vel claudam, vel ſurdam, vel ſi quid aliud, ſiue morbis, ſiue laboribus doloribusque confectam, & quicquid (excepta fornicationis cauſa) cogitari poteſt vehementer horribile, pro ſocietate fideque ſuſtineat. *Idem, & habetur 32. quæſt. 5. Si vxorem.*

Denique mortuo eo, cum quo fuit verum connubium, fieri poteſt coniugium, cum qua præceſſit adulterium. *Idem ad Valerium de nuptiis & concupiſcentiis. & habetur 31 quæſtion. 1. can. Denique mortuo.*

Deus maſculum & fœminam propagandi generis cauſa nuptiali caſtitate coniunxit, & ſecundas nuptias, quæ in vnoquoque teſtamento permittuntur, licitas eſſe monſtrauit. *Idem libr. 2. contra aduerſarium legis & prophetarum, & habetur ibidem, Deus maſculum.*

Eſt ordo naturalis in hominibus, vt ſeruiant fœminæ viris & filii parentibus: quia in illis hæc iuſtitia eſt, vt maiori ſeruiat minor. *Idem in l. q. Gen. & habetur 23. quæſt. 5. Eſt ordo naturalis in hominibus.*

Manifeſtum eſt, ita legem voluiſſe, fœminam ſub viro eſſe, vt nulla eius vota, quæ abſtinentiæ cauſa vouerit, reddantur ab ea, niſi author vir fuerit permittendo. *Idem in quæſt. Numer. & hab. ibid. can. Manifeſtum.*

Quod ſi dormierit vir eius: non dicit primus, vel ſecundus, vel quartus: Nec nobis diffiniendum eſt, quod diffinit Apoſtolus, vnde nec vllas debeo damnare nuptias, nec eis verecundiam inferre numeroſitatis. *Idem ſuper 1. epiſt. ad Corinth. & habetur 31. q. 1. can. Quod ſi.*

Secundum verba Apoſtolica, etiam ſi vir continere voluiſſet, & tu noluiſſes: ibi debitum reddere cogeretur: & illi Deus imputaret ad continentiam, ſi non ſuæ, ſed tuæ cederet infirmitati, ne in adulterium caderes. *Idem ad Hedittam, & habetur 33. q. 5. can. Secundum verba.*

Quia ægritudini ſemper conſulendum eſt, propterea ſi contigerit primo priuari coniugio, ſi voluerit ſecundas vel tertias inire nuptias, nullum de illis peccatum habebit, ſi eas caſtè ſeruauerit. *Idem de fide ad Petrum.*

Bene vtitur malo, concupiſcentiam reſtringens connubio. *Idem de Baptiſmo puerorum.*

Si dicat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si dicat vir: Continere iam volo; nolo autem vxor, non poteſt, quod enim tu vis, non vult illa. Nunquid per continentiam tuam debet illa fornicaria fieri? ſi alij nupſerit te viuo, adultera erit. Non vult Deus tale damnum tali lucro compenſari. Redde debitum: & ſi non exigis, redde: pro ſatisfactione perfecta Deus tibi computabit, ſi non, quod tibi debetur, exigis, ſed reddis, quod debetur vxori. *Idem ſuper Pſalm. 146. & habetur 33. q. 5. Si dicat.*

In coniugio quis poſitus, quæcunque peccata fecerit, non propriam infuſcant coniugem, ſed fornicatio vxorem coinquinat, vt iam non ſit viro ſuo licita, ſed adultera. *Hieron. in epiſt. Pauli ad Corinth. & habetur 32. q. 1. In coniugio.*

Quomodo virginibus ob fornicationis periculum concedit nuptias, & excuſabile facit, quod per ſe non appetitur, ita ob eandem fornicationem vitandam concedit viduis ſecunda matrimonia contrahere. Melius eſt enim, licet alterum & tertium, vnum virum noſſe, quam plurimos, id eſt, tolerabilius eſt vni homini proſtitutam eſſe, quam multis. Siquidem & illa in Euangelio Samaritana ſextum maritum habere ſe dicens, arguitur à Domino, quod non ſit vir eius. Vbi enim numerus maritorum eſt, ibi vir, qui propriè vnus eſt, eſſe deſiſtit. Vna coſta à principio in vnam vxorem verſa eſt. Et erunt, inquit, duo in carne vna, non dixit tres, neque quatuor, alioquin non duo, ſed plures. *Idem in Virginibus, & habetur 31. q. 1. Quomodo.*

Aperiant, quæſo, aures obtrectatores mei, & videant, me ſecundas nuptias & tertias in Domino conceſſiſſe. Qui ſecundas & tertias nuptias non damnaui, primum potui damnare matrimonium?

Non damno bigamos, imò nec trigamos; & dici poteſt, octogamos.

Ego nunc voce proclamo libera, non damnari in Eccleſia bigamiam, imo nec trigamiam: & ita licere quinto & ſexto, & vltra, quomodo & ſecundo marito rectè nubere. *Idem ad Pammachiam, & habetur 31. q. 1. Aperiant.*

Præcepit Dominus, vxorem non debere dimitti, excepta cauſa fornicationis: & ſi dimiſſa fuerit, manere innuptam, quidquid viris præcipitur, hoc conſequenter redundat ad fœminas: neque enim adultera vxor dimittenda eſt & vir mœchus retinendus eſt. *Idem ad Oceanum de morte Fabiolæ, & habetur 32. q. 5. Præcepit.*

Sicut boni filii adulterorum nulla eſt defenſio: ſic mali filii coniugatorum nullum crimen eſt matrimonii: quia non in ſeminibus, ſed in voluntate naſcentis, cauſa vitiorum eſt atque virtutum. *idem in epiſt. ad Ruſticum.*

Iuuenes verò hoc ſunt admonendi modo, vt ſi vxores habeant, doceantur caſtè viuere cum vxoribus ſuis, alienam ſciant eſſe ſceleratum contingere. *idem ad Damaſum.*

Nemo enim melius ſcire poteſt, quid ſit vxor vel mulier, illo, qui paſſus eſt.

Quæ enim mihi incumbet neceſſitas venire in dubium, vtrum bona an mala futura ſit, quam duxero? Melius eſt, inquit, habitare in terra deſerta, quam cum vxore litigioſa & iracunda. Quam rarum ſit vxorem ſine his vitiis inueniri, nouit ille, qui duxit vxorem. Vnde pulchrè Varius Geminus ſublimis orator: Qui non inquit, litigat, cœlebs eſt: Melius eſt habitare in angulo tecti, quam cum vxore maledica in domo communi. Si domus communis eſt mariti & vxoris, erigit vxorem in ſuperbiam, & contumeliam viro facit, quanto magis ſi ditior vxor fuerit, & in domo eius vir manſerit? Incipit enim non vxor, ſed domina eſſe, & viro, ſi offenderit, migrandum eſt. Stillicidia eliciunt hominem in die hyemali de domo ſua: ſimiliter & mulier maledica de propria domo, aſſiduis quippe iurgiis & quotidiana garrulitate facit perſtuere domum eius, & eijcit eum de ædibus ſuis, id eſt, de Eccleſia. *Hieron. contra Iouin. cap. 15. lib. 1.*

Veniam ad maritatas, quæ mortuis vel occiſis maritis ſuis, ſuperuiuere noluerunt, nec cogerentur ſecundos noſſe concubitus: & quę mire vnicos amauerunt maritos, vt ſciamus, bigamiam apud Ethnicos etiam reprobari. Dido ſoror Pygmalionis multo auri & argenti pondere congregato, Aphricam nauigauit, ibique vrbem Carthaginem condidit, & cum ab Iarba rege Libyæ in coniugem peteretur, paulisper diſtulit nuptias, donec conderet ciuitatem, nec multo poſt, extructa in memoriam mariti quondam Sichæi, Pyra, maluit ardere, quam nubere. Caſta mulier Carthaginem condidit, & rurſum eadem vrbs in caſtitatis laude finita eſt. Nam Haſdrubalis vxor capta & incenſa vrbe, cum ſe cerneret a Romanis capiendam eſſe, apprehenſis ab vtroque latere paruulis filiis in ſubiectum, domus ſuæ deuolauit incendium. Quid loquar Nicerati coniugem? quæ impatiens iniuriæ viri, mortem ſibi ipſa conſciuit, ne triginta tyrannorum, quos Lyſander victis Athenis impoſuerat, libidinem ſuſtineret. *idem contra Iouin. cap. 27.*

Fertur Aureolus Theophraſti liber de nuptiis, in quo quærit, An vir ſapiens ducat vxorem? Et cum definiſſet, ſi bona eſſet, ſi bene morata, ſi honeſtis parentibus: ſi ipſe ſanus ac diues, ſic ſapientem aliquando inire matrimonium ſtatim intulit: hæc autem in nuptiis raro vniuerſa concordant. Non eſt ergo vxor ducenda ſapienti. Primum enim impediri ſtudia philoſophię, nec poſſe quenquam libris & vxori pariter inſeruire. Multa eſſe, quæ matronarum vſibus ne-ceſſaria ſunt. pretioſæ veſtes, aurum, gemmæ, ſumptus ancillæ, ſup-pellex varia, lecticæ, & exedra deaurata. Deinde per totas noctes garrulæ conquæſtiones: Illa ornatior procedit in publicum, illa honoratur ab omnibus, ego in conuentu fœminarum miſella de-ſpicior. Cur aſpiciebas vicinam? Quid cum ancillula loquebaris? De foro veniens, quid attuliſti? Non amicam habere poſſumus, non ſodalem: alterius amorem odio ſui ſuſpicatur. Si doctiſſimus præ-ceptor in qualibet vrbium fuerit, nec vxorem linquere, nec cum ſarcina ire poteſt: pauperem alere, difficile eſt, diuitem ferre, tor-mentum. Adde, quoniam nulla eſt vxoris electio, ſed qualiſcunque obuenerit, habenda: ſi iracunda, ſi fatua, ſi deformis, ſi ſuperba, ſi fœtida: quodcunque vitii eſt, poſt nuptias diſcimus. Equus, aſinus, bos, canis, & viliſſima mancipia, veſtes quoque & lebetes, ſedile li-gneum, calix & vrceolus fictilis, probantur prius, & ſic emuntur: ſo-la vxor non oſtenditur, nec ante diſpliceat, quam ducatur. ibidem cap. 28.

Legimus, quendam apud Romanos nobilem, cum eum amici arguerent, quare vxorem formoſam, & caſtam, & diuitem repudiaſ-ſet, protendiſſe pedem & dixiſſe eis; Et hic ſotularis, quem cernitis, videtur vobis nouus & elegans, ſed nemo ſcit, pręter me, vbi me pre-mat. Scribit Herodotus: quod mulier deponat cum veſte & vere-cundiam, & noſter Comicus fortunatum putat, qui nunquam vxo-rem duxerit. *ibid. c. 29.*

Refert præterea Seneca, cognouiſſe ſe quendam ornatum homi-nem, qui exiturus in publicum, faſcia vxoris pectus colligabat: & ne puncto quidem horæ præſentia eius carere poterat, potionemque nullam ſibi, niſi alternis tactis labris vir & vxor hauriebant. Alia deinceps non minus inepta facientes, in quæ improuida vis ardentis affectus erumpebat. Origo quidem amoris honeſta erat, ſed ma-gnitudo deformis. Nihil autem intereſt, quam ex honeſta cauſa quis inſaniat. Vnde & Sextus in Sententiolis: Adulter eſt, inquit, in ſuam vxorem amator ardentior in aliena quippe vxore omnis amor tur-pis eſt, in ſua nimius Sapiens vir iudicio debet amare coniugem, non affectu. Reget impetus voluptatis, nec præceps feretur in coitum: nihil eſt fœdius fœdius, quam vxorem amare, quaſi adulteram. *Idem contra Iouin. lib. 1. cap. 10.*

Multa ſunt, quæ præclara ingenia nobilitant: Mulieribus pro-prie pudicitia eſt. Hæc Lucretiam Bruto æquauit, neſcio an et-iam prætulerit, quoniam Brutus non poſſe ſeruire à fœmina di-cit. Hæc æquauit Corneliam Gracchο, hæc Portiam alteri Bruto; notior eſt marito ſuo Tanaquil. Illum inter multa regum nom-iam abſcondit antiquitas. Hanc raro inter fœminas virtus ... ſeculorum omnium memoriæ, quam vt excidere poſſent, ... *idem ibid.*

Cum initiatur coniugium, coniugii nomen adſciſcitur. Non de-floratio virginitatis non facit matrimonium, ſed pactio coniugalis. Denique cum mulier viro coniungitur, coniugium eſt, non cum puella viri admixtione cognoſcitur. *Amb. lib. de Virginibus, & hab. 27. q. 2. Cum initiatur.*

Nec illud otioſum, quod cum veniret Rebecca vidit Iſaac deam-bulantem: & cum interrogaſſet, quis eſſet, cognito, quod ipſe eſſet, cui duceretur vxor, deſcendit, & caput obnubere ſuum cœpit: do-cens, verecundiam in nuptiis præire debere. Inde enim & nuptiæ dictæ, quod pudoris gratia ſe puellæ obnuberent. *ibid. & hab. ... q. 5. Nec illud.*

Si quis deſponſata ſibi & tradita vtatur, rite coniugium, vocatur. *idem ad Patern. & hab. 27. q. 2. Si quis deſponſata.*

An quod in ſubditos nefas eſt, in comparem fas eſt? Dimitto er-go vxorem quaſi iure, ſine crimine: & putas hoc tibi licere, quia lex humana non prohibet: ſed prohibet lex diuina, qui hominibus ob-ſequeris, Deum verere. Audi legem Domini, cui obſequuntur & qui leges fecerunt: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. *idem & hab 33. q. 2. An quod in.*

Propemodum non inferioris virtutis eſt, abſtinere coniugio, quod aliquando delectauerit, quam coniugii oblectamenta neſcire. Copula nuptialis non eſt quaſi copula vitanda, ſed quaſi neceſſita-tis ſarcina declinanda. *idem lib. de Viduis.*

Sunt, qui dicunt, religionis gratia coniugia debere diſſolui: ve-rum ſciendum eſt, quia etſi hoc lex humana conceſſit, lex tamen di-uina prohibuit. Per ſe enim Veritas dicit: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet: quæ enim ait: Non licet dimittere vxorem ex-cepta cauſa fornicationis. Quis ergo huic cœleſti legiſlatori con-tradicat? Scimus, quia ſcriptum: Erunt duo in carne vna. *Grego-rius Theodiſtæ patriciæ, & habetur 27. quæſtione ſecunda, Sunt qui dicunt.*

Bonum eſt coniugium, ſed mala ſunt, quæ circa illud ex huius mundi cura ſuccreſcunt. Dum ergo tenetur, quod non nocet, ex rebus iuxta poſitis committitur plerumque quod no-cet: Sicut ſæpè rectum mundumque iter pergimus, & ... mentum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

certis iuxta viam vepribus per veſtimenta retinemur. In via autem munda non offendimus. ſed à latere naſcitur, quo pungamur.

Qui tentationum procellas cum difficultate tolerant, coniugii portum petant: melius eſt nubere quàm vri. Sine culpa enim ad coniugium veniunt, ſi tamen nec dum meliora deuouerunt. *Idem, lib. Moral.*

Sicut crudelis & iniquus eſt, qui caſtam dimittit vxorem: ſic fatuus eſt & iniuſtus, qui retinet meretricem: patronus enim turpitudinis eſt, qui celat crimen vxoris. *Ioan. Chryſoſt. ſuper Matth. & hab. 32. q. 1. can. Sicut.*

Si quis vxorem ſuam inuenerit adulteram, & poſtea deinceps voluerit habere eam in matrimonio, duobus annis pœniteat; ideo quia cum adultera mixtus ſit, quæ adhuc crimine ſuo non eſt purgata, aut abſtineat ſe à matrimonio eius, donec expleatur ſatisfactio criminis pœnitentiæ ſuæ: ideo quia poſt ſatisfactionem pœnitentiæ non meretur vocari adultera. Similiter, ſi virum ſuum vxor inuenerit adulterum. non ad imparia iudicantur. *Idem, & hab. ibid.*

Matrimonium quidem non facit coitus, ſed voluntas, & ideo non ſoluit illud ſeparatio corporis, ſed voluntatis: ideo qui dimittit coniugem ſuam, & aliam non accepit, adhuc eſt maritus. Nam & ſi corpore ſeparatus eſt, tamen adhuc voluntate coniunctus eſt. Cum ergo aliam acceperit, tunc eam plene dimittit, non ergo qui dimittit, mœchatur, ſed qui alteram ducit. *Idem ſuper Matth. 1. & hab. 27. q. 2. Matrimonium.*

Coniuges verius appellantur à prima deſponſationis fide, quamuis adhuc ignoretur inter eos coniugalis concubitus. *Iſidorus lib. 9. Etymologiarum, & hab. 27. q. 2. Coniudes.*

Conſanguinitas, dum ſæpe paulatim propaginem ordinibus dirimens, vſque ad vltimum gradum ſe ſubtraxerit & propinquitas eſſe deſierit, tunc primum lex in matrimonii vinculum eam recipit, & quodammodo reuocabit fugientem. Ideo autem vſque ad ſextum generationis gradum conſanguinitas ſtatuta eſt, vt ſicut ſex ætatibus huiuſmodi generatio, & hominis ſtatus finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminetur. *Idem libr. 11. & habet 35. q. 4. c. Conſanguinitas.*

Quæris quomodo? ſubaudi violenter, ſine lege, abſque ratione; Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Non enim homo ſeparat, quos pœna condemnat, quos reatus accuſat, quos maleficium coarctat. *Idem ſuper ea verba Matth. Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.*

Series conſanguinitatis ſex gradibus hoc modo dirimitur: filius & filia, quod eſt frater & ſoror, ſit ipſe truncus, illis ſeorſum ſeiunctis, ex radice illius trunci egrediuntur iſti ramuſculi, nepos, neptis, primus: pronepos, proneptis, ſecundus: abnepos, abneptis, tertius: adnepos, adneptis, quartus: trinepos, trineptis, quintus: trinepotis filius, & trineptis filia, ſextus. *Idem. & habetur 35. quæſtione 5. c. Series.*

Coniux vocatur à prima deſponſationis fide, quam concubitu non agnouerat Ioſeph, nec fuerat cogniturus; nec perierat, nec mendax manſerat coniugis appellatio, vbi nec fuerat, nec futura erat carnalis vlla commixtio. Propter quod fidele coniugium ambo parentes Chriſti vocari meruerunt? non ſolum illa mater, verum & ille pater eius, ſicut coniunx matris eius fuit: vtrumque mente, non carne. *Auguſtinus, & habetur 27. quæſtione 2. Coniux vocatur.*

Omne itaque nuptiarum bonum impletum eſt in ipſis parentibus Chriſti, proles, fides ſacramentum. Prolem cognoſcimus ipſum Dominum: Fidem, quia nullum adulterium: Sacramentum, quia nullum diuortium. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit; quia in carne peccati fieri non poteſt ſine pudenda concupiſcentia carnis, quæ accidit ex peccato, ſine quo vere concipi voluit, qui futurus erat ſine peccato. *ibid can. Omne.*

Quicquid inter ſe coniugati immodeſtum, inuerecundum, ſordidumue gerunt, vitium eſt hominum, non culpa nuptiarum. Iam in ipſa quoque immoderata exactione debiti carnalis, quam eis non ſecundum imperium præcipit, ſed ſecundum veniam concedit Apoſtolus, vt etiam propter cauſam procreandi, ſi miſceantur, etſi eos praui mores ad talem concubitum impellunt, nuptiæ tamen ab adulterio ſeu fornicatione defendunt. Neque illud propter nuptias admittitur, ſed propter nuptias ignoſcitur. Debent ergo ſibi coniuges non ſolum ipſius ſexus ſui commiſcendi fidem, liberorum procreandorum cauſa; quæ prima eſt humani generis in iſta mortalitate ſocietas; verum etiam infirmitatis inuicem excipiendæ, ad illicitos concubitus euitandos, mutuam quodammodo ſeruitutem, vt etiam ſi alteri eorum continentia perpetua placeat, niſi ex alterius conſenſu fieri non poſſit. Non autem datur præſentia ſancti Spiritus tempore, quo coniugales actus geruntur. *Idem habetur 32. quæſt. 2. Quicquid.*

Interueniente diuortio non aboletur confœderatio nuptialis, ita vt ſibi coniuges ſint etiam ſeparati; cum illis autem committitur adulterium, quibus etiam fuerint poſt ſuum repudium copulati. *Idem de bono coniugali, & habetur 32. q. 7. interueniente.*

Tantum valet vinculum ſociale, vt cum cauſa procreandi colligitur, nec ipſa culpa procreandi diſſoluatur: poſſet enim homo ſterilem dimittere vxorem & aliam ducere, de qua filios haberet, & tamen non licet. *ibid. & habetur. Tantum.*

Vſque adeo inter viuentes manent inita iura nuptiarum, vt potius inter ſe ſint coniuges etiam ſeparati, quam his quibus adhæſerunt. *ibid. & habetur ibid. Vſque adeo.*

Si tu abſtines ſine vxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam, & peccatum illius tuæ imputabitur abſtinentiæ. *ibid. & hab. 27. q. 2. can. Si tu abſtines.*

Non erit turpis, neque difficilis, etiam poſt patrata atque purgata adulteria, reconciliatio coniugii, vbi per claues regni cœlorum non dubitatur fieri remiſſio peccatorum: non vt poſt viri diuortium adultera vocetur, ſed vt poſt Chriſti conſortium adultera non vocetur. *Idem de adulter. con. & habetur 32. quæſtion. 1. can. Non erit.*

Adulterii malum vincit fornicationem. *ibid. & habet. 32. quæſt. 7. Adulterij malum.*

Licite dimittitur vxor ob cauſam fornicationis, ſed manet vinculum prioris: propter quod fit reus adulterii, quicunque duxerit dimiſſam ob cauſam fornicationis. *ibidem, & habetur 32. quæſt. 7. Licite.*

Apoſtolus, niſi ex conſenſu ad tempus, vt vacent orationi, vetat coniuges carnali inuicem fraudare debito. *ibid. & hab. 32. q. 4. can. Apoſtolus.*

Fieri poteſt, vt vir dimittat vxorem cauſa fornicationis, quam exceptam Dominus eſſe voluit. Iam verò ſi nec illi nuberet, conceditur viro viuo ſuo, à quo receſſit, neque huic alteram ducere viua vxore ſua, quam dimiſit: nullo minus fas eſt, illicita cum quibuslibet ſtupra committere. *Idem in ſermone Domini in monte, & hab. 32. q. 7. can. Fieri poteſt.*

Dominus ad illud confirmandum, vt non facile dimittatur vxor, ſolum fornicationis cauſam excepit: cæteras verò innumerabiles & vniuerſas moleſtias, ſi quæ extiterint, iubet pro fide coniugali, & pro caſtitate fortiter ſuſtineri. *ibid. & habet. ibid. can. Dominus ad illud.*

## ¶ Sententiae Poeticae.

Varro Satyra, quæ inſcribitur Menippæa.

*Vitium coniugis aut tollendum eſt, aut ferendum.*
*Qui tollit vitium, commodiorem coniugem præſtat.*
*Qui fert ſeipſum efficit meliorem.*

Homer. in 1. Iliad.

Ὅστις ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων τὴν αὐτοῦ φιλέει, καὶ κήδεται.
*Quicunque bonus maritus & prudens ſuam amat & curat.*

Phocylides.

Στέργε τεὴν ἄλοχον, τί γὰρ ἡδύτερον καὶ ἄμεινον,
Ἢ ὅταν ἀνδρὶ γυνὴ φρονέῃ φίλα γήραος ἄχρι
Καὶ πόσις ᾗ ἀλόχῳ μηδ' ἐμπέσῃ ἄνδιχα νεῖκος.
*Ama tuam vxorem, quid enim ſuauius & melius,*
*Quam cum viro vxor conueniat amice vſque ad ſenectutē,*
*Et maritus ſuæ vxori; neque incidat inter eos contentio.*
Μὴ μείνῃς ἄγαμος, μή πως νώνυμος ὄληαι.
Δός τι φύσει κ' αὐτός, τέκε δ' ἔμπαλιν, ὡς ἐλοχεύθης.
*Ne maneas ſine nuptijs, ne ſine nomine pereas:*
*Des aliquid naturæ & ipſe, gigne & tu rurſus, ſicuti genitus es.*
Ἵππους δ' εὐγενέας διζήσθαι μὲν κατὰ οἶκον,
Ταύρους δ' ὑψιτένοντας ἀτὰρ σκύλακας πανάγρους.
Γῆμαι δ' οὐκ ἀγαθὴν ἐριδαίνομεν ἀφρονέοντες,
Οὐδὲ γυνὴ κακὸν ἄνδρ' ἀπαναίνεται ἀφνειὸν ὄντα.
*Equos autem nobiles quærimus habere in domo,*
*Tauroſque altæ ceruicis, & catulos venatorios.*
*Ducere autem in vxorem malam fœminam contendimus inſipientes.*
*Neque mulier malum virum renuit, ſi diues ſit.*

Heſiodus.

Ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι,
Μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πόλλ' ἀπολείπων,
Μήτ' ἐπιθεὶς μάλα πολλά. γάμος δέ τοι ὥριος οὗτος.
*Tempeſtiuus autem mulierem tuam ad domum ducas,*
*Neque natus plures triginta annos,*
*Neque multum pauciores, nuptiæ enim tempeſtiuæ iſtæ.*
Παρθενικὴν δὲ γαμεῖν, ὥς κ' ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς.
*Virginem autem duc in vxorem, vt mores caſtos doceas.*
Τὴν δὲ μάλιστα γαμεῖν ἥτις σέθεν ἐγγύθι ναίει,
Πάντα μάλ' ἀμφὶς ἰδών, μὴ γείτοσι χάρματα γήμῃς.
*Hanc autem maxime duc in vxorem, quæ prope te habitat,*
*Omnia valde circumſpiciens, ne vicinis gaudia ſint tua nuptiæ.*

Ex primo Epigram.

Εἴ τις ἅπαξ γήμας, πάλι δεύτερα λέκτρα διώκει,
Ναυηγὸς πλώει δὶς βυθὸν ἀργαλέον.
*Si quis ſemel duxerit vxorem, rurſus ſecunda cubilia ſequitur,*
*Naufragus nauigat bis profundum difficile.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Οὐκ ἔςι γήμας, ὅςις οὐ χειμάζεται,
Λέγουσι πάντες καὶ γαμοῦσιν εἰδότες.
*Non eſt ducens vxorem, qui non tempeſtatibus agitetur,*
*Dicunt omnes, & ducunt vxorem ſcientes.*

Plaut. in Aulular.

*Dummodo moderata recte veniat, dotata eſt ſatis.*
*Hæ ſunt atque alta multa in dotibus magnis*
*Incommoditates ſumptuſq́; intolerabiles:*
*Nam quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt viri.*
*Dotatæ mactant & malo & damno viros.*
*Laudant ſapienter factam & conſilio bono.*
*Opulentiores pauperiorum filias.,*
*Vt indotatas ducant.*

Idem in Sticho.

*Bonas mulieres æquum eſt facere, vt abſentes viros*
*Perinde habeant, quaſi præſentes ſint.*
*Stultitia eſt, venatum ducere inuitos canes.*
*Hoſtis eſt vxor, inuita quæ ad virum nuptum datur.*

Ouid. epiſt. Hermion. ad Oreſt.

*Nec turpe marito eſt,*
*Aſpera pro charo bella tuliſſe thoro.*

Idem epiſt. Deianiræ ad Herculem.

*Quam male inæquales veniunt ad aratra iuuenci,*
*Tam premitur magno coniuge nupta minor.*
*Si qua voles apte nubere nube pari.*

Idem lib. art. amandi.

*Lite fugant nuptæq́; viros nuptasq́; mariti,*
*Inq́; vicem credunt rem ſibi ſemper agi.*
*Hoc decet vxores, dos eſt vxoria lites:*
*Audiat optatos ſemper amica ſonos.*

Idem Triſt. lib. 5. eleg. vlt.

*Eſſe bonam facile eſt, vbi quod vetat eſſe remotum eſt,*
*Et nihil officio nupta quod obſtet habet.*
*Cum Deus intonuit, non ſe ſubducere nymbo.*
*Id demum eſt pietas, id ſocialis amor.*

Propert. lib. 2. eleg. 6.

*Felix, Admeti coniux, & lectus Vlyſſis,*
*Et quæcunq́; viri fœmina limen amat.*

Catull. in Epithalamio.

*Et tu ne pugna cum tali coniuge virgo.*
*Non æquum eſt pugnare, pater cui tradidit ipſe,*
*Ipſe pater cum matre quibus parere neceſſe eſt.*
*Virginitas non tota tua eſt: ex parte parentum eſt.*
*Tertia pars patris, pars eſt data tertia matri,*
*Tertia ſola tua eſt, noli pugnare duobus,*
*Qui genero ſua iura ſimul cum dote dederunt.*

Idem eleg. 2.

*Si magis ô nuptæ, ſemper concordia, veſtras*
*Semper amor ſedes incolat aſſiduis.*

Martial. lib. 1. ad Flaccum.

*Qualem Flacce velim, quæris, nolimue puellam?*
*Nolo nimis facilem difficilemq́; nimis.*
*Illud quod medium eſt atque inter vtrunque probatur.*
*Nec volo quod cruciat, nec volo quod ſatiat.*

Martial. lib. 6. de Teleſina.

*Quæ nubit toties, non nubit, adultera lege eſt.*

Idem lib. 8. ad Priſcam.

*Vxorem quare locupletem ducere nolim,*
*Quæritis? vxori nubere nolo meæ.*
*Inferior matrona ſuo ſit, Priſce marito:*
*Non aliter fiunt fœmina virq́; pares.*

Iuuenal. Satyr. 6.

*Veniunt a dote ſagittæ.*
*Libertas emitur, coram licet innuat, atque*
*Reſcribat, vidua eſt locuples, quæ nupſit auaro.*
*Facies, non vxor amatur.*
*Nullane de tantis gregibus tibi digna videtur?*
*Sit formoſa, decens, diues fœcunda, vetuſtos*
*Porticibus diſponat auos, intactior omni*
*Crinibus effuſis bellum dirimente Sabina,*
*Rara auis in terris nigroq́; ſimillima cygno.*
*Quis feret vxorem, qui conſtant omnia malo.*
*Malo Venuſinam quam Cornelia mater*
*Graechorum ſi cum magnis virtutibus affers*
*Grande ſupercilium, & numeras in dote triumphos.*
*Huius enim rari ſummiq́; voluptas*
*Nulla boni.*
*Nil vnquam inuita donabis coniuge, vendes*
*Hac obſtante nihil, hac ſi nolit, emetur.*
*Hæc dabit affectus.*
*Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa eſt.*
*O demens! ita ſeruus homo eſt? nil fecerit, eſto.*
*Hoc volo, ſic iubeo ſit pro ratione voluntas.*
*Imperat ergo viro.*
*Semper habet lites, alternaq́; iurgia lectus,*
*In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.*

¶ Sententiae Philosophicae

Communicatio vel coniunctio viri & fœminæ in ani[malibus] irrationabilibus eſt ſolùm gratia prolis procreandæ. In ho[minibus] autem non ſolum iſtius gratia, ſed etiam gratia alterius [...] iuuentur à filiis potentibus parentes impotentes in ſenio [...] vt quæ parentes potentes exiſtentes fecere filiis impot[entibus ...] piant à potentibus ſenio affecti.

Natura fecit vnum animalium coniugalium forte, [...] ſculum: vt vlciſcatur pro fortitudine ſibi illata: aliud ver[o ...] ſcilicet fœminam, vt magis ſe cuſtodiat præ timore.

Oportet virum puellam ducere in vxorem, vt doceat e[am] mores. *Ariſt. lib. œcon.*

Mulieres coniugari congruit circa ætatem annorum [...] cim: viros verò circa ætatem triginta ſex annorum. *Idem [...] Politicorum.*

Dilectio magis eligenda eſt, quam coitus: quia dilectio ſ[ecun]dùm bonam voluptatem, & coitus ſecundum actum [...] *Idem lib. 2. Prior.*

Decet domum mulierem bene diſpenſare, ſalua facien[s om]nia, quæ intrinſecus, & obſequentem eſſe viro. *Plato in [...]*

Virgines ſine dote nubere Lycurgus iuſſit, vt vxores [...] niæ cauſa eligerentur, ſeueriusque matrimonia ſua viri [...] cum nullis frenis dotium tenerentur.

Nulla tam bona vxor eſt, in qua non inuenias quid [...] perius benigna coniuge, ita nihil infeſta muliere crudelius [...] tur vxor aut tutum refugium, aut pœnale tormentum.

Cum quidam lætanter diceret Diogeni, ſe de nouo d[...] rem, ait illi: Paruum ſolatium, & magnam ſollicitudinem [...] tus.

Euripides (vt ait Bœthius) carentem liberis, infortun[...] eſſe felicem. *Laert. Diog. de vita & moribus philoſ.*

Vnicæ filiæ pater Themiſtoclem conſulebat, vtrum [...] ſed ornato: an locupleti, ſed parum probato collocare? [...] Malo, inquit, virum pecunia, quàm pecuniam viro [...] Quo dicto ſtultum monuit, vt generum potius, quam [...] neri legeret. *Valer. Max. lib. 7.*

Virgo formoſa, & ſi ſit oppido pauper, tamen abunde [...] fert quippe ad maritum nouam animi indolem pulchritud[...] tiam, floris rudimentum: ipſa virginitatis commendatio, [...] rito omnibus acceptiſſima eſt maritis. Nam quodcunque [...] dotem acceperit, potes, cum libuerit, ne ſis beneficio [...] mne vt acceperas, retribuere, pecuniam renumerare, [...] ſtituere, domo demigrare, prædiis cædere, ſola virginitas [...] eſt, reddi nequit, ſola apud maritum ex rebus dotalibus [...] vidua autem qualis nuptiis venit, talis diuortio digreditur, [...] fert impoſſibile, ſed venit iam alio perflorata. *Lucius Apuleius [...] Magia, lib. 2.*

Diuites inferiores nuptias non recuſent, & locupletum [...] ſortias inopes conſequantur, & ſi vires opum non congruunt, [om]nia tamen diuerſa miſcenda eſſe, vt iracundo tranquilla [...] & ſedato homini incitatior mulier applicetur, vt talibus ob[...] tionum remediis, ſoboles natura diſcrepante confecta [...] uentu meliore coaleſcat, & ita compoſitarum domorum [...] ciuitas augeatur. *Idem de dogmate Platonis.*

Si ſine vxore poſſemus, Quirites, eſſe, omnes ea moleſtia [ca]remus. Sed quoniam ita natura tradidit, vt nec cum illis [...] mode, ne ſine illis vllo modo viui poſſit, ſaluti perpetuæ [...] quam breui voluptati conſulendum. *Aul. Gell. 1. Noct. Attic. [...] verba Metelli.*

¶ Apophthegmata.

*Thales*, roganti matri vt matrimonium iniret, nondum eſſe tem[...] pus, dixit: deinde maior natu, non amplius eſſe tempus. *Plutarch. in Stob.*

*Idem* interrogatus, cur in vigore ætatis liberos non procreaſſet? reſpondit: Quia nolui ſponte negotium vitæ faceſſere, & eius tran[...] quillitatem turbare. *Stob. ſerm. 66.*

*Lycurgus* dicebat, cum ſemel vxore beneuolentia in maritum priuata eſt, minime vitalem ei reliquam vitam eſſe. *Stobaeus [...] ſermone.*

*Epaminondas* interrogatus, quidnam vtilitatis caperet ex [nu]ptiis? reſpondit: pro patria mori non dubitare. *ibid.*

¶ Similitvdines.

*Lactantij.* Sicut dedit nobis oculos Deus, nō vt ſpectemus, volu[...] ptatemque capiamus, ſed vt videamus propter eos, qui pertinent ad vitæ neceſſaria: ita genitalem corporis partem, quod nomen ipſum docet, nulla alia cauſa niſi efficiendæ ſobolis accepimus. *lib. 7. cap. de cultu diuino.*

*Plutarchi*, Vt rex Muſicæ ſtudioſus complures reddit muſicos, [...] literarum ſtudioſus doctos, aleator aleatores, rapax, rapaces: [...] comptus ſimilem efficit vxorem, voluptuarius incontinentem, [ca]ſtus & ſobrius caſtam & ſobriam. *in Moral.*

*Vt qui non ferunt* vxores ſecum edere, aut bibere docent, [...]

...re, mariti abſentibus: Ita qui non communicant luſus & ... vxore, faciunt vt alibi quærant, inſciis viris. *ibid.*
... vxorem non erit, cuiusmodi eſt domini in rem ... ſed cuiusmodi eſt animi in corpus. *ibid.*
... fratrum partium ictus, redundant in dexteras: Ita virum ... incommodis commodiſque commoueri: & contra.

¶ ADAGIA.

... coniugati.
... qui coniugio vinctus eſt cum ea, quam non amet viciſſim ... quamuis ob voluptatem vxoriam ametur: non inſcite tor... Homericum illud.

Ἀλλ' ἤτοι νύκτας μὲν ἰαύεσκεν καὶ ἀνάγκῃ.
Ἐν σπέσσι γλαφυροῖσι, παρ' οὐκ ἐθέλων ἐθελούσῃ.
Ἤματα δ' ἐν πέτρῃσι, καὶ ἠιόνεσσι καθίζων.
Δάκρυσι στοναχῇ τε καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθων.
Πόντον ἐπ' ἀτρύγετον δερκέσκετο, δάκρυα λείβων.

Id eſt,

*Sed nolens licet ac vi cum illa nocte cubabat,*
*Nolens cum cupiente, ſub antris conditus atris:*
*Verum perditus in ſcopulis ac littore ſedit,*
*Excrucians animum lachrymis, curis, gemituq́;.*

¶ BIBLICA EXEMPLA.

Abraham Dominus vocatur à Sara vxore ſua, *Gen.*18.v.12.1.*Petr.* ... Rebeccam vnice amat, *Gen.* 24.v.67. orat pro ea, 24. v.20. ... amat Rachelem, 29.v.18. Dauid captiuas duas vxores, libe... 30.v.17.18. Bethſabeam conſolatur, 2.*Sam.*12.v.24. Tobias ... vxorem ſuam Annam, *Tob.*5.v.26.27. Iob errantem vxo... temeritate corrigit ac reprehendit, *Iob.*2.v.10. de maritorum in ... dominatione Aſſueri edictum, *Eſth.*1. *verſ.* 19. eo pertinet & *Gen.*29.16. Iacob ſeptem annis ſeruit pro Rachel, &c. 29.v.18. *&c.* ... cum compreſſiſſet Dinam, patrem ablegat ad Iacobum vt ... nuptias, &c. 34. v.4. *&c.* Samſon ambiens nuptias Dalilæ, re... parentibus communicata matrimonium cum ea contrahit, & ... nuptiale agitat, &c. *Iud.*14.v.17. Saul per conſiliarios a... Dauide de nuptiis filiæ. 1.*Sam.*18.v.25. Dauid ablegat nun... ad Abigail petitum nuptias eius, 25.v.39.40.41. Tobias petit à ... Saram vxorem, *Tob.*7.v.11.

Matrimonium conſenſu parentum & cognatorum contrahen... *Matth.*22.v.30.1.*Cor.*7.v.34. *Exempla*: Agar ex conſenſu ... Abrahæ, *Gen.*16.v.1.2. Iſmael ex conſenſu matris ducit ... 21.v.21. Iſaac cum Rebecca ex conſenſu parentum contrahit ... 24.v.2.3.50.51. Iacob cum Rachel, 28.v.1.2. *&* 29.19. ... Sichem cum Dina, 34.v.4. Her cum Thamar, 38. v.6. Samſon ... Dalila, *Iud.*14.v.3. Dauid cum Michol, 1.*Sam.*18.v.20.21.27. A... *Reg.*2.v.17.20. Tobias cum Sara, *Tob.*6. v.1. In matrimonio ... conſenſus ſponſi & ſponſæ. *Exempla*: Iſaac & Rebecca, *Gen.*24.v.56.57.58.67. Dauid & Abigail, 1. *Sam.*15. v.40.41.42. To... Sara, *Tob.*7 v.11.14.

¶ EXEMPLA PROFANA.

*M. Cato* Cenſorius vxorem nobiliorem, quam opulentiorem ... exiſtimans: æque vtraſque eſſe elatas & ſuperciliofas: verum ... rubore obſequentiores viris ad honeſta generoſas. *Plutarch. in Catone.*

*Claudius Cæſar* adeo liberarum mulierum, quæ ſeruis nubunt, ... odio proſequutus fuit: vt præter legem ingenuitatis, ... inſtituta maiorum, filios inde genitos, non ingenuæ con... ſed libertinos eſſe, iuraque libertinorum nanciſci, & inge... amittere leges ſanciuerit. *Alex.l.*4.*c.*22.

*Veſpaſianus Imper.* author ſenatui fuit ſanciendæ legis: vt mu... alieno ſeruo iunxiſſet, ancilla haberetur. *Sabellicus lib.*3. *Ennead.*7.

*Apud Danos lege Frothonis III. Regis* libertas data mulieribus ... habendi. Sed ſi libera ſeruum duxiſſet, mariti conditio... ſequi cogebatur. *Saxo lib* 5.

*Apud Holſatos* lex fuit, vt nobilis nobilem, liber liberam, ſeruus ... duceret: & ſecus faciens vitam amitteret. *Ioannes Peterſius in Chronico Holſatiæ.*

... *virgines*, quum eſſe nubiles cœperunt: in publicum à parentibus producuntur. Accurrente (vt aſſolet) multitudine, libera ... optio, è iuuenum turba virum ſibi ſeligendi, quem virtu... inſigniter præſtantem putent. *Cal.l.*38.*c.*31. *A.L.*

¶ HIEROGLYPHICVM.

Ex Oniocritarum diſciplina illud promptum eſt: vt ſi quis nuptiarum tempore *Lyram* per ſomnium videre imaginatus fuerit, concordiam id inter maritum & vxorem futuram ſignificaret. *Pier. Val.l.*47.*pag.*459.

¶ EMBLEMATA.

In fidem vxoriam.
Emblema cxc. Andr. Alciati.

*Ecce puella, viro quæ dextra iungitur: ecce,*
*Vt ſedet, vt catulus luſitat ante pedes.*
*Hac fidei eſt ſpecies: Veneris quam ſi educat ardor,*
*Malorum in læua non male ramus erit.*
*Poma etenim Veneris ſunt: ſic Scheneida vicit*
*Hippomanes, petiit ſic Galatea virum.*

Reuerentiam in matrimonio requiri.
Emblema cxci.

*Cum furit in Venerem, pelagi ſe in littore ſiſtit.*
*Vipera, & ab ſtomacho dira venena vomit.*
*Murænamq́; ciens ingentia ſibila tollit,*
*At ſimul amplexus appetit illa viri.*
*Maxima debetur thalamo reuerentia: coniux*
*Alterum debet coniugi & obſequium.*

*Vide Coniugium, Mulier, Nuptiæ.*

# Medicina.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

MEdicina, Græce ἰατρεία, ας, ἡ, & ἰάομαι medeor, & ἰατρὸς, οῦ, ὁ, medicus dicitur. Eſt autem duplex medicina, ſcilicet remouens morbum, & promouens ad perfectam ſanitatem. Prima conuenit infirmis, ſecunda vero ſanis. *ex B. Thom.*3.*part. quæſt.*80.*art.*4. Ars medicinæ duplex, ſcilicet ſpeculatiua, & practica. Idem in quæſtionibus de veritate. *q.*2.*art.*9.

Medicina, Hebr. *Rephuah*, remedium, ſanitas, & *Marpe*, *Ierem.*30. 13.*Prou.*4.v.6.*à fine*, *&* 12.18. à verbo *Raphal*, ſanauit, medicatus eſt, *curauit morbum*. Hinc Græc. φαρμακεύω, medeor, *Guehah.* item dicitur, id eſt, alleuatio ab infirmitate, leuamen, à verbo *Guehah*, ſanauit, lenauit infirmitatem.

Medicina, *ſecundum Celſum lib.*1. diffinitur, quaſi via quædam (quam μέθοδον Græci nominant) eorum, quæ in morbis communia ſunt, vel contemplatrix.

Officium eſſe medici dicit, vt celeriter, & iucunde curet. *idem Celſ.l.*3.*c* 4. *de cur. diuerſ. gen.*

Architas Tarentinus dicebat, quinq; ſpecies eſſe medicinæ: aliam dici Pharmaceuticen, quæ morbis medicata potione ſubueniat: aliam Chirurgicam, quæ ſectione & vſtione curet: tertiam, quæ ſola victus ratione & ordinatione arceat ægritudinem, appellariq; Diæteticen: quartam, quæ ex celeri diſcretione morborum ſuccurrat ægris, vocarique Νοσογνωμικὴν, quintam, Adiutricem dici, quod ſtrenuo auxilio doloribus continuo liberet. *Laert.l.*3. *de vit. philoſoph.*

¶ BIBLICI LOCI.

Medicina à Deo creata, *Eccl.*38.1.*&c.*

Medicus quibus neceſſarius, *Matth.*9.v.11. *Marc.*2.v.17. *Luc.*5. v.31. Medico honos tribuendis, *Eccl.*38.1. Locus dandus, v.12.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

*Medicus ſpiritualis.*

Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxerit me Dominus. Ad annuntiandum manſuetis miſit me, vt mederer contritis corde. *Eſa.*61.

Non eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus. *Matth.*9. 11. *Marc.*2.17. *Luc.*31.

Vtique dicetis mihi hanc ſimilitudinem: Medice cura teipſum, *Luc.*4.

Non egent, qui ſani ſunt medico: ſed qui male habent. *Luc.*5.31.

*Corporalis.*

Languor prolixior grauat medicum Breuem languorem præcidit medicus. *Eccl.*10.

Honora medicum propter neceſſitatem: Dominus enim eius author eſt. Nam omnis medicina manat ab Altiſſimo, 38. *Eccl.*38.

Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatorum collaudabitur? Altiſſimus de terra procreauit medicamenta, nec abhorrebit illa vir ſapiens. Ad agnitionem hominum virtus illorum. In his curans mitigabit dolores. *Vide infirmitas, ibid.*

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Nouit medicus, quid ſalutiferum, quidve contrarium petat ægrotus. Ægroti eſtis, nolite ergo dictare, quæ vobis medicina velit apponere. *Aug. in ſerm.*

Contrariæ diuinæ conditionis præcepta medicinæ ſunt: à ieiunio reuocant, lucubrare non ſinunt, ab omni intentione meditationis abducunt. Itaque qui ſe medicis dederit, ſeipſum ſibi abnegat. *Ambroſ. ſup. Pſal.*130.

Omnis medicina habet ad tempus amaritudinem: ſed poſtea fructus doloris ſanitate monſtratur. *Hier. in Ier.l.*2.

Improbus & imperitus eſt medicus, qui alienum mederi appetit, & ipſe vulnus, quod patitur, neſcit. *Greg. in paſtoral.*

Moris medicinalis eſt, vt ſæpe feruorem viſcerum in pruriginem cutis trahat: & plerunque inde interius curat, vnde exterius ſauciat. Ita nonnunquam diuinæ diſpenſationis medicamine agitur, vt exterioribus doloribus internum vulnus adimatur. *ibid.*

Ego plagis conſcientiæ meæ malum iudico accommodatius medicamentum probis contumeliis. *Bern. in epiſt.*

O ſapientia! quanta arte medendi in vino & oleo animæ meæ ſanitatem reſtauras, fortiter ſuauis, & fortiter fortis, fortis pro me, & ſuauis mihi. *ſuper Cant.*

Vnde irrepſit morbus, inde remedium intret, & per eadem ſequatur veſtigia, vita mortem, tenebras lux, venenum ſerpentis, antidotum veritatis, & ſana oculum, qui turbatus eſt: vt ſerenus videat, quem turbatus non poteſt, auris prima mortis ianua, prima aperiatur & vitæ. *ibid.*

Spirituali medico ſpiritualem offerebat mercedem: nam omnes medici pecuniis, iſte autem ſolus oratione placatur. *Chryſoſt. in Matth.* 8.

Nomen medicinæ à modo ac temperamento impoſitum exiſtimatur, vt non ſtatim, ſed paulatim adhibeatur, nam in multo contriſtatur natura, naturaliter autem gaudet. Vnde & qui pigmenta & antidota aſſidue biberint, vexantur: immoderatio enim omnis non ſalutem, ſed periculum affert. *Iſid. l. 4. Etymol.*

Frequenter ſi quid ex quadam confidentia, quam ægrotus inde concipit, natura iam deficiens conualeſcit, *ibid.*

Mos medicinæ eſt, vt aliquando ſimilibus, aliquando contrariis curet, calidis frigida, frigidis calida curare conſueuit. Veniens ergo ad nos deſuper medicus noſter: tantisque nos inueniens languoribus preſſos, quiddam nobis ſimile, & quiddam nobis contrarium appoſuit. Ad homines quippe homo venit, ſed ad peccatores iuſtus: concordauit nobiscum in veritate naturæ: ſed diſcortauit; vel diſcrepauit à nobis in rigore iuſtitiæ. *Greg. lib.* 24.

Sicut in arte medicinæ calida frigidis frigida calidis curantur: ita Dominus noſter contraria oppoſuit medicamenta peccatis; vt lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis manſuetudinem, elatis præciperet humilitatem. *Idem de homil. de vno Martyr.*

Medicus ægroto confitenti ſuam infirmitatem, medicinam negare non debet: perſuadeat animæ, in quæ mala ſe præcipitauit, & ideo, vt ex difficultate ſanationis magis ſibi caueat: quod enim facile ſanatur, non multum cauetur, *Anſel. ſuper* Pſal. 5.

Delicata nimis medicina eſt, prius alligari quam vulnerari, membrum non percuſſum plangere, & nondum ſuſcepto ictu admouere manum, fouere vnguento, vbi non dolet, emplaſtrum adhibere, vbi cæſura non eſt. *Bernard. in Apologetico.*

## ¶ Sententiae Poeticae.

Euripides in Bellerophonte.

Πρὸς τὴν νόσον τοι καὶ τῶν ἰατρὸν χρεὼν
Ἰδόντ᾽ ἀκεῖσθαι, μὴ πίτακτα φάρμακα
Διδόντ᾽ ἐὰν ταῦτα τῇ νόσῳ πρέπῃ.
*Ad morbi naturam medicum quoquo oportet*
*Reſpicientem mederi, non imperata pharmaca*
*Exhibendo, niſi morbo conueniant.*

Periſaulus Fauſtinus Poeta de Medicina ſic ſcribit:

*Artem aliam Deus & rerum natura repertrix*
*Inſtituere ſacram, qua languide corpora morbo*
*Eriperent quouis propria reditura ſaluti:*
*Hac tibi ſi placeat placet ars, qua digna polito*
*Ingenio ſapiat, quacunque humana ſapit vis.*
*Omnia aperta tibi, quicquid medicina recondit,*
*Intima natura, vel rerum pondera noris,*
*Hippocrates fias, fasque Machaone maior:*
*Quas & Phyllirides, vel quas Epidaurius herbas*
*Noueris, & quicquid praſagus nouit Apollo:*
*Sisque ſalus orbi, fas ſit tibi ducere ab Orco*
*Extinctos homines, iterumque animare ſepultos:*
*Nomen, opes, famam cumules hac arte perennem,*
*Sed quoniam dulcor de vertice prodit eodem,*
*A quo & amaricies, ſeries quam longa malorum*
*Mixta voluptatis parua eſt, incommoda multa*
*Sunt ſubeunda tibi, ſubeundi mille labores,*
*Voluendi aſsiduo libri, ſemperque ſtudendum,*
*Qua noceant agris, vel qua ſibi pocula proſint:*
*Dum paſcis ventrem, dum mitia vina reſugis,*
*Dum gratus ſopor eſt, dum molliter ipſe quieſcis,*
*Nuntius ecce fores pulſat, medicumque requirit,*
*Accelerare iubet, Iaſam properate venire.*
*Rumpitur agrotus, iactat vexata dolore*
*Membra thoro, moritur, ſurgendum nocte dieque,*
*Tangendi pulſus, aut olfacienda metalla eſt.*
*Suntque paranda cito antidota, & catapotia mille,*
*Pharmaca pyriaſes, fomenta, enchriſta, malagma,*
*Turunda emplaſtrum ſtrigmenta, amuleta, trochiſci.*
*Nunc curanda phthiſis, cauſam nunc hemitritas,*
*Nunc ſtupor, aut ſpaſmus, myrmecia, puſtula, plegmon,*
*Pappula, tonſilla, vel phora, epmytides, Antram,*
*Tormina, vel ramex, vel ſyncopis, enterocele,*
*Nauſea, pituita, & mentagra, algema, ſynanchis:*
*Feceris & poſtquam quicquid iubet ipſa medendi*
*Norma, niſi valeat ſubitoque reuixerit ager,*
*Murmurat inſipiens vulgus, linguaque loquaci*
*Et loquitur de te conuitia talia iactans.*
*Heu mihi! quam ſtultum eſt medicorum c*
*Quam ſape hos videas morbo laborare mole*
*Pallere aſsidue, vultuque referre cadauer.*
*Nec, ſibimet proprias, aliis prodeſſe nec artes.*
*Quare nulla ſuis ſuccis adhibenda fides eſt.*
*Quum raro proſint, latatque abſtruſa ſub his mor*
*Adde, quod eſt grauius, verſari ſemper oportet*
*Inter funeſtos, inter contagia morbi:*
*Solari afflictos, ſemperque leuare dolores.*
*Nec naſum criſpare licet ſtimulante cachinno,*
*Si quandoque furit vitiatis ſenſibus ager,*
*Hic labor, hoc ſtudium, quidnam niſi fabula van.*

Verinus.

*Impediunt certam medicamina crebra ſalutem*
*Non plures medici, ſed ſatis vnus erit.*
*Nunquam (crede mihi) a morbo curabitur ager,*
*Si multis medicis creditur vna febris.*

Ouidius.

*Non eadem ratio, ſentire, & demere morbos,*
*Senſus iners cunctis, tollitur arte malum.*

2. Triſt.

*Eripit interdum, modo dat medicina ſalutem.*

Publ. Mim.

*Mala eſt medicina, vbi aliquid natura perdit.*

Ouid. Metam. lib. 1. fab. 6.

*Sed immedicabile vulnus*
*Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.*

Ouid. de Ponto li. 3. eleg. 4.

*Ad medicam dubius confugit ager opem.*

Idem de Ponto lib. 3. eleg. 7.

*Curando fieri quadam maiora videmus*
*Vulnera, qua melius non tetigiſſe fuit.*

Iuuen. Satyr. 13.

*Curentur dubii medicis maioribus agri.*

Hom. lib. 11. Iliad.

Ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων
Ἰὺς τ᾽ ἐκτέμνειν, ἐπί τ᾽ ἤπια φάρμακα πάσσειν.
*Vir medicus enim aliorum inſtar multorum eſt*
*In excidendis telis & benigna pharmaca inſper*

Eobanus ſic vertit.

*Vir medicus ſiquidem multis virtutibus vnus*
*Pranalet ante alios multos, ſeu tela ſagaci*
*Corporibus defixa manu trahit, intima ſcrutans*
*Mitia ſeu docta miſcet medicamina dextra*

Euripides.

*Medicus agritudini futurum tempus producens*
*Melius ita medetur, quam ſi corpus ſecaret.*

Mimnermus contra medicos.

*Sicut medici ſolent dicere,*
*Leues affectus multo maiores eſſe, & graues plu*
*quam timendum ſit, exaggerant. Seipſos vi*

Philemon.

Ἄνθρωπον ὄντα ῥᾴδιον παραινέσαι
Ἐστιν, ποιῆσαι δ᾽ αὐτὸν οὐχὶ ῥᾴδιον.
*Homini facile eſt, alii conſulere,*
*Ipſum vero praſtare difficilis res eſt.*

Idem.

*Quod in medicis apparere video.*
*Qui de continentia apud agrotos perquam bene*
*Omnes loquuntur deinde vbi morbo afficiuntur*
*Ipſos facientes videre eſt qua pridem prohibeba*
*Aliis: tum & agrotus & ſpeculator ſimiles ſunt*
*Non eiuſdem eſt ſcilicet dolere poſſe, & contemp*
*Nam neque medicus vllus, ſi diligenter circumſpi*
*Amicos ſuos bene valere cupit,*
*Neque miles ciuitatem ſine malo aliquo videre.*

Philemon Iunior.

Τίς ἐστιν οὗτος; ἰατρός. ὡς κακῶς ἔχει
Ἅπας ἰατρός, ἂν κακῶς μηδεὶς ἔχῃ,
Μόνῳ δὲ ἰατρῷ τοῦτο καὶ συνηγόρῳ
Ἔξεστιν ἀποκτείνειν μέν, ἀποθνήσκειν δὲ μή.
*Quiſnam hic eſt: medicus. O quam male habe*
*Quiuis medicus, ſi nemo male habuerit!*
*Soli medico & aduocato*
*Occidere impune.*

Ouid. l. 1. de Ponto ad Ruffin.

*Non eſt in medico ſemper releuetur vt ager:*
*Interdum docta plus valet arte malum.*
*Adferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas,*
*Sanabit nulla vulnera cordis ope.*
*Tollere nodoſam neſcit medicina podagram,*
*Nec formidatis auxiliatur aquis.*
*Cura quoque interdum nulla medicabilis arte:*
*Aut ſi ſit, longa eſt attenuanda mora.*

Ouid.l.1.de remedio amoris.

*Principiis obſta: ſero medicina paratur,*
*Quam mala per longas inualere moras.*

Lib.2.Ibid.

*Nam quoniam variant animi, variabimus arteis:*
*Mille mali ſpecies, mille ſalutis erunt.*

Menander.

Ἰατρὸς ἀδολέσχος, νοσοῦντι πάλιν νόσος.
*Medicus garrulus ægrotanti alius morbus eſt.*
Πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδός μ' ἀπώλεσε.
*Multorum medicorum ingreſſus me perdidit.*

Euripides in Hippolyto.

Κρεῖσσον δὲ νοσεῖν, ἢ θεραπεύειν.
Τὸ μὲν ἐστὶν ἁπλοῦν, τῷ δὲ συνάπτει.
Λύπη τε φρενῶν, χερσίν τε πόνος.
*Melius autem eſt ægrotare quam curare ægrotum.*
*Illud quidem eſt ſimplex, huic vero adiungitur.*
*Triſtitiaq; mentium, manuumq; labor.*

Horat.lib.2.Epiſtol.epiſt.1.

*Quod medicorum eſt,*
*Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.*

Idem epiſt.l.1.epiſt.17.

*Stultorum incurata pudor malus vlcera celat.*

Ouid.de remedio amoris.

*Temporibus Medicina valet: data tempore proſunt,*
*Et data non apto tempore vina nocent.*

¶ Sententiae Philosophicae.

[illegible] Medica, & diuinitus accepta eſt, & diuinitus exercetur. Atque [illegible] Deo, corpus pendet ex animo. Nonne Raphaelem archā-[illegible] Hebræi volunt huius artis opus exercuiſſe? mittamus reli-[illegible] Chriſtus ipſe tanquam generis humani Medicus, ægros, æ-[illegible] que quotcunque offerebantur, curabat, diſcipulisque tradi-[illegible] artem medendi. Hanc igitur artem vtpote nobiliſſimam [illegible] meditari & exercere quondam nequaquam dedignabantur. [illegible] fuerunt Sabor & Giges Medicorum Reges. Sabid Rex Ara-[illegible] Mitridates Ponti Rex, Ægyptiorum vero Hermes, Meſve [illegible] Damaſi nepos. Volunt nonnulli & Auicennam fuiſſe Cordu-[illegible], Democritus, Thimeus, Locrus Plato, Ariſtoteles, phi-[illegible] illuſtriſſimi in hac arte ſcripſerunt, innumerabilesque alii [illegible] non ignobiles. *Marſil. Ficin. lib.1. Epiſt. ad Thom. Valer.* [illegible]

[illegible] Medicorum conſilia deuita, qui parum docti & ſatis ſeduli offi-[illegible] multos occidunt. *Sen. in epiſt.*

[illegible] imitari malos medicos, qui in alienis malis profitentur ſe [illegible] medicinæ ſcientiam, ſeipſos curare non poſſunt. *Sulpit. ad* [illegible]

[illegible] medici, nec Imperatores nec oratores, quamvis artis præce-[illegible] perceperint, quicquam magna laude dignum ſine vſu & exerci-[illegible] conſequi poſſunt. *Cic.2.Offic.*

[illegible] ars inconſtantior medicina: nec ſæpius mutatur, quum ſit [illegible] nulla. *Plin. Sen lib.19.*

[illegible] artium ſola euenit, vt vnicuique medicum ſe profeſſo ſta-[illegible], quum ſit periculum in nullo mendacio maius. *ibid.*

[illegible] λοιπῶν τημάτων ἀπαλλαγείητε. αὐτοῖς ἀσθενοῦσι παρ' τῶν [illegible] διδομένοις ἔοικε, καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτε ἰσχὺν ἐντίθησιν, οὔτ' [illegible].

[illegible] huiusmodi lucra, alimentis ſimillima, quæ medici æ-[illegible] exhibent. Nam illa nec vires augent, neq; mori ſinunt. [illegible] Olynthiaca.

[illegible] τεχνῶν ἰατρική, τὸ μὲν γλαφυρὸν καὶ περιττὸν καὶ [illegible] ἐνδεέστερον ἔχει θεωρητικὸν δὲ μέγα τοῖς φιλομαθοῦσι [illegible] καὶ τὴν ὑγίειαν.

[illegible] artium liberalium nulla quam medicina, quæ minus [illegible] ornatus & iucunditatis complectatur: magnam tamen [illegible] onem de ſalute & ſuauitate ſui ſtudioſis exhibet. *Plut.* [illegible] *præceptis.*

[illegible] medicum intemperantia facit. Male ſecum agit æger, [illegible] hæredem facit. *Sen. in Prou.*

[illegible] fiunt per contraria. *Ariſt. lib.2. Ethic.*

[illegible] non ſemper perſuadebit, nec medicus ſemper ſanabit. [illegible] *Topicor.*

[illegible] ne homines quidem probi faciunt, vt amicis impenden-[illegible] tates prædicant, quas illi effugere nullo modo poſſint. At [illegible] quamquam intelligunt ſæpe, tamen nunquam ægris dicunt, [illegible] eos morituros. Omnis enim prædictio mali tum proba-[illegible] prædictionem cautio adiungitur. *Cic.l.2. de diuinat.*

[illegible] rum ſcientiam non ipſius artis, ſed valetudinis cauſa pro-[illegible] *lib.1. de finib. bonor. & malor.*

[illegible] mortuorum ſera eſt. *Quint. Decl.8.*

[illegible] ſpectes, vt ſtatim gratias agat: qui ſanatur inuitus. *idem* [illegible]

[illegible] toribus vna medicina imperat.

Medicinæ præcipue efficaciſſimus magiſter, vſus. *Plin. Sen. lib.4.*

Medici nil quod nociturum ſit in corporibus ægris relinquunt. *Curt. lib.6.*

Medicina eſt ſcientia, non ſolum contemplatiua, ſed etiam actiua. *Muſonius.*

Ars illa corporis affecti curationem profitetur: animi vero non principaliter, ſed tantummodo quam afflicto corpori compatitur. *Heliodor. lib.4.*

¶ Apophthegmata.

*Diogenes*, cum conſideraret hominum vitam, videns medicos & philoſophos, dicebat nullum animal homine ſapientius eſſe. Verum cum videret coniectores, & huius generis alios, aiebat, ſibi nihil homine videri ſtultius. *Laert. lib.6.*

*Nicocles.* Medicos felices nominabat, quoniam ſucceſſus quidem ipſorum ſol intuetur, errores autem tellus operit. *Ant. par.1. ſer.56. Meliſſ. Max ſer.50.*

*Stratonicus* ad medicum quendam dixiſſe fertur, Laudo tuam experientiam, quia non ſinis infirmos computreſcere, ſed ſtatim eos à vita liberas. *Anton. in Meliſſ. part.1. ſer.56. Sed hoc Nicocli aſcribit Max. ſer.50.*

*Didymus* perfectum medicum eſſe dicebat, non quidem qui omnino curaret, ſed qui nihil eorum, quæ ad vtilitatem ægri, & curam pertinet omittit. *Anton. in Meliſſ. part.1. ſermon.56. Maxim ſerm.50.*

*Theophilus* interrogatus, quis perfectus medicus fieret? dixit: ille qui poſſibilia & impoſſibilia diſcernere poteſt. *Stob ſerm.10. Maxi ſerm.50.*

*Philotimus*, cuidam oſtendenti digitum exulceratum, qui vnguem haberet tabidum (id enim ex colore deprehendit) Non eſt tibi inquit, ô bene, periculum ab vnguium vitio. Idem fere fit ab omnibus: vt de leuioribus malis querantur, grauiora diſſimulent. *Eraſ. lib.6. apoph. ex Plut.*

*Anonymus.* Medicus quidam ægrotanti dederat pharmacum, eoque ſumpto conualuit ægrotus. Euenit vt aliquāto poſt idem morbus recurreret, ægrotus cum ad idem pharmacum, quo prius conualuerat, confugeret, nec ſentiret remedium, acceſſit medicum, admiratus qui factum eſſet, vt eadem medicina quæ prius depuliſſet morbum poſtea magis aggrauaret? Huius rei cauſam ſciſcitanti, medicus facete reſpondit. Fateor idem fuiſſe pharmacum, ſed ideo non profuit, quia ego non dedi. Sentiens medicorum eſſe dare pharmaca, qui norunt quando & quomodo danda. Quæ proſunt iuueni, nocent ſeni: & contra quæ iuuant cœlo tepido, lædunt frigido. *Hoc refertur ab Auguſt.*

*Pauſanias & Socrates.* Eum medicum cenſebat optimum Pauſanias, qui non ſineret ægrotos extabeſcere, ſed quamprimum ſepeliret. Inhumanior quidem videtur hæc ſententia, ſed tamen à Socratis opinione non multum abhorrens: qui vult, admodum valetudinarios, nec vlla iam ex parte vtiles reipub. æquo animo debere è vita decedere: ſic tamen, vt nemo ſibi vim adferat, ſed honeſtis actionibus immoriatur. Certe non apparet quid magnifaciant cum quatuordecim medici multo tempore immodicis impendiis admittuntur, vt anui iam præmortuæ vitam in vnum alterumve menſem proferant. Quid enim aliud agunt, niſi quod arte ſua mortem reddunt longiorem: quaſi hoc cuiquam ſano ſit optabile, diu mori? At viri ſapientes mortem inopinatam ac breuem iudicarunt optimam. *Plut. in Lacon.*

*Demades*, maiorem gratiam medicis deberi dixit, qui morbum ingruentem arcent, quam qui iam præſentem expellerent. Magis quippe optandum eſt, omnino non pati, quam à paſſionibus liberari. *Ant in Meliſſ. par.1. ſer.56. Max. ſer.50.*

*Hieron*, medicum tum demum ægroti amicum eſſe dicebat, cum in extrema neceſſitate ſe diligentiſſimum oſtendit. *Anton. in Meliſſ. par.1. ſer.56.*

*Dionyſ. ſeni.* poſt alia multa ſacrilegia in Epidauro, Æſculapio barbam auream detraxit, quod negaret conuenire, cum Apollo Æſculapii pater imberbis fuiſſet, vt filius barbam aleret. Finxit autem ideo antiquitas Æſculapium barbatum, innuentes, in medico multarum rerum vſum & experientiam requiri. *Valerius Maximus*

*Tiberius Caſ.* Dixiſſe fertur, eum hominem ſibi videri ridiculum, qui ſexageſimum prætergreſſus annum, manum porrigeret medico. Sentiens, hominem tam grandem natu ſcire oportere, quomodo iam ſibi mederi debeat. Porrigunt manum medico qui conſulunt illum, explorantem pulſus venarum. *Eraſmus libro 6. apoph.*

*Diogenes* videns quendam medendi artem iam profitentem, qui prius erat palæſtrites, ſed ignauus: dixit illi, An eos qui te hactenus deiecerunt, nunc viciſſim deiiciens? Deiicit luctator, quem ſuperat: & deiicit medicus, quos in luctū coniicit, aut etiam in ſepulchrum. Similis iocus eſt apud Martialem, de eo qui ex medico factus eſt hoplomachus. *Laert. lib.6.*

*Idem.* Didymon, qui vulgo audiebat adulter, curabat oculum virginis. Ei Diogenes dixit: Vide ne corrumpas pupillam. Hoc dictum apud Latinos ſale caret. Apud Græcos autem κόρη & virginem

nem ſonat, & oculi pupillam. Luſit igitur ex ambiguo Diogenes. *Laert.lib.6.*

*Nicocles*, quum maius quidam medicus diceret, ſe magnam habere poteſtatem: Quidni inquit, iſta dicere liceat, qui tam multos impune ſuſtuleris? *Max.ſer.10.*

*Anonym.* Sapiens quidam, cum imperitus medicus ei dixiſſet, Senex factus es? reſpondit. Bene quidem, & ſatis feliciter: medico enim non vſus ſum. *Ant.in Meliſſ.part.1.ſer.56.*

*Ariſt.* Cum morbo teneretur Ariſtoteles & medicus ei præceptũ quoddam iniungeret: Ne inquit, me cures, vel vt bubulcum, vel vt foſſorem, ſed prius cauſam ediſſere, ſic enim facili perſuaſione me morigerum reddideris. Docens, his nihil ſine cauſa temereque proferendum eſſe. *Ælian.lib.9.de var.hiſt.*

*Pauſanias.* Medicus quidam inuiſebat Pauſaniam; dicebatque Nihil habes mali: Non enim, inquit, te medico vtor. Hoc ipſum quod nihil habeat mali, adeo non acceptum ferebat medicis, vt eos ſolos iudicaret proſpera eſſe valetudine, qui medicis non verentur. Id vt perpetuo verum non ſit, tamen extra controuerſiam eſt, maximam laborum partem à medicis proficiſci, vel quia ſint imperiti, vel quia negligentes, vel quia ambitione quæſtuue corrupti. *Plut.in Lacon.*

*Idem*, quum ab amico argueretur, quod de medico quodam male loqueretur, à quo nec vlla re læſus eſſet, nec cuius feciſſet periculum: Si feciſſem (inquit) periculum nequaquam viuerem. *Plut.in Lacon.*

*Ageſilaus.* Quum medicus quidam Ageſilao Regi præſcriberet curationem nimis exactam, minimeque ſimplicem, qualis eſſe ſolet apud Lacedæmonios: per Geminos! inquit, ſumam quæ præſcribis, ſi mihi prorſus eſt in fatis vt non viuam: etiamſi non omnia ſumpſero. Significabat, eiuſmodi curationes citius acceleraturas mortem, quam depulſuras morbum. Nec tam operoſa pharmaca ſumẽda, niſi ei qui deſtinauit mori. Omnibus in rebus ei genti placuit frugalitas ac ſimplicitas. *Plut.*

*Hadrianus Imp.* moriens dixit illud vulgatum: Turba medicorum Cæſarem perdidit. Arbitror illum huc detorſiſſe Græcum prouerbium, πολλοὶ ϛρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν, πολλοὶ δ' ἰατροὶ τὸν βασιλῆ ἀπώλεσαν. Quanquam & hodie verum eſt, turbam medicorum cauſam eſſe mortis. *Dion.*

## ¶ Similitudines.

*Diogenis.* Dum in luxuria & deliciis quæcunque in poteſtate veſtra bona ſunt, animo complectimini, veniunt communes carnifices, quos vos medicos appellatis: qui quicquid ſibi in mentem venerit, id dicunt, & faciunt. Hi autem qui bene medentur, incidunt, vrunt, ligant, intus extraque medicinas exhibent. *In epiſt. ad Grac. fol.177.*

*Arceſilai.* Quemadmodum vbi multæ leges ſunt, ibi etiam plurimum vitiorum: Ita quoque vbi plures ſunt medici, ibi multi ægrotantes. *Apud Laert.l.4.c.6.& Eraſ.l.7 apoph.*

*Thriueri.* Medici qui annulos & alias res, quę ad rem medicam nil conferunt, cum faſtu quodam gerunt, ſimiles ſunt circumforaneis: qui dum in medio foro proſtant, externum aliquod animal oſtentant, vt populum aduocent. *in apoph.58.*

*Qui affectus* ignorat & tamen medicatur, ſimilis eſt cœco, qui viam ignorat, & baculo tentat *in apoph.112.*

*Claudicat*, qui alterum crus deſiderat: Et mancus eſt medicus, qui ſolam rationem aut experientiam habet. *ibid.*

*Eadem fere ratio*, vulgarium œnopolarum & medicorum: non enim dantur meliores, ſed maiores impoſtores. *ibid.*

*Nihil magis miror* quam quod ſartores in incognito corpore tam diligenter metiuntur ad corporis habitum, ipſum apparatum, & rurſum ad menſuram pedis calcearii ipſum calipodium: & quod medici plerique ſine diſcrimine corporis obuium fere accommodant medicamentum. *in apoph.128.*

*Vt Deus*, ſic medicus ab omnib. poſtremo cognoſcuntur: etenim non niſi in extrema neceſſitate coluntur. *in apoph.127.*

## ¶ Adagia.

Qui nocere poteſt, & idem prodeſſe.

*In medicos imperitos, qui non raro venenum pro remedio miniſtrant, quadrabit illud ex eodem libro quod vſurpauit in pſeudomante Lucianus: eſtq; apud Homer. locis.*

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ, μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.
*Pharmaca miſta, ſalubria multa, at noxia multa.*

*Idem quadrabit in hominem & bonis, & malis inſtructum artibus, qui vel iuuare poſſit, ſi velit, vel lædere.*

## ¶ Biblica Exempla.

Medicinæ magis quam Deo fidere perniciosum. *Exemplum:* Aſa 2.*Paral.*16 12. Medice cura teipſum. *Luc.*4. *v.*23.

Media inconceſſa quærentium. *Exempla:* Saul, 1. *Sam.*28.6.7.8. Ochoſias, 2. *Regum* 1.2.3.4. Rex Moabitarum, 3.27. Zambri, 1, *Reg.*16, *v.*18. Aſa plus fidit medicis quam Deo, 2. *Paral.*16.13. Achaz, 28. *v.*3. 4. Ephraim, *Oſeæ* 5.13. mediis (quæ vocant) legitimis vtentes iuuat Deus, 2. *Sam.*10.12. 2. *Paral.*32.7.8. *Nehem.*4. *v.*9.21.

## ¶ Exemp

*Diod. lib.* 4. ſcribit Cybel
F. artem veterinariam reper
Quibus quod multi curarentur pueri, iccirco eam
trem nominatam eſſe. *Theat. Zuing.*

Medicinam, teſte Diodoro, volunt Mercurium apud
primum inueniſſe: at ſecundum veteres, Apis Ægyptiorum
perit, quod alii (auctore Plin.lib.7.) Araco Apollinis & Bab
lio tribuunt: alii ipſi Apollini, vnde apud Ouid.1.Metam.

*Inuentum medicina meum eſt, opiferq; per orbem*
*Dicor.*

*Hercules Celticus* pharmaca multa fertur adinueniſſe
venena, & ſerpentum morſus, & hinc ἀλεξικάκυ nomen
*Gilb Cogn.lib 3.narrat.*

*Pæon* medicæ artis peritiſſimus, à cuius nomine Pęonia he
men ſumpſit: Poſt obitum in Deorum numerum relatus: &
ſus eſſet, Deorum medicus conſtitutus. *Theat. Zuing.*

Apud *Indos* poſt Brachmanas philoſophos in maximo
nore medici: vt qui circa homines philoſophentur, frugales
non tamen ruſticantes oryza & ordeaceis viuentes, quæ ne
tus illis non irrogat, nemo hoſpitio non libenter ſuſcipit.

*Petrus Leo Spoletanus*, ingenioſus & doctus Aſtrologus
lix medicus, ad Laurentium Medicen vocatus: cum parum
medicamenta ſucederent, melancholia correptus, in pute
præcipitauit. *Iouius in Elogijs.*

*Hadrianus Imp.* medicinæ ſtudioſiſſimus fuit, & fortaſſe
tis. Proinde ſepulchro ſuo inſcribi voluit. Turba medicorum
dit Cæſarem. *Theat. Zuing. fol.*1239.

*Dionyſius tyrannus Siculus* medicinæ nauabat operam
curationes, ſectiones, vſtiones, & reliqua faciebat. *Ælian.lib.*

*Conſtantinus IV.* Pogonatus Imperat. Conſtantinop
poſt deuictos Saracenos & Arabes, philoſophiæ & rhetoric
renouauit: agriculturæ compendium collegit: & medicin
mo ſtudio amplexus eſt. *Theat. Zuing.*

## ¶ Hieroglyphica.

Cum ſacerdotes Ægyptii *Medicina* ab aliquo Deorum
ſtrata, à morbo conualuiſſe oſtendere voluiſſent, *Columb*
alii ſcribunt, P*alumbem lauri ramuſculum roſtro geſtante*
mebant. Ales enim ea, quoties ægrotare cœperit, *lauri fo*
pto, ſibi ipſi medetur. *Pier.Val.lib.22.pag.205.B.*

Quod ſi etiam *Ciconiam* ore tenentem Origani Muſcul
figurarit, hieroglyphico eo medicinam ſibi comparatam i
nam eius herbæ paſtione *Cicouta* ſtomachi faſtidium leua
*lib.17.pag.159.A.*

*Vide Morbus & Mors.*

# Mediocritas.

## ¶ Definitio.

MEdiocritas, Græce μετριότης, ητος, ἡ, & μέτριος, ε,
dicitur. Eſt autem mediocritas inter exceſſum &
Nam medium (vnde deſcendit) eſt, quod participat
extremorum.

## ¶ Sententiae Poeticae.

Phocylides.

Πάντων μέτρον ἄριϛον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναί.
*Omnium menſura optima, träsgreſſiones autẽ in*
Μέτρῳ μὲν φαγέειν καὶ μυθολογεύειν.
*Cum menſura comede, & bibe, & loquere.*

Pythagoras.

Μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριϛον.
*Menſura in omnibus optima.*

Heſiodus.

Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώιον, αἴκε δύνηαι,
Ὡς ἂν χρηΐζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς.
*Bona menſura mutuo ſumes a vicino bonaq; redd*
*Eadem menſura & melius ſi potes.*
*Vt ſi alias indigueris, & ſubminiſtrantem inuen*

Horat.1.epiſt.18.

*Virtus eſt medium vitiorum & vtrinq; reductum*

Ouid. de Triſt.

*Vſibus edocto ſi quicquam credis amico,*
*Viue tibi, & longe nomina magna fuge.*
*Viue tibi, quantumq; potes prælustria vita.*
*Sæuum præluſtri fulmen ab arce venit.*
*Effugit hybernas demiſſa antenna procellas:*
*Lataq; plus paruis vela timoris habent.*
*Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit: & intra*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Fortunam debet quiſq; manere ſuam.*

Claud. de Senat. Veron.

*Felix qui proprijs æuum tranſegit in aruis,*
*Ipſa domus puerum quem videt ipſa ſenem.*
*Qui baculo nitens, in qua reptauit arena,*
*Vnius numerat ſecula longa caſa.*

Luc. lib. 5.

*Diuitiæ grandes homini ſunt viuere parce.*
*Æquo animo: neq; enim eſt vnquam penuria parui.*

Hor. lib. 1. Epiſt.

*Quod ſatis eſt cui contingit nihil amplius optet.*
*Non domus & fundus, non æris aceruus & auri*
*Ægroto domini deduxit corpore febres,*
*Non animo curas.*

Menander.

Ἄνθρωπον ὄντα σ' αὐτὸν ἀναμίμνησκ' ἀεί.
*Hominem eſſe te ipſum recordare ſemper.*
Ἴσος μὲν ἴσθι, πᾶσι, κἂν προὔχῃς βίῳ.
*Æqualis quidem ſis omnibus, & ſi præſtes diuitijs.*

Ex 1. Epigrammat.

Πᾶν τὸ περιττὸν, ἄκαιρον, ἐπεὶ λόγος ἐστὶ παλαιός.
Ὡς καὶ τοῦ μέλιτος τὸ πλέον ἐστὶ χολή.
*Omne ſuperfluum intempeſtiuum, quoniam ſermo eſt antiquus:*
*Quid & mellis nimium, eſt bilis.*

Iulianus.

Οἶκος, καὶ πάτρη, βιότου χάρις, αἱ δὲ περισσαὶ
Φροντίδες, ἀνθρώποις οὐ βίος, ἀλλὰ πόνος,
*Domus & patria, vitæ gratia: ſuperfluæ autem*
*Curæ hominibus, non vita, ſed labor.*

Baſſus.

Μήτε με χείματι πόντος ἄγοι θρασὺς, οὐδὲ γαλήνην
Ἀργὴν ἠσπασάμην τὴν πολυηνεμίην.
Αἱ μεσότητες ἄρισται, ὅπη δέ γε πρήξιες ἀνδρῶν,
Καὶ μάλα μέτρον ἐγὼ τ' ἄρκιον ἠσπασάμην.
Τοῦτ' ἐγάπα φίλε Λάμπι, κακὰς δ' ἔχθαιρε θυέλλας.
Εἰσί τινες πρηεῖς, καὶ βιότου ζέφυροι.
*Neq; me tempeſtate mare ducat concitatum, neq; tranquillitatem*
*Otioſam amaui omnino ventis carentem.*
*Mediocritatem optima, vbi autem actiones virorũ,*
*Et valde menſuram ego ſufficientem amaui.*
*Hoc amato chare Lampi, malas fuge procellas.*
*Sunt quidam manſueti, & vitæ Zephyri.*

Palladas.

Ἡ μεσότης γὰρ ἄριστον, ἐπεὶ τὰ μὲν ἄκρα πέφυκε
Κινδύνους ἐπάγειν, ἔσχατα δ' ὕβριν ἔχει.
*Mediocritas enim optimum quid, quoniam ſumma quidem apta ſunt*
*Pericula inducere, extrema vero conuitium habent.*

Plaut. in Pœnulo.

*Hoc vnum tamen cogito, Modus omnibus in rebus optimus eſt habitu.*
*Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex ſe.*

Terent. in Andr.

*Apprime in vita homine vtile eſt, ut ne quid nimis.*

Hor. lib. 1. ſerm. ſat. 1.

*Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines,*
*Quos vltra citra nequit conſiſtere rectum.*

Ouid. 2. Met.

*Altius egreſſus cæleſtia tecta cremabis,*
*Inferius, terras, medio tutiſſimus ibis.*

Idem 8. Met.

*Poſtquam manus vltima cœpto*
*Impoſita eſt, geminas opifex librauit in alas*
*Ipſe ſuum corpus, motaq; pependit in aura,*
*Inſtruit & natum, medioq; ut limite curras*
*Icare, ait, moneo, ne ſi demiſſior ibis,*
*Vnda grauet pennas ſi celſior, ignis adurat.*
*Inter vtrumq; vola.*

Horat. Carm. 10. lib. 2.

*Rectius viues Licini, neq; altum*
*Semper vrgendo, neq; dum procellas*
*Cautus horreſcis, nimium premendo*
*Littus iniquum.*
*Auream quiſquis mediocritatem*
*Diligit, tutus, caret obſoleti*
*Sordibus tecti, caret inuidenda*
*Sobrius aula.*

Sen. Oedip. Act. 4.

*Fata ſi liceat mihi*
*Fingere arbitrio meo,*
*Temperem Zephyro leui*
*Vela, ne preſſa graui*
*Spiritu antennæ tremant,*
*Lene ſed modicum fluens*
*Aura, nec vrgens latus*
*Ducat intrepidam ratem.*
*Tuta me media vehat*
*Vita, decurrente via.*
*Cnoſſium regem timens,*
*Alta dum demens petit,*
*Auribus fidens nouis,*
*Certat & veras aues*
*Vincere, & falſis nimis*
*Imperat pennis puer.*
*Nomen eripuit freto.*
*Callidus medium ſenex*
*Dædalus librans iter,*
*Nube ſub media ſtetit,*
*Alitem expectans ſuam, &c.*
*Quicquid exceſſit modum,*
*Pendet inſtabili loco.*

Idem Agam.

*Felix media quiſq; turba*
*Partem quietus aura ſtringit*
*Littora tuta, timidusq; mari*
*Credere cymbam remo terras,*
*Propiore legit.*

Terent. Andr.

*Nam id arbitror*
*Apprime in vita eſſe vtile, ne quid nimis*

Mart. 1.

*Illud quod medium eſt, atq; inter vtrumq; probatur*

Sen. Oed. Act. 1.

*Quisquis medium defugit iter,*
*Stabili nunquam tramite curret.*

Ouid. 3. Triſt. 4.

*Qui cadit in plano, vix hoc tamen euenit ipſum,*
*Sic cadit, vt tacta ſurgere poſſit humo:*
*At miſer Elpenor tecto delapſus ab alto*
*Occurrit regi flebilis vmbra ſuo.*
*Quid fuit, ut tutas agitaret Dædalus alas;*
*Icarus immenſas nomine ſignet aquas?*
*Nempe quod hic alte, demiſſius ille volabat:*
*Nam pennas ambo non habuere ſuas.*

Lucan.

*In ſe magna ruunt, lætis hunc Numina rebus*
*Creſcendi poſuere modum.*

## ¶ Sententiae Philosophicae.

Eſt mediocritas quædam virtus: cum medii & perfecti ſit indagatrix. *Ariſt. l. 2. Ethic. c. 6.*

Omnes qui mediocritatem inueſtigant, & exquirunt: primum ab eo debent, quod magis ei contrarium eſt, diſcedere. *lib. 2. Ethic. cap. 9.*

Rei medium appello id quod æque abeſt ab vtraque extremitate: idq; apud omnes vnum idemq; valet & efficit. Noſtra autem ratione id medium eſt: quod nec tranſit modum, nec deſerit, nec vnum idemque apud omnes valet. *l. 2. Ethic. c. 6.*

Omnem artis præſtantiam conſeruat mediocritas. *ibid.*

Mediocritas duorum vitiorum eſt, quorum alterum eo quod ſuperat, alterum eo quod parum eſt, cernitur. *ibid.*

Quibus in rebus nimium & parum reperitur: in iis etiam relinquitur mediocritati locus. *lib. 4. Eth. c. 4. & l. 1. Magn. Mor. c. 9.*

Nec quicquam eſt difficilius quam reperiri, omni in re medium. *Eth. l. 2. c. 9.*

Longe à delinquendo abducti veniemus ad mediocritatem. *ibidem.*

Quod modicum eſt, id bonum. Nam quod maius eſt quam oporteat, id malum eſt. *li. Rhet. ad Theodect. c. 6.*

His rebus quæ tractantur in vita, modum quendam & ordinem adhibentes, honeſtatem & decus conſeruabimus. *Cic. 2. Offi.*

Mediocritas ad omnem vſum, cultumque vitæ referenda eſt. In omnibus rebus mediocritas optima. 1. *Offic.*

Modus eſt optimus, decus ipſum tenere, nec progredi longius. *Orat. ad Brut.*

Suus cuique modus eſt, tamen magis offendit nimium, quam parum. *De Orat.*

Vſque adeo magnum quid, & honeſta res eſt mediocritas, vt, quod malum euenit, magis eum qui paſſus eſt, quam qui fecit, pudore ſuffundat. *Polyb. hiſt. l. 8.*

Quædam, immo virtutes, odio ſunt, ſeueritas obſtinata, inuictus aduerſus gratiam animus. *Tacit. Annal. lib. 15.*

Id ſemper egregium eſt, metiri quantum queas, neque ambitione præceps agi; tum in imperio, cuius adeo cupidi mortales ſunt, vt id vel vltima ſenectus auide petat. *Aurel. Victor.*

Præclare ſapienterque dixerunt priſci illi homines, Nihil vltra modum; &, præclara res eſt mediocritas. *Conſtantin. Manaſſ. pag. 108.*

Nihil eſt præſtabilius mediocri vitæ genere, quod qui poteſt aſſequi & tueri, is omnium certe eſt feliciſſimus. *Ph. Cominaus, hiſtor. libro* 10.

### ❡ Apophthegmata.

*Pittacum*, aiunt dicere ſolitum, Dimidium plus eſſe toto, de quo dicto multa, *Eraſm. in Chiliadibus*. Hoc dictum autem extat apud *Laert lib.* 5. *c.* 5.

*Solon*, eius item dictum nobile, & ſingulis momentis repetendum celebratur, Μηδὲν ἄγαν, id eſt, *Nequid nimis*, quod mediocritatem auream, in omnibus ſeruandam eſſe iubet. *Laert. & Stob. ſer.* 3.

*Cleobulus*, nec minus celebre eſt illud Cleobuli. Μέτρον ἄριστον, id eſt, Modus optimus: Eandem mediocritatem commendans. *Laert. & Stob.*

*Philoxenus* dicebat eſſe iucundiſſimas carnes, quæ carnes non ſunt: & ſuauiſſimos piſces, qui piſces non ſunt, quemadmodum amœniſſimam eſſe nauigationem iuxta terram, & ambulationem iuxta aquam. *Eraſ. l.* 6. *apoph. ex Plut.*

*Lycurgus* interrogatus, quam ob rem ſtatuiſſet, vt ad ædium culmen imponendum fabri ſecuri vterentur, ad fores vero addendas ſola ſerra, nec vllo alio inſtrumento. Vt, inquit, ciues mediocritatem ſeruent in omnibus quæ apud alios ſunt admirationi. Videbatur enim parum decorum eſſe, ſi per oſtium rude inferrentur exotica pretio chara, arte operoſa, &c. *Plut. in Lacon.*

*Seneca.* Nero ſibi comparat aulæum quoddam inſigne tum pretio, tum pulchritudine. Id videns Seneca, Declaraſti, inquit, te eſſe pauperem. Cauſam rogante Nerone: Quod ſi illud amiſeris, inquit, non poteris aliud parare ſimile. Euenit vt illud aulæum naufragio periret. In hoc autem profecerat Senecæ admonitio, vt Nero iacturam adamatæ rei ferret moderatius. Qui nummum habet vnicum, quo amiſſo non queat alterum promere pauper eſt. Tutiſſimum igitur eſt, mediocribus ac parabilibus delectari. *Eraſm. libr.* 6. *apoph.*

*Alphonſus*, optimum factum ſibi videri dicebat, ſi voluntas noſtra inter amorem ac metum media intercederet. Vt quantum amor ad exceſſum impelleret, tantum timor illam è diuerſo retraheret. Senſit autem mediocritatem in omnibus eſſe optimam, & hominum actiones media voluntate temperandas. *Panor. libr.* 4. *de reb geſt. Alphonſi.*

*Socrates* percontatus quænam eſſet potiſſima iuuenum virtus? Vt, inquit ne quid nimium tentent. Calor enim ætatis vix ſinit illos ſeruare modum. *Laert. in Socrate.*

*Democritus*, ſi quis modum (inquit) exceſſerit, iucundiſſima quæque iniucundiſſima fient. *Stob. ſer.* 17. Idem ab Epicteto dictum eſt. *Arriano teſte.*

*Ariſtippus.* Aretam filiam ſalubribus præceptis inſtituebat, conſuefaciens, vt vbique quod immodicum eſſet, contemneret; quod mediocritas in omni re ſit optima: & in fœmina maximæ virtutis ſit, temperare cupiditatibus. *Laert. l* 2. *c.* 8.

*Diogenes*, cum multis videretur immodice philoſophus, reſpondit, ſeſe imitari chori magiſtros, qui tonum legitimum excedere ſolent, vt alii congruum arriperent. Quod enim excedit modum, tametſi vitioſum eſt, tamen ad excitandam aliorum ſocordiam conducibile eſt. Ita pallium ac dolium Diogenis diuitibus ſuas delicias exprobrabant. *Laert. l.* 2. *c.* 8.

*M. Cato.* qui magiſtratum eundem frequenter ambirent, dicebat, veluti ignaros vitæ, ne aberrarent, lictores qui præcederent ſemper quærere. Solebant enim lictores præire, non vt iam oſtenderent, ſed honoris gratia. Voluit autem indicare vir prudentiſſimus, modum etiam in petendo magiſtratu obſeruari oportere. *Eraſ. l.* 5. *apoph.*

### ❡ Similitudines.

*D. Auguſtini*, ſicut inter ignem & aquam tenenda eſt via, vt nec exuratur homo, nec demergatur: Sic inter apicem ſuperbiæ & voraginem deſidiæ, iter noſtrum temperare debemus, ſicut ſcriptum: Non declinantes neque ad dextram, neque ad ſiniſtram. *Epiſtol.* 82.

*Senecæ*, nauis in fluuio magna, in mari parua eſt: Sic mediocres videntur inſignes. *Apud.*

*Plinij*, vt nihil minus expedit, quam agrum optime colere: Ita ſæpenumero inutiliſſimum eſt, nimis eſſe in negotio diligentem. *Lib.* 18. *cap.* 6.

*Nilus famem* adfert Ægyptiis, ſi vel parum exundarit, hoc eſt, minus 12. cubitis: vel plus ſatis, hoc eſt, vltra 18. Ita pariter obſtat ad bonam mentem fortuna vel nimium ſecunda, vel nimium maligna: hic egeſtate vexans, illic delitiis auocans ab honeſto. *cap.* 18.

*Apodes* auiculæ aut pendent volatu, aut iacent, propterea quod pedibus careant: Ita quidam in vtramque partem nimis vehimentes, aut nimium tumultuantur negotiis, aut toti torpent ocio: nil medium eſt. *lib.* 10. *c.* 39.

*Hedera* pota neruis nocet, eadem foris adhibita prodeſt: Sic Philoſophiam ſi penitus imbibas, nocet ad pietatem: ſi leuiter, & veluti foris admoueas, prodeſt ad eruditionem. *lib.* 24. *c.* 10.

*Gallus Phrygiæ fluuius* ſi modice bibas, medetur corporum ... ſi immodice lymphatum animum agit. Ita ſi philoſophiam ... modice attingas proſunt: ſin totum te illi addixeris ſtudioſum ... mentis auferunt, & inanis gloriæ furore quodam præcipitem ... *lib.* 31. *c.* 2.

*Notatus Protegenes*, alioqui ſummus in pictura artifex, quod ... ſciret manum tollere de tabula: Ita quidam ſcriptores immodica di... ligentia peccant, quibus nihil vnquam ſatis emendatum ... *lib.* 35. *c.* 10.

*Iouiniani Pontani*, virtus neceſſe eſt conſtituatur: eritque ... vt Horatius definit, medium vitiorum, atque vtrinque reductum ... Cum autem in ipſa vitia hinc deficiendo, illinc exuperando, pro... temur, efficitur vt medium illud aut perinde deſeramus, ac ... temptui ipſum habeamus, ita quidem de via digreſſi, vt ... menſuramque ſponte exceſſerimus, aut ab eo ſic recedamus, vt ... modo recuſare verum etiam reformidare ipſum medium ... mur. Ex quo fit, vt nec rerum nec menſuræ ratione habita, nunc ... uperante animo, nunc rurſus deficiente proprium virtutis ... implere nequeamus. Nec vero audiendi ſunt qui aduerſus hæc ... rere cœperunt, minuti philoſophi, aut potius nullo modo philoſo... phi: qui mihi illud ſane velle ſuadere videntur, vt de hominum ... ctionibus tollatur menſura, ea videlicet, ſine qua nec artifices ... dem conſummatum facere aliquid valeant. Eſt enim artificis ... ptimi cuiuſque maxime metiri quæ facit, atque ad menſuram ... gere & numeros, quo ſingulæ ſibi inter ſe partes conueniant. ... bus ipſe dimetiendis adæquandisque intentus, vt qui à ſuis ... rectaque menſura nulla è parte recedat, opus ſuum tale effici... quod de opere dici maxime conſummato ſolet, nihil addi que... hil eximi: quod præſtare atq; efficere, proprium eſt menſuræ. ... circa quando omnis affabrefactio ex eo eſt, vt nec magis ... productum habeant aut ſubductum, quam ratio, quam ... quam res denique ipſa, quæ fit, poſtulat: nimirum laus omnis ... artificis tum operis, eſt à medio: cuius vt dixi, iudex eſt ... Docent hoc pictores in primis, & cælatores, & qui vocantur Archi... tecti Rerum quoque ſcriptores ac poetæ duo ante omnia fugiunt, ... alterum, ne quid inſolens ac turgidum in dicendo habeant: ... rum, ne quid humile & abiectum. Quæ cum fugiant, quodnam ... gis ſequuntur, quam quod inter duo hæc poſitum & conſtitutum ... eſt? Id certe niſi medium eſſe nequit, quando ab vtroque ... (qui medii eſt natura) recedi. Ergo etiam poetæ virtus ac laus ... medii obſeruatione gignitur, Quique quod Phyſicis quoque ... ab vno ad alterum extremum, niſi per medium, aditum ... lum. *De fortitudine lib.* 1. *cap.* 4.

*Roterodami*, ſicuti quaſdam arbores fœcunditas & luxuries ... necat: ita quoſdam perdit immodicus rerum ſucceſſus, *in* ... *bus.*

*Sicuti ſal* modice cibis aſperſus condit, & gratiam saporis ... Ita ſi paulum antiquitatis aut ioci admiſcueris, oratio fiet ... ſi plus ſatis, nihil inſuauius. *ibid.*

*Vitis* niſi ſubinde amputetur, ipſa ſua fœcunditate & gra... & perit: Ita cohibendum eſt immoderatum ſtudium fœlicium in... geniis, ne parum moderato labore conſumantur, *ibid.*

---

# Meditatio.

### ❡ Definitio et Etymolog.

MEditatio, Græce Μελέτη, ης, ἡ, & μελετάω, meditor dicitur. ... *Hegeh. Huguth, Higgaion*, à verbo, *Hagah*, id eſt, ... de, mouit in ore, meditatus eſt, medio in corde verſauit, ... tam ore quam animo. Hinc ἡγέομαι, ἀφηγέομαι, διηγέομαι, ... ditor, narro, computo: ἐξηγέομαι, enarro, ἐξήγησις, enarratio, ... tionis explicatio.

Meditatio, eſt rei cuiuſvis in mente repetitio & agitatio ... Multi naturæ vitium meditatione atque exercitatione ... (inquit Cicero) vt Demoſthenes.

Quid autem ſit, & quomodo differat à conſideratione ... tione, & contemplatione, vide ſupra in Cogitatio.

### ❡ Biblici Loci.

Meditandum verbum Dei, *Deut.* 11. & 18. 19. *Ioſ.* 1. 8. *Pſ.* 1. ...

### ❡ Sententiae Poeticae.

Periand. per Auſon.

*Μελέτη τὸ πᾶν, qui dixit, quid dictum probo,*
*Meditationem id eſſe totum quod geras.*

Ibidem.

*Is quippe ſolus rei gerendæ eſt efficax,*
*Meditatur omne qui prius negotium.*

Ter. Adelph.

*O Demea iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt*
*Videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt.*
*Proſpicere.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Periand. per Auſon.

*Aduerſa rerum, vel ſecunda prædicat*
*Meditanda cunctis comicus Terentius,*
*Locare ſedes, bellum gerere, aut ponere:*
*Magnas, modicasq; res etiam paruas quoque*
*Agere volentem ſemper meditari decet.*
*Nam ſegniores omnes inceptis nouis,*
*Meditatio ſi rei gerendæ defuit.*

Ibid.

*Nihil eſt, quod ampliorem curam poſtulet,*
*Quam cogitare, quid gerendum ſit, dehinc*
*Incogitantes Fors, non conſilium regit.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORVM.

Meditari nihil aliud eſt, quam crebro repetere imagines, atque recurrere, non vti in ſe ſpectandæ ſunt, ſed vt imagines aliorum. *Thom. de mem. & rem. l. 1. c. 15.*

Meditari nihil aliud eſt, quam ſpeculari multoties aliquid idem, vt imaginem rei præteritæ non per ſe. *Albert. Magn. de mem. & rem. tract. 1. c. 4.*

Meditationes ad gaudium & bonam ſpem cordis fortitudinem ſignificant, & æqualitatem complexionis: at quæ declinat ad ſolicitudinem, exceſſum in calore ſignificant: quæ ad timorem, & triſtitiam declinant, exceſſum in frigiditate ſignificant. *idem de ani. l. 1. tract. 1. c. 4.*

Meditari nil aliud eſt, quam multoties rem aliquam conſiderare. *D. Thom. de m. & rem. tex. 27. lib. 3.*

Meditatio non eſt amplius producenda, niſi quouſque voluptas procedit. *Fic. de can. tuen. lib. 1. c. 8.*

Meditationes & doctrinæ tanquam colliſiones quædam mutuæ animorum, ipſius primi boni gratia factæ, amorem tandem ad ipſum bonum in animo accendunt, amor conteſtim traducit, & vnit, mox bonum in animo ſic accenſo ſuperne lumen effulget. *idem in Dion. Areopag. de diu. nom.*

¶ SIMILITVDO.

*D. Gregorij.* Nulla ars doceri præſumitur, niſi intenta prius meditatione diſcatur: ars artium eſt regimen animarum. Quis cogitationum vulnera occultiora eſſe, neſciat vulneribus viſcerum? Et tamen ſæpe, qui nequaquam ſpiritualia præcepta cognouerunt, cordis ſe medicos profiteri non metuunt, dum qui pigmentorum vim neſciunt, medici videri carnis erubeſcunt. *in Paſtorali. part. 1. c. 1.*

*Vide Contemplatio, Conſideratio.*

# Memoria.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

MEmoria. Græce μνήμη, ης, & μνήμων, ονος, ὁ, ἡ, memor, & μνημονεύω, memoro dicitur. Hebr. *Zeker*, & *Ziccaron*, memoria, recordatio, monimentum, quod nos alicuius rei admonet: à verbo *Zachar*, vel (quod pronunciamus. ac ſic ſcriptum eſſet *Zakar*) id eſt, recordatus eſt, reuoluit in corde, habuit in corde, reſeruauit in corde ſuo, ad mentem reuocauit. Eſt autem memoria, per quam animus repetit ea, quæ fuerunt. *Cic. in Rhetor.*

Memoria eſt iterata reſumptio alicuius apprehenſi ſenſu, vel intellectu. *ſecund. Ariſt. lib. de Memoria & reminiſcentia.*

Memoria eſt in multis aliis animalibus, reminiſcentia tantum in hominibus. Differunt enim memorari & reminiſci, primo ſecundum tempus: quia licet vtrunque ſit circa præteritum, tamen reminiſcentia requirit obliuionem in tempore intermedio, quod nō requirit memoratio. Item memoratio bene conuenit aliis animalibus ab homine, reminiſcentia verò non. *ex Ariſt.*

Memoria eſt pars integralis prudentiæ, quia ad eam requiritur experimentum multorum, quod haberi non poteſt abſq; memoria præteritorum, quia, vt dicit Philoſophus 1. *Metaphyſ.* experimentum eſt ex pluribus memoriis.

Memoria, qua repetit animus, quæ fuerunt. *Cic. in Rhetor. ſecundum Ariſt. de memoria & reminiſcentiæ.* eſt iterata reſumptio, alicuius apprehenſi ſenſu vel intellectu. Vel: *ſecundum eundem*, eſt pars integralis prudentiæ. Non eſt autem futurorum, nec præſentium, ſed præteritorum tantum: ſenſus præſentium, ſpes futurorum.

¶ DIVISIO.

Memoria eſt duplex: *Naturalis*, ea quæ noſtris animis eſt, inſita, & ſimul cum cogitatione nata: *Artificioſa* verò illa, quam confirmat inductio quædam, & ratio perceptionis. Sed quia in cæteris rebus ingenii bonitas imitatur ſæpè doctrinam: ars porro naturæ commoda confirmat, & auget ita fit in hac re, vt nonnunquam naturalis memoria, ſi cui data eſt egregia, ſimilis ſit artificioſæ.

¶ BIBLICI LOCI.

Memoria beneficiorum acceptorum neceſſaria eſt, *Deut. 24. v. 18. 22. & 16. 26. 5. Pſal. 71. 6. & 78. 6.* Memoria præteritarum miſeriarum vtilis eſt, *Exodi 22. 21. & 23. 9. Leuit. 19. 34. Deut. 10. 9. & 15. v. 15. & 16. 12.*

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

*Nouiſsimorum memoria à malo reuocat.*

Io omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. *Eccl. 7.*

Memento nouiſſimorum, & deſine inimicari. 28.

*Ad bonum incitat.*

In die bonorum ne immemor ſis malorum, & in die malorum ne immemor ſis bonorum, quoniam facile eſt coram Deo in die obitus retribuere vnicuique ſecundum vias ſuas. *Eccl. 11.*

Memento iræ in die conſummationis, & tempus retributionis in conuerſatione facies. 18.

Ne dederis in triſtitiam cor tuum, ſed repelle eam à te, & memento nouiſſimorum 38.

Memor eſto iudicii mei, ſic enim erit & tuum. Mihi heri, & tibi hodie. *ibid.*

Non poſuiſti hæc ſuper cor tuum, neque recordata es nouiſſimi tui. *Eſa. 47.*

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Memoria eſt ſignatarum rerum in mente veſtigium. 1. *Tuſcul.*

Memoria minuitur, niſi exerceas eam: nunquam tamen ſenem quenquam audiui oblitum, quò loco theſaurum obruiſſet. *Cato Maior.*

Habet præteriti doloris ſecuta recordatio delectationem. *Cicero lib. 3. epiſt. fam.*

Iucunda & ſuauis eſt præteritorum malorum memoria.

Iucundi ſunt acti labores. 2. *de Finibus.*

Tantum ſcimus, quantum memoria tenemus.

Facile meminimus, quæ volumus: at non licet obliuiſci, quæ volumus.

Tenaciſſima eſt iniuriæ memoria, at beneficii breuiſſima.

Memoria hominum adeo labilis eſt, vt ægrè reperias duos, qui quæ ſimul audierunt, eodem modo referant. *Eraſ. in apoph.*

Omnis diſciplina memoria conſtat, fruſtraque docemur, ſi quicquid audimus, præterfluat. *Quint. lib. 11.*

Memoria vel nomine ſuo Græco manſio potius, quam motio dicitur.

Profecto quæ in pueritia diſcimus, diutius firmiusque, vt fertur, meminiſſe ſolemus.

Mater Muſarum Memoria eſt. *Plat. in Crat. Timeo.*

Memoria laborant & celeres, & tardi: celeres, quod humidiores ſint, quam par eſt, vnde ſiſti & inhærere imagines non poſſunt: tardi, quod rigeant plus æquo, vnde propter duritiem typos non admittunt.

Memoria eſt ſcriba intus manens. *Ariſt.*

Eorum, quæ frequenter intelligimus, cito reminiſcimur.

Memoria non eſt futurorum, nec præſentium, ſed præteritorum, vnde ſenſus eſt præſentium: Opinio ſeu fides futurorum, & memoria præteritorum. *idem de memor.*

Quemadmodum & reliquas animæ facultates ex actionibus ipſarum deprehendimus: ita memoriam quoq; à poſteriori conſiderantes poſuimus animæ facultatem eſſe, quæ per relationem ad alia conſiſtat ex rebus ſine ſenſu ſiue cogitatione perceptis. Atq; hæc animæ potentia, quæ ſemper ad illa refertur, memoria appellatur.

Ariſtoteles memoriam habitum imaginationis eſſe diffinit, tanquam ſimulachrum illius rei, à quo orta eſt imaginatio. Cum enim ad facultatem imaginandi ſenſus peruenit, tum illa, quæcunq; tandem affectio, phantaſma dicitur. Excitata igitur ſentiendi facultate à ſenſu, id quod offert rei ſenſilis imaginem, à qua re phantaſma natum eſt, imaginis & ſimulachri rationem habet ad ipſam rem phantaſia perceptam: & ſic imago quædam eſt in facultate phantaſtica rei, quæ ſub ſenſum cecidit. Quum autem circa phantaſticam facultatem retentio & habitus phantaſmatis fit, Memoria nuncupatur, quæ quidem brutis quoque communis eſt. Illa verò diſcreta facultas, qua reminiſcimur, ſolis ratione præditis contingit. Nam quod diſcretum eſt, ad rationem pertinet: proinde Ariſtoteles ait, animalia bruta meminiſſe quidem, non autem reminiſci: ſolum verò hominem vtrunq; facere. *Porphyrius de anima & potentijs.*

Memoria eſt facultas animi, qua quis ea quæ ſenſu aliquo externo, aut interno cognouit, in mente continet. Itaq; actio huius tota eſt introrſum conuerſa: eſt enim Memoria, velut picta tabula, quæ vt aſpectu oculorum efficit actum notitiæ, ſic illa intuitu animi intelligentis aut cognoſcentis. Quæ notitia non eſt ſimplex. Nam conſideratio eſt, cum inquirit & ſcrutatur: Recordatio verò, cum ad id peruentum eſt, quod volumus. Eſt & in Recordatione recultus, cum animus inſiſtit in recordatione rei alicuius, multum eam retractans cogitatione, & reuoluens: quod recolere nominatur. Quæ Recordatio ſimplici gignitur intuitu animi in memoria, ea communis eſt nobis cum beluis: quæ autem fit per gradus quoſdam, & diſcurſum à rebus, quæ ante animum obuerſantur, ad ea quæ ſubterfugerant, hominis eſt propria, qui ſolus diſcurſu vtitur, reminiſci, à Philoſophis nuncupatur. Reminiſcentia nobis eſt, quod Græcis ἀνάμνησις, quæ eſt in recordationem reductio, quaſique recordationis recorda.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cordatio. Habemus igitur Memoriam, Recordationem & Reminiſcentiam.

Memoriæ ſedes ac velut fabrica, in occipitio eſt à natura collocata, admirabili ſapientia, quod præterita cernat. Illic velut oculum habemus quendam multo præſtantiorem, quam ſi corporalis aliquis eſſet aſtructus, qualis in fronte: quod in fabulis eſt de Iano.

Memoriæ, ſicut & manus duæ ſunt vires: apprehendere, & retinere. Apprehendunt facile, qui humido ſunt cerebro.

Memoriæ plurimum confert naturalis contemperatio corporis, quali fuiſſe præditos illos credibile eſt, quorum magnitudo memoriæ monumentis literarum celebratur: Themiſtocles, Cyrus, Cyneas, Hortenſis. Adiuuatur tota ratione victus, cibis, potionibus, exercitamentis, quiete, ſomno moderatis, & ad facultatis illius inſtrumenta accommodis. *Ludouicus Viues lib. 2. de Anima.*

*Η μνήμη παντί πȣ μηνύει, ὅτι μονὴ ἐςὶ ἐν τῇ ψυχῇ, ἀλλ᾽ ȣ̓ φορά.*

Memoria vel nomine ſuo Græco cuiuis oſtendit, quod manſio quædam ſit in anima, non autem motio. *Plato in Cratylo.*

*Μεγίςη δὲ φυλακὴ, τὸ μὴ γράφειν, ἀλλ᾽ ἐκμανθάνειν, ȣ̓ γάρ ἐςι τὰ γραφέντα, μὴ ȣ̓κ ἐκπεσεῖν.*

Maxima ſtudiorum eſt conſeruatio, ſi non ſcribantur, ſed ediſcantur: fieri enim non poteſt, quin ſcripta nobis excidant. *idem in epiſt. ad Dionyſ.*

Memoria neceſſarium maxime vitæ bonum, & theſaurus eloquentiæ, ac tanquam lumen aliquod res eſt ex omnibus partibus animi maxime delicata & fragilis; in quam primum ſenectus incurrit, ſæpeque, vt Plinius inquit, deficere tentatur, meditatur, vel quieto corpore, ac valido. Somno quoque ſerpente computat, vt inanis mens quærat, ſit vbi loci. Imo verò huic adagioni occaſio data, vt eum, qui memoria ſit nulla, ſepulchra legiſſe dicamus. Nec ſepulchra legens) *inquit apud Ciceronem Cato*) vereor, quod aiunt, ne perdam memoriam. His enim ipſis legendis, redeo in memoriam mortuorum. Eſt profectò huius pœnitentiæ natura miranda. Subito vetuſta ex longiore interuallo reuocata ingerunt ſeſe, atque exhibent, interim ſponte, interim id ipſum agentibus nobis ac meditantibus ſæpe ac interquieſcentibus. Excidunt quandoque proxima, inhærent affixa, quæ vetuſta ſunt, heſternorum obliti, acta pueritiæ in digitos mittimus. Quod requiſiueris, altius illatebrare ſe atque recondere animaduertitur: mox aliud agenti reddit, ſe atque offert, nec manet ſemper memoria, ſed aliquando veluti poſtliminio redit.

*Galenus* poſt Hippocratem ſummus artis medicæ princeps, in Microtechne, cerebrum tenuitatis contemperatæ eſſe memoriæ fomitem, cauſamq; præcipuam arbitratur: quoniam craſſiore parte illa obrepat obliuio, qua humectiore item hebeſcant ſenſus: ſicciore autem euadant liquidiores. Porro, *Auicenna 6. Naturalium tradente*, egregia illis ſupetit memoria, quorum animæ multis non diſtrahuntur motibus, nec conuellitur cogitatio. Quæ ratio plene efficit, vt pueri, quamuis humectioris ſint naturæ, pertinaciter tamen retineant, quæ imbiberint, ſimul & propter motus vehementiam, *vt adijcit Thomas.* Nam & quæ miramur amplius memoriæ adglutinantur, adfiguntur que: admirantur autem ferè omnia pueri, vt quibus noua ac inſolita ſint. Hoc verò eſt, quod ſignificat Quintilianus, vbi natura eſſe nos tenaciores ait, eorum quæ à teneris annis imbibimus. Contra verò in ſenioribus, redundante humoris vi, contingit memoriam eſſe nullam, ſed timentibus excutitur memoria, propter frigiditatem humores congelantem, quibus coeuntibus concreſcentibusque, nulla recipi impreſſio poteſt, &c. *De reminiſcentia & memoria vide Platonem in Philebo, ac Phædro, dialogis, item & in Phædone.*

Docilitatis partes tres eſſe apud Græcos traduntur: anchinœa id eſt, Solertia, Memoria, Oxytes. Memoria eſt eorum, quæ quis didicit, conſeruatio. Oxytes, mentis intelligitur celeritas. Anchinœa verò, vbi ex iis quæ didicimus, etiam quæ non didicimus, venamur: quam Quintilianus mentis agitationem vocauit. Ariſtoteles 6, Moralium Anchinœam, ab Eubulia: id eſt, conſultandi præſtantia diuerſam facit: quoniam ſit Anchinœa Euſtochia quædam, id eſt, coniectandi excellentia.

Differunt autem memoria & reminiſcentia: nam eſt in brutis memoria, vnde & prudentiam quoque habere in Philoſophia prima colligit Ariſtoteles, verum imperfectam, ſicut & memoriam. In hominibus enim tantum eſt reminiſcentia. Ea verò eſt diſcurſus rerum cum ratione ab vniuerſalibus ad particularia, & remotis à ſenſu vel indeptio, ac recenſio eorum, quæ in ſe memoria reſeruarit, memoriæ plerumque vegetandæ gratia. Sexto Naturalium Auicenna ſcribit: Cognoſcere aliquid ſibi fuiſſe quod idem ſit abolitum, in homine eſt tantum, & in rationali virtute.

Memoriæ virtus ex quorundam ſrntentia duplex videtur: facile percipere, diu retinere, illud ex humecta contingit natura, hoc eſt ſicca. Inde venit, vt nonnulli facilius diſcant, quam percepta cuſtodiant. Alii vero ſecus, vt ad humiditatem vergunt, vel ad ſiccitatem, & propterea Ariſtoteles.

*Οὐ γὰρ οἱ αὐτοί εἰσι μνημονικοὶ, καὶ ἀναμνηςικοὶ, ἀλλ᾽ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μνημονικώτεροι μὲν οἱ βραδεῖς ἀναμνηςικώτεροι, δὲ οἱ ταχεῖς καὶ εὐμαθεῖς.*

Non iiſdem memoria viget ac reminiſcentia: ſed vt plurimum ingenio tardi memoria valent, dociles autem, reminiſcentia. Cuius ratio eſt, vt inquit Thomas, quia diuerſæ hominum habitudinis animæ operationes ex diuerſa proueniunt corporis diſpoſitione. Videmus autem ea, quæ difficulter ac tarde impreſſionem recipiunt, validè perſeueranterque eandem cuſtodire, vt eſt lapis; quæ verò nullo admittunt negotio, haud pertinaciter retinere, ſed eadem facilitate remittere, vt cera, aut aqua. Et quia nihil propriè aliud memoria eſt quam perceptorum conſtans retentio, inde eſt, quod hebetium adminiculatior firmiorq; memoria eſt: acutorum verò velocium imbecillior, & magis lubrica. Cæterum in iis reminiſcentia longe præcellens. *Hæc & alia plura Calius Rodiginus lib. ... antiquarum lectionum, c. 15.*

De memoria. DIAL. VIII.

*Franciſci Petrarchæ.*

GAV.

Memoria ingens data eſt. R. Ampla ergo domus tædii & ... fumoſarum imaginum, vbi multa diſpliceant. G. Memoria ... tarum rerum. R. Multis in rebus pauca delectant, plurima ... & ſæpe delectabilium mœſta recordatio eſt. G. Rerum ad... rum moria. R. Si bonarum, bene, ſi malarum, quid hinc gaude... rum ne triſte eſt, vel tuliſſe mala, vel vidiſſe, niſi vel quotidie ... ſent, vel ſub oculis ſint ſemper? G. Memoria diuerſarum rerum ... petit. R. Et culparum, & delictorum, & ſcelerum, & ignominiarum & repulſarum, & dolorum, & laborum, atque diſcriminum, ... uis huic vltimæ voluptas quædam (vt aiunt) ſit adiuncta mem... In quo tamen intelligitur non tam præteritorum malorum ... tio, quam præſentis boni delectatio iucunda eſſe. Itaque nemo ... laboris ac periculi meminiſſe iuuat, niſi quietum aut ſecurum ... pertatem lætè meminit, ſed diues, morbum, ſed incolumis, ... ber, carcerem, ſed ſolutus, vincula, ſed reuerſus, exilium. Sola ... miniæ memoria in mediis licet honoribus triſtis eſt. Adeo ni... licatius, vel incurabilius, quam fama. G. Memoria multiform... & multorum temporum. R. In recordatione multiplici mul... moleſtia. Quædam nempe conſcientiam vellicant, quædam ... gunt, quædam vulnerant. Alia confundunt, alia exterrent, alia ... ciunt, vnde fit vt memorantium ora rubor, pallorq; viciſſim ... lentio occupent: quod peſſimis hominum plerunque accidit, ... ſusq; ſit varius, vox incerta, & quæ ſunt eiuſmodi animi me... laborantis indicia. G. Memoria prompta eſt. R. Mallem, vo... pia, caſtumque deſiderium, & honeſta conſilia, & actus innocu... tà probri neſcia. G. Memoria apprime tenax eſt. R. Vnde hæc ... obliuio cœleſtium præceptorum, quæ tam pauca ſunt nu... Vnde obliuio Dei vnius? Vnde obliuio ſuimet? G. Memori... modum tenax eſt. R. Terrenarum & inutilium rerum credo, ... nam vero, & quo vaga hæc volatiliſq; memoria? quæ cum c... terramq; peragrauerit in ſeipſam neſciens reuerti, quod ... ceſſarium, ac ſalubre erat, obliuiſcitur. In qua ei ſi forte aliq... lectationis interdum, ſæpè tamen anxietatis eſt plurimum, ... meritò. Themiſtocles cum ei quidam memorandi artem à Si... de tunc inuentam polliceretur, Malle ſe ait obliuionis artem q... memoriæ diſcere. Et licet hoc ille ſuo quodam iure reſpond... deatur, vt qui naturæ dono illo ſupra fidem excelleret, cuius ... moriam innumeræ quidem rerum, atq; verborum imagines ... grauarent, ferè tamen omnibus conuenit, ita omnes & dedi... diſcitis, & diſcenda dediſcitis, in his tantum quorum vtilis ... uio memoriam exercentes, inq; id naturæ finibus non conte... ſaniam arte laxatis. G. Memoria omnipotens eſt. R. Titulus ... ſuus eſt Deo, Multipotens dicere voluiſti. Si qua tamen inſignis ... moriæ vis eſt (quod omni curioſitate melius fuerit) damno... ciat, ſtringat vtilia, neq; tam ſedula, quæ delectent aggreget, ... quæ proſint. G. Memoria optima eſt. R. Optimo nihil eſt ... quod ſi fidem dicto quæris, vt in optimis te memorem præ... portet. Memento peccati tui, vt doleas, memento mortis vt ... memento diuinæ iuſtitiæ, vt timeas, memento miſericordiæ ... ſperes.

De inopi & infirma memoria. Dial. CI.

DOL.

Sed memoria inope & infirma ſum. R. Eſt hæc alia ſenect... famia haud verior quã reliquę, ſed vt vera ſit, huic quoq; ſtu... ſubuenias. D. Memoria labaſcit. R. Adeſto ne corruat, & labe... exercitatione ſuſtenta. Fac quod muro ruinã minanti, adhibe... gula opportunis locis, & fragilem crebris, ac validis adminicu... cũualla. D. Memoria fluxa eſt. R. Diligentia & artificio illa ... cunctis ingenii memoriæq; defectib⁹ occurrit induſtria. Ni... induſtria perire, nil minui. Hæc eſt quæ philoſophos & poeta... viretiſſimo ingenio ac ſtilo, hæc eſt quę decrepitos oratores ... lida validiſq; laterib. ac tenaci memoria ſeruare poteſt, quod ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ens aliquid ſeneſceret,& ſupre- aſſidentium amicorũ, ex ipſa hryſippus acutiſſimum illud ac iuueni in extrema perficeret ..., non Homerus illa ætate diuinum, & cœleſte opus excu- non Simonides octuageſimo vitæ anno in Pierium illud cer- iuuenili feruore animi, ſenili autem maturitate deſcenderet, quarto & nonageſimo Iſocrates ardens illud opus ac mirabile, ... centeſimum Sophocles tragici ſummum ſtili decus ſuam ... Oedipodem. Non octogenario maior Cato nulla muta- vocis, aut laterum nullo memoriæ lapſu, vel in graui ſeipſum ... defenderet, vel clariſſimos oratores vltro ipſe ad iudi- ... vocaret. D. Infida memoria eſt. R. Noli ergo fidere,ſæpe cal ... ſecum pone, quicquid credideris confeſtim exige, & quod ... turus fueras,nunc facito. Non eſt tuta dilatio. Sic ex malis ſi ... potes elice. Fides ſocii deſidiam parit,diligentiam perfi- ... D. Memoria ſum nulla. R. Ea eſt rerum conditio humanarum, ... pauciora meminerit, minor illi fletuum cauſa ſit, vbi nec e- ... nio, nec pœnitentia vtilis locum habet, quid ſupereſt aliud ... obliuionis auxilium?

... eſt memoria ſenſus,nec opinio,ſed alicuius eorum habitus, ... affectio,cum tempus acceſſerit. *libr. de Memor. & reminiſc. ca-*

... memoria omnis cum tempore coniuncta eſt: hinc ea ſola ani- ... quæ ſenſum habent temporis, memoria prædita ſunt ea ex ... qua eius ſenſum habent. *ibid.*

... rerum quæ intelligentia cernuntur, memoria conſta- ... ſione nullo modo poteſt: fit vt ipſa memoria in ea parte a- ... quæ rationis mentiſque eſt, impropriè, & per aliud, per ſe au- ... ea quæ primo ſenſu percipit,verſetur. *ibid.*

... in magno motu,vel propter perturbationes,vel propter æ- ... verſantur,non valent memoria. *ibid.*

... tardi præſtantiore ſunt memoria. *ibid.*

... tatio & meditatio memoriam conſeruant recolendo: quod ... eſt nihil niſi crebrò intueri rem aliquam non per ſe,ſed quate- ... terius ſimulachrum. *lib. de memor. c. 1.*

Recordatio tum denique accidit,& efficitur, cum motus vnus a- ... eam vim habet: vt alterum conſequatur. *lib. de Memor. & re-* ... *c. 1.*

Cum recordatur homo quodammodo poteſt per ſe moueri ad ... principium ſequuntur: cum non poteſt per ſe, ſed aliena vi & ... eget, ... meminit. *ibid.*

Recordatione plus valent celeritate ingenii præditi & dociles ho- ... *lib de memor c. 1.*

Quæ in recordatione & expectatione conſiſtunt,à ſenſu etiam o- ... autenim eorum quæ ipſis euenerunt, recordatione homi- ... antur; aut eorum quæ ſperant expectatione. *Libr. 7. de Nat.* ... T. 19.

Nullum ærarium certius eſt ad retinenda bona quam memoria. ... memoribus enim & ſtupidis ea cum tempore effluunt: itaque ... ... antes,in perpetuum vacui bonorum,ſpe pleni futura,præ- ... dimiſſis,ſpectant. *Plutarch in Mario.*

... bono ingenio ſunt præditi,facile reminiſcuntur: qui autem ... cum magno labore diſcunt, ii memoriter, quæ apprehen- ... retinent, eo quod ſingula quæ didicerunt, quaſi inuruntur ... animis. *idem in Catone Vticenſi.*

... præcipuè arbitramur res memoria facile retineri,quando per ... capita diſpoſitæ finem principio adnexum habent. *Diod.* ... *lib. 17.*

## ❡ Apophthegmata.

*Iſocrates* literas quas vulgus putat repertas iuuandæ memoriæ ... vehementer officere memoriæ. Olim enim homines, ſi ... audiſſent dignum cognitu,non libris, ſed animo inſcribebant: ... exercitatione confirmata memoria, facile tenebat quicquid vo- ... & quod quiſque ſciebat in promptu. Poſt reperto literarum ... libris fidunt,non perinde ſtuduerunt animo infigere quod ... cerant. Ita factum eſt,vt neglecto memoriæ cultu,minus viuida ... rerum cognitio, & paucſota quiſque ſciret: quandoquidem ... ſcimus,quantum memoria tenemus. *Eraſ. lib. 3. apoph.*

*Themiſtocles* ludum præteriens, in quo diceretur eſſe profeſſor, ... quid is profiteretur: cum reſponſum eſſet,artem memoriæ ... doceri,contempſit,dicens: At ego mallem artem obliuiſcendi. ... hæc vox digna fuit eo qui linguam Perſicam intra annum ... edìſcere. *Plutarch. in Græco. apoph. Meminit Cic. libro 2. de* ... *at.*

*Polemon*, Proconſul torquebat prædonem quendam: cumq; du- ... quod ſupplicii genus eſſet de illo ſumpturus, ſuperueniens ... fortuna Polemon,iube,inquit,illum ediſcere veterum ſcripta. ... quidem Polemon multa edidicerat, ſed in exercitatione nihil ... ebat laborioſius ac moleſtius,quam ediſcere: eoque Fabius iu- ... hoc tædium protinus à pueris deuorari. *Philoſt. in Sophiſt.*

*Appius Claudius*, cum apud Scipionem iactaret, ſe omnes Ro- ... nos poſſe memoriter nominatimque ſalutare: ille, Bene inquit, narras. Ego enim non vt multos cognoſcerem, ſed ne ab vllo ignorarer,adnixus ſum. *Bruſ. lib. 4. c. 4.*

*Caſſ. Seuerus*, cum ex Senatuſconſulto libri illius exurerentur: Nunc, inquit, ſupereſt, vt ipſe viuus comburar, qui illos edidici. Quod animo inſculptum eſt,niſi cum vita eripi non poteſt. *Eraſm. lib. 8. apoph.*

*Claudius Cæſar*, cam cuidam notam appoſitam, deprecantibus familiaribus ademiſſet: Litura tamen,inquit,extat. Sentiens,etiam remiſſa culpa,manere tamen infamiæ prioris veſtigium. Alludens ad ſcripturam, quæ licet ſpongia deleatur, aut graphio radatur, relinquitur tamen lituræ veſtigium. *Eraſm. libro 6. apophthegmat. ex Sueton.*

## ❡ Similitudines.

*Seneca*, alimenta quæ accepimus, quamdiu in ſua qualitate perdurant, & ſolida innatant ſtomacho, onera ſunt. At quum ex eo quod erant mutata ſunt, tunc demum in vires & ſanguinem tranſeunt. Idem in his quibus aluntur ingenia, vt quæcunque hauſimus, non patiamur integra eſſe,nec aliena ſint,ſed concoquamus illa: alioquin in memoriam ibunt,non in ingenium. *lib. 2. ep. 85.*

*Vt libri* quos non euoluas,ſitu cohæreſcunt: ita memoria euaneſcit,niſi ſubinde renoues. *apud Eraſ.*

*Roterodami*, memoria ſimilis reti,quod maiora continet, minuta tranſmittit.

*Sicuti picis* mirum eſt ſtudium imitandi verba hominis, adeo vt in conatu nonnunquam emoriantur: ita nonnullis dulce edicere preculas & pſalmos, eoſque ſubinde ſonare, cum non intelligant. *ibid.*

*Lupis* quos ceruarios vocant, etiam in fame ſubrepit obliuio cibi, ſi modo reſpexerint, ac protinus alium quærunt: ita nonnullis mox excidit,quod modo inſtituerant narrare ſi interiectis verbis aliquot animum illorum alio deuocaris. *ibid.*

## ❡ Adagia.

Iucunda malorum præteritorum memoria. ἀλλ᾽ ἡδὺ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

*Meminiſſe laborum ſuaue, qui ſeruatus eſt.*

Iucundi acti labores. *Cic.*

*Sumptum adagium ex ipſa hominum natura. Eſt enim hoc inſitum omnibus, vt iucunda cuique ſit ante actorum malorum aut periculorum ſecura recordatio.* Nach gethaner arbeyt iſt gut feyren.

Quæ dolent moleſtum eſt contingere.

*Vnuſquiſque inuitus audit ſua incommoda, maxime ea, quæ ſint cum aliqua turpitudine vel infamia coniuncta.*

Vbi quis dolet, ibi & manum habet. ὅπου τις ἀλγεῖ, ἐκεῖ καὶ χεῖρ᾽ ἔχει.

*Tempeſtiuiter vtimur, cum ſignificabimus quempiam ea tractare, deq; iis libenter verba facere, quæ mouent animum.* Wo einem wehe iſt/da klaget er ſich.

Aurem vellere.

*Dicebant hoc veteres pro admonere. Virgil.*

Tanquam meum nomen.

*Vtemur, quando promptam certamq; memoriam ſignificare volumus. Idem* Tanquam meos digitos.

Ignarium dare. Stimulis fodere. Fodere latus. Tangere aliquem cubito.

*His geſtibus admonemus: quemadmodum & vellendo aurem.*

## ❡ Exempla Profana.

Sunt hic memoriæ exempla ſubtexenda, qua ſecundum rationem nil Deus dedit homini ſanctius, nihil vtilius, & ad eruditionem aptius. Eſt hæc theſaurus diſciplinarum omnium, artiumque ſtudio & labore quæſitarum cuſtos fideliſſima. Aliquid certe vidit ſapiens poeta, qui Muſarum memoriam dixit matrem, nec minus prudens qui Lethen, quæ huic contraria eſt, apud inferos ſtatuit. Conſtat id bonum naturæ beneficio, augetur tamen & excolitur arte, in quo genere vnum exemplum, & ſingulare vidit noſtra ætas in Antonio Rauennate, qui multa millia rerum ſtans percipiebat animo, & eo, quo accepta eſſent ordine, memoriter reddebat: ſed hæc artificii ſunt non naturæ. *Sabellicus lib. 10. cap 9. Exemplorum de Memoria.*

Maiore admiratione dignus *Mithridates rex Ponti*, quo nullus regum diutius, grauiusq; exercuit Romana arma. Fertur is duabus & viginti diuerſis nationibus, quibus imperabat ſua cuique lingua ius dicere ſolitus, & pro concione ſingulos ſine interprete affari. *Galen. & Plin. authores.*

*Cyrus rex*, qui immenſos ductauit exercitus omnibus militibus nomen reddidit. Sic L. Scipio, quod æque mirum videri poſſit, populo Romano.

*Cyneas Pyrrhi* Regis legatus, poſtridie quam Romam venerat, ſenatum & equeſtrem ordinem proprio nomine ſalutauit.

Superfuit & *Cæſari Dictatori* id bonum, qui ſcribere & legere vno tempore, dictareq; & audire ſit ſolitus: Epiſtolas magni ponderis quaternas pariter dictabat, aut ſi aliud non egiſſet, ſeptenas. *Plin. hoc refert.*

*Carmides*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Carmides* in terra Græcia, quæ quis volumina exegiſſet, in Bibliothecis legentis modo repræſentauit. *Author. Plin,*

*Ælius Adrianus* tanta fuit memoria, vt locos, negotia, milites abſentes quoque nominibus ſuis recenſeret.

*Themiſtocles* tanta fuit memoria, vt Simonidi artem memoriæ pollicenti, dixerit, ſe malle artem obliuionis: quod etiam meminiſſet, quæ nollet, & obliuiſci non poſſet, quæ vellet. *Author. Cic. lib. 2. de Orat.*

Aiunt & *Theodecten* Ariſtotelis diſcipulum multæ fuiſſe memoriæ. Habuit & Lucullus diuinam quandam rerum memoriam, maiorem verborum Hortenſius. *Auctor. Cic. 4. Tuſculanarum quæſtionum.*

*Seneca* de ſeipſo ſcribit, ſuam memoriam adeo excelluiſſe, vt non ad vſum modo ſufficeret, ſed in miraculum vſque procederet: nam duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta, referebat ducentos quoque verſus, ab vltimo incipiens, recitabat.

*Eſdras ſacerdos* vniuerſas Hebræorum doctrinas habuit in memoria. *Ioſeph. lib. 11. c. 5. Antiquitatum* Iudaicarum.

Tanta fuit *Portio Latroni* memoria, vt quæ dicturus erat, ediſcendi cauſa nunquam relegeret, edidicerat cum ſcribebat: dicebat ita, vt in nullo vnquam verbo memoria eum deciperet, iubebat aliquem nominari ducem, ſtatim illius geſta ad vnguem reddebat.

Memoriam definit *Cic. lib. 2. de Inuentione Rhetorica,* per quam illa animus repetit quæ fuerunt.

Artis memoriæ inuentor fuit *Simonides, Cic. lib. 2. de Orat.* Ordo maximè adfert memoriæ lumen.

De memoria eleganter & copioſe ſcripſit *Cic. libr. 3. Rhetoric. ad Heren.*

Memoria quo pretioſior, eo magis iniuriæ obnoxia. Quidam enim lapide ictus, literas prorſus oblitus eſt. Alius tecto præcipitatus matris & propinquorum captus eſt obliuione, *Meſſalæ Coruino* Oratori grauiter ægroto, ſeruorum & ſui ipſius nomen excidit.

*Cæſar dictator* ſcribere & legere vno tempore, dictare & audire ſolebat: epiſtolas magni ponderis quaternas pariter dictabat, aut ſi non aliud ageret, ſeptenas.

*Vide Mens, Recordatio. Item Contemplatio, Conſideratio, Meditatio.*

---

# Mendacium.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

Mendacium, Græce ψεῦδος, εος, τὸ, & ψεύστης, ου, ὁ, mendex, & ψεύδομαι, mentior dicitur. Mendacium Hebr. *Cazab,* fraus, vituperium, à verbo *Cazab,* mentitus eſt, defraudauit. Cognationem habet cum verbo *Caſchaph,* faſcinauit. Græce κοπίζω, mentior. 2. *Cachaſch,* abnegatio, mendacium, denegatio, *Oſe.* 10. 13. *Nah.* 3. 1. *Iob* 16. 8. à verbo *Cachaſch,* negauit, abnegauit, mentitus eſt, fruſtratus eſt, non reſpondit voto. Cognationem habet cum verbo *Schacach,* oblitus eſt: & cum verbo *Caſchach,* obtenebratus eſt, Mendax enim memoria caret, vt & iudicio. 3. *Scheker* etiam mendax dicitur, à *Schakar, Scurrilis* fuit, perfide, doloſe egit. Conuenit cum verbo *Scharah,* exſibilauit, ſarcaſtice deriſit. Hæc enim vitia ſunt mendacibus familiaria. Eſt autem mendacium falſa vocis ſignificatio, cum intentione fallendi. *ſecund. Auguſt. libro de Mendacio.*

Mendacium eſt ſermonis, orationis, dicti vanitas.

Mentiri eſt concretum, & mendacium eſt abſtractum. Ideo dicens verum contra opinionem eius, mentitur, ſed quod dicit non eſt mendacium. *ex B. Thom. 3. Sent. diſt. 38. q. 1.*

Mentior à mente deriuatur, quod eſt contra id, quod eſt in mente, loquor. Differtque à mendacium dico, nam qui mentitur non ipſe fallitur, ſed alterum fallere conatur: qui verò mendacium dicit, ipſe fallitur, cum credat ſe verum dicere. Vnde Nigidius: *Vir bonus,* inquit, *præſtare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat.* Illud à mente deducitur, hoc à menda, quod errorem ſignificat. Vnde mendoſum librum dicimus, plenum erroribus: hinc emendo, corrigo, & emendator, & emendatrix. A mendacium mendax, mendaciter, mendacius, mendaciſſime deſcendunt.

## ¶ BIBLICI LOCI.

Mendacium fugiendum, *Geneſ.* 38. 23. *Exodi* 20. 16. & 23. *v.* 1. 7. *Leuit.* 19. 11. *Pſal.* 4. 3. & 15. 2. *Prouerb.* 6. 17. & 12. 22. & 19. v. 5. 22. & 30. *v.* 6. 8. *Ierem.* 5. 31. *Zach.* 8. 17. *Epheſ.* 4. 25. *Coloſſ.* 3. 9. *Apocal.* 21. 27. Mendacium à Principe alienum eſſe debet, *Prou.* 17. *v.* 7. ab impiis facile arripitur, 2. *Theſſ.* 2. 11. mendacii pœna, *Apocal.* 21. 8. & 22. 15. Mendacium paſſim regnat; *Pſal.* 12. 2. Ne in Dei quidem gloriam & fauorem mentiendum eſt, *Iob* 13. *v.* 7. 10. *Prou.* 13. 17. Mendacia inter maxima ſcelera ſunt numerata, non adhibita pernicioſi, aut officioſi diſtinctione, *Pſalm.* 5. 7. *Oſe.* 4. 2. *Zach.* 8. 16. à mendacio autem abſtinere iubemur, *Matth.* 5. 37. 1. *Cor.* 1. & 18. 19. *Epheſ.* 4. 25. 1. ...

Mendacium non ſuſcipiendum à Iudice, *Exodi* 21. v. ... omnis homo, *Pſal.* 116. v. 11. *Eſa.* 9. 17. *Rom.* 2. 4. Menda... gat Chriſtum, 1. *Ioan.* 2. v. 2. mendax ſpiritus in Propheti... 22. mendax Spiritui Sancto Ananias & Saphira morim... *v.* 3. 3. &c.

## ¶ DIVISIO.

- *Mendacium.*
  - *Pernitioſum.*
    - *In doctrina religionis quod eſt contra fi... contra bonos mores.*
    - *Quod nulli prodeſt, & alicui obeſt.*
    - *Quod vni prodeſt & alteri obeſt.*
  - *Iocoſum,*
    - *Quod fit ſola mentiendi libidine. Ariſtot... Ethic. dicit quod mendax, qui talis eſt... dum habitum, mendacio ipſo gaudeat.*
    - *Quod fit cupiditate placandi ſuauiloqu...*
  - *Officioſum ſiue benignũ.*
    - *Quod nulli obeſt, & alicui prodeſt ad pecun... eius ſeruandam.*
    - *Quod nulli obeſt, & alicui prodeſt, ad ... poris ſeruandam.*
    - *Quod nulli obeſt, & alicui prodeſt, vt ab ... ditia corporis aliquem tueatur.*

*Ex Auguſt. lib. de Mendacio.*

Mendacium Iocoſum, vt vanum, ſcurrile, & Deum time... indignum, à piis & honeſtis hominibus repudiatur. Officio... rationibus repellatur. Ab omni ſpecie mali abſtinendum eſt, ... *ſal.* 5. 22. Malum non faciendum eſt, vt bonum eueniat, *Iob.* 13. *Prou.* 13. 17. *Rom.* 6. 15. Charitas non gaudet iniuſtitia, 1. *Corinth.* ... Mendaces indiſtinctè damnantur, *Pſalm.* 5. 7. *Oſe.* 4. 2. *Zachar.* ... Falſum teſtimonium, id eſt, mendacium damnatur, *Exodi* 20. ...

## ¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

*Mendacium à Deo vetatur.*

Mendacium fugies. *Exodi* 23.

Non mentiemini: nec decipiet vnuſquiſque proximum ... *Leuit.* 19.

Nunquid Deus indiget veſtro mendacio, vt pro illo loqu... dolos? *Iob.* 13.

Veritatem & iudicium pacis iudicate in portis veſtris, & ... quiſque malum contra amicum ſuum ne cogiteris in cordib... ſtris, & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim ha... quæ odi, dicit Dominus. *Zach.* 8.

Propter quod deponentes mendacium, loquimini verita... nuſquiſque cum proximo ſuo, quoniam ſumus inuicem me... *Epheſ.* 4.

Nolite mentiri inuicem. *Coloſſ.* 3.

*Diabolum imitatur.*

Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium proph... eius. 2. *Par.* 18.

Flagellum inundans cum tranſierit, non veniet ſuper no... poſuimus mendacium ſpem noſtram, & mendacio protecti ... *Eſa.* 28.

Vos ex patre diabolo eſtis: Cum loquitur mendacium, ex ... priis loquitur, quia mendax eſt, & pater eius. *Ioan.* 8.

*A bonis euitatur.*

Verbum mendax iuſtus deteſtabitur. *Prou.* 15.

Non decent ſtultum verba compoſita, nec principem lab... mentiens. 17.

Vanitatem & verbum mendacii longe fac à me. 30.

Non contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ... ruditionis tuæ confundere. *Eccl.* 4.

Noli amare mendacium aduerſus fratrem tuum, neque ... cum tuum ſimiliter facies. 7.

Ne velis vti mendacio vllo: nunquam enim prodeſt freque... tio illius. *ibid.*

*A malis frequentatur.*

Qui nititur mendaciis, hic paſcit ventos, idem autem ipſe ſe... tur aures volantes. *Prou.* 10.

Malus obedit linguæ iniquæ, & fallax obtemperat labiis men... dacibus. 17.

Suauis eſt homini panis mendacii, & poſtea implebitur ... calculo. 20.

Lingua fallax non amat veritatem. 26.

Princeps, qui libenter audit verba mendacii, omnes mini... habet impios. 29.

Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore ... plinatorum aſſidue erit. *Eccl.* 10.

Ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid veru... cetur? 34.

Sine mendacio conſummabitur verbum legis. *ibid.*

*Mendacium proximum decidit.*

Abſcondunt odium labia mendacia. *Prou.* 10.

Qui quod nouit loquitur, iudex iuſtitiæ eſt: qui autem men... teſtis eſt fraudulentus. 12.

Profert mendacia verſipellis. 14.

Profert mendacium doloſus teſtis. *ibid.*

Ve...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ilinguis quaſi ſimplicia: & ipſa perueniunt vſque ad in-
nteris. 18.
es ferinam guſtu deprehendunt, ita ſagax animus verba
. Eccl.36.

*Seipſum perdit.*

Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. *Pſal.5.*
Quoniam non eſt in ore eorum veritas. Sepulchrum patens eſt
guttur eorum. Decidant à cogitationibus ſuis. *ibid.*
Abominatio eſt Domino labia mendacia. *Prou. 12.*
Et qui mendacia loquitur non effugiet, 19.
Et qui loquitur mendacia, peribit. *ibid.*
Melior eſt pauper iuſtus, quam vir mendax. *ibid.*
Os autem quod mentitur, occidit animam. *Sap.1.*
Væ duplici corde & labiis ſceleſtis! *Eccl.2.*
Lapſus falſæ linguæ, quaſi qui in pauimento cadens, ſic caſus
malorum feſtinanter veniet. 20.
Potior eſt fur, quam aſſiduitas viri mendacis, perditionem autem
ambo hæreditabunt. Mores hominum mendacium ſine honore, &
confuſio illorum cum ipſis ſine intermiſſione. *ibid.*
Multiplicatæ ſunt iniquitates noſtræ coram te: quia ſcelera no
ſtra reſpondent nobis, & iniquitates noſtras cognouimus, peccare, & men-
tiri contra Dominum. *Eſa.59.*
Audite verbum Domini, filii Iſrael, quia iudicium Domino cum
habitatoribus terræ. Non eſt enim veritas, & non eſt miſericordia,
& non eſt ſcientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homi-
cidium, & furtum, & adulterium inundauerunt. Propter hoc luge-
bit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea. *Oſe.4.*

## ❡ Sententiæ Patrum.

Is qui mentitur, contra id quod homo ſentit, loquitur voluntate
fallendi. Et vtique verba propterea inſtituta ſunt, non vt per ea ſe
inuicem homines fallant, ſed vt eis quiſque in alterius notitiam co-
gitationes ſuas proferat. Verbis ergo vti ad fallaciam, non ad quod
ſunt inſtituta peccatum eſt. *Auguſtin. in Enchirid. & hab. 22. q. 2.*

In ipſarum conſideratione rerum, quæ dicuntur, tantum inter-
eſt, qua in re quiſque fallatur, ſiue mentiatur, cum falli quam men-
tiri minus ſit malum, quantum pertinet ad hominis voluntatem:
tamen longe tolerabilius ſit in his, quæ à religione fidei ſeiuncta
ſunt mentiri, quam in his, ſine quorum fide vel notitia Deus cœli
non poteſt falli. *Idem ibidem, & hab. ibid. In ipſarum.*

Mihi non abſurdum videtur omne quidem mendacium eſſe pec-
catum, ſed multum intereſt quo animo, & de quibus rebus quiſque
mentiatur. Non enim ita peccat, qui conſulendi, quomodo ille, qui
nocendi voluntate mentitur, nec tantum nocet, quia viatorem mē-
tiendo in aduerſum iter mittit, quantum is qui viam vitæ menda-
cio fallente deprauat. *Aug. ibid. & hab. Mihi autem.*

Mendacia enim à mendacibus ſerio aguntur, non ioco. Quum
enim quæ non ſunt, tanquam ſint ioco dicuntur, non deputantur
mendacia. *Aug. lib. q. Gen. & hab. 21. Quod autem ait.*

Nec artificioſo mendacio, nec ſimplici verbo oportet quenquam
decipere: quia quomodolibet mentitur quis, occidit animam. *Au-
guſt. lib. de conflict. vit. & virt. & hab. 22. q. Nec artific.*

Intereſt quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream lin-
guam non facit, niſi rea mens. *Aug. de verbis Apoſt. & hab. 22. q. 1.
Homo ſi iurat falſum. §. Intereſt.*

Cum humilitatis cauſa mentiris, ſi non eras peccator antequam
mentireris, mentiendo efficeris, quod euitaras. *ibid. & hab. ibid. Cum
humil.*

Quiſquis metu cuiuslibet poteſtatis veritatem occultat, iram
Dei ſuper ſe prouocat: quia magis timet dominum quam Deum. &
poſt pauca. Vterque reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui men-
dacium dicit: quia & ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat.
*Idem ad Caſulanum, & hab. 11. q. 3. Quiſquis.*

Quomodo Deus pater genuit filium veritatem, ſic diabolus la-
pſus, genuit quaſi filium mendacium. *Aug ſuper Ioan.*

Quicquid figuratè fit, aut dicitur, non eſt mendacium. *Aug. ſu-
per epiſt. ad Galat.*

Aliud eſt iurare falſum, aliud iurare in dolo. Non enim omnis
qui aliter facturus eſt quam promittit, in dolo iurat, licet enim A-
poſtolus Corinthiis promitteret, veniam ad vos, non tamen in dolo
iurauit, aut mendaciter promiſit. Ille autem in dolo iurat, aut men-
daciter promittit, in cuius mente eſt non ſic ſe facturum, vt promit-
tit. Ille autem qui promittit falſum, quod putat verum, nec in dolo
iurat, aut mendaciter promittit. *Hieronymus ſuper Hieremiam li-
bro 2.*

Congregationem diuitiarum ſequitur mendacium, manus e-
nim aſſueta theſauros condere, fraudulentam linguam poſſidet.
Veritas paupertatem, mendacium diuitias parit. *Hieronymus ſuper
Michæam.*

Cauete fratres mendacium: quia omnes qui amant menda-
cium, filii ſunt diaboli. Non ſolum in falſis verbis, ſed & in ſimula-
tis operibus mendacium eſt, mendacium namque eſt ſe Chriſtia-
num dicere, & opera Chriſti non facere, mendacium eſt epiſco-
pum, ſacerdotem, vel clericum ſe profiteri & contraria ordini ope-
rari. *Ambroſ. in ſermon. de dominica Abraham, & habetur 22. q.
5. Cauete.*

Nonnunquam peius eſt, mendacium meditari, quam loqui, nam
loqui plerumque præcipitationis eſt, meditari vero ſtudioſæ praui-
tatis. *Greg. in lib. 18. moral.*

Conceſſum eſt diabolo, interdum vera dicere, vt mendacium
ſuum rara veritate commendet. *Ioan. Chryſoſt. ſuper Matth.*

Mendacia ſi non habent quem decipiant, ipſa ſibi mentiuntur
ſicut ait Pſal. Mentita eſt iniquitas ſibi. *idem ſuper Matth. 21.*

Omne genus mendacii ſummopere fuge: nec caſu, nec ſtudio lo-
quaris falſum: nec vt præſtes, mentiri ſtudeas, nec qualibet fallacia
vitam alicuius defendas. Caue mendacium in omnibus. *Iſidor. in Sy-
non. & hab. 22. q. 2. Omne genus.*

Aliud eſt ſub incerto hoc vel illud opinando ſentire, aliud eſt te-
mere affirmare quod neſcias, eſt enim qui dubie profert menda-
cium, nec mentitur: & eſt qui veritatem, quam neſcit, affirmat, &
mentitur. Nam & ille non quidem quod non eſt, eſſe, ſed ſe quod
credit credere dicit: & verum dicit, etſi hoc verum non ſit quod
credit: & is cum ſe certum vnde certus non eſt, dicit, verum non
dicit, etiam ſi verum ſit de quo aſſerit. *Bernard. ſuper Cant. ſer-
mon.*

Sed ſibi ſemper mentiens imprudentia, rerum merita non poteſt
immutare. Nec mihi Socratico decreto fas eſſe arbitror, vel occu-
luiſſe veritatem, vel conceſſiſſe mendacium. *Boeth. libro 1. de Conſ.
proſa. 4.*

Quum humilitatis cauſa mentiris, ſi non eras peccator ante-
quam mentireris, mentiendo effeceris quod euitaras. *Aug. de verb.
Apoſt.*

Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Sunt mendacia quæ-
dam pro ſalute vel commodo alicuius, non malitia, ſed benignitate,
vt obſtetrices, quæ dixerunt pro filiis Iſrael falſum Pharaoni, hæc
autem mendacia non in re, ſed in dolo laudantur: & qui ſic menti-
untur, merebuntur aliquando ab omni mendacio liberari. Eſt et-
iam mendacium ioco, quod non fallit, ſcit enim cui dicitur, cauſa
ioci dici: & hæc duo genera non ſunt ſine culpa, ſed non cum ma-
gna. Perfectis non conuenit mentiri nec pro temporali vita, cuius
morte ſua vel alterius occiditur anima: licet autem, ſi non falſum
dicere, verum tacere, vt ſi quis non vult hominem ad mortem per-
dere, verum taceat, ſed non falſum dicat, nec pro corpore alterius a-
nimam ſuam occidit. *in Pſal.*

Quicquid figurate fit, aut dicitur, non eſt mendacium. *Aug. ad
Cant.*

In quibus rebus nihil intereſt ad capeſſendū regnum Dei, vtrum
credatur an non: vtrum vera petantur an falſa: in his errare & aliud
pro alio putare, non eſt arbitrandum eſſe peccatum, aut ſi eſt mini-
mum eſt atque leuiſſimum. *in Enchirid.*

Aliud eſt mentiri, aliud eſt verum occultare: ſicut aliud eſt falſum
dicere, aliud eſt verum tacere: vt ſi quis non velit ad mortem homi-
nem prodere, paratus eſſe debet verum ocultare, non falſum dice-
re, vt neque prodat, neque mentiatur, neque occidat animam ſuam
pro corpore alterius. *ſup. Pſal.*

Qui veritatem occultat, & in mendacium profert, vterque reus
eſt: ille, quia prodeſſe non vult, iſte, quia nocere deſiderat. *Anſelm.
in epiſt. ad Cor.*

Nec artificioſo ingenio, nec ſimplici verbo oportet decipere quen-
quam: quia quodlibet modo mentiatur quis, offendit. *Iſid. de con-
flictu vitiorum & virtutum.*

Quidam ſuis mendaciis gratioſi ſunt: quidam ſemper laborant
eſſe veridici & mendaciſſimi reputantur. *Pet. Bleſen.*

Nonnulli obſtetricum mendacium conantur aſſerere non eſſe
peccatum, maxime quia illis mentientibus ſcriptum eſt: quod ædi-
ficauit eis Dominus domos, in quo magis recompenſatio cognoſci-
tur, quam mendacii culpa mereatur. Nam benignitatis earum mer-
ces, quæ eis in æterna potuit vita retribui præmiſſa culpa mendacii
in terrena eſt recompenſatione declinata. *Greg. ſup. illo loco.*

Deus genuit veritatem: diabolus mendacium. *Ex Aug.*

## ❡ Poeticae Sententiae.

Homer. in 1. Iliad.

Ἐχθὸς γὰρ μοὶ κεῖνος ὁμῶς αἴδαο πύλησιν,
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ βάζει,
*Exoſus enim mihi ille veluit inferni porca,*
*Quid aliud quidem occultum habet in mentibus, aliud*
*vero ore profert.*

Phocylides.

Ψεύδεα μὴ βάζειν, τὰ δ' ἔτυμα πάντ' ἀγορεύειν.
*Mendacia noli dicere, ſed vera omnia loquere.*
Μηδ' ἕτερον κεύθης κραδίης νοῦν, ἄλλ' ἀγορεύων.
*Noli aliam occultare in corde ſententiam, & aliam pre-
ferre.*

Cleobulus.

Ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς φρόνιμος καὶ σοφός.
*Mendacium odit omnis prudens & ſapiens.*

Menander

Menander.

*Ψευδόμενος οὐδεὶς λανθάνει πολὺν χρόνον.*
*Mentiens nullus latet ad multum tempus.*
*Ψεύδους διαβολὴ τὸν βίον λυμαίνεται.*
*Mendacij crimen vitam lædit.*
*Ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς σοφὸς καὶ χρήσιμος.*
*Mendacium autem odit omnis ſapiens & vtilis.*

Euripides.

*Δύστηνος, ὅστις καὶ τὰ καλὰ ψευδῆ λέγων.*
*Οὐ τοῖς δὲ χρῆται τοῖς κακοῖς ἀληθέσιν.*
*Infelix eſt, qui mendacia, etſi bona ea videantur,*
*Potius vſurpat, quam quæ mala eſſe indicat vera.*

Sophocles.

*Ἀλλ' οὐδὲν ἕρπει ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνου.*
*Κακὸν τὸ κεύθειν, καὶ πρὸς ἀνδρὸς εὐγενοῦς.*
*Nullum mendacium procedit ad ſenectutem aui.*
*Malum eſt, facta celare, nec virum decet ingenuum.*

Idem in Creuſa.

*Καλὸν μὲν οὖν οὐκ ἔστι τὰ ψευδῆ λέγειν.*
*Ὅτῳ δ' ὄλεθρον δεινὸν ἡ ἀλήθει' ἄγει,*
*Συγγνωστὸν εἰπεῖν ἐστὶ καὶ τὸ μὴ καλόν.*
*Haud quidem honeſtum eſt, mendacia loqui.*
*Cui tamen diram perniciem veritas affert,*
*Huic venia danda licet inhoneſta loquendi.*

Piſander Camireus vates.

*Οὐ νέμεσις καὶ ψεῦδος ὑπὲρ ψυχῆς ἀγορεύειν.*
*Non reprehendendus eſt, qui mendacium pro vita dixerit.*

Menander Comicus Poeta.

*Ἦπου χαλεπόν ἐστι τὸ ψευδῆ λέγειν.*
*Profecto intolerabilis res eſt, mendacia loqui.*

Diphilus Theſauro.

*Καιρῷ τιθέμενον ψεῦδος ὡς καρπὸν φέρει.*
*Mendacium poſitum in tempore, lucrum ſeu fructū adfert.*
*Ὑπολαμβάνω τὸ ψεῦδος ἐπὶ σωτηρίᾳ*
*Λεγόμενον οὐδὲν περιποιεῖσθαι δυσχερές.*
*Ego exiſtimo mendacium ſalutis gratia*
*Prolatum, nihil adferre mali.*

Chæremon Comicus poeta.

*Ψευδῆ δὴ τοῖς ἐσθλοῖσιν οὐ πρέπει λέγειν.*
*Bonis falſa dicere non conuenit.*

Theognis.

*Principium mendacij exiguum habet gratia, circa finem*
*vero*
*Turpe ſane lucrum, malumq́; pariter*
*Naſcitur, eſt autem plane inhoneſtum, ſi cui mendacium*
*adhæreat*
*Viro, & ab ore primum egreditur.*

Græce ſic ſonat.

*Ἀρχὴ ἐπὶ ψεύδους μικρὰ χάρις. εἰς δὲ τελευτὴν*
*Αἰσχρὸν δὲ κέρδος, καὶ κακὸν ἀμφότερον*
*Γίνεται, οὐδέ τι καλὸν ὅτῳ ψεῦδος προσομαρτῇ,*
*Ἀνδρί, κἂν ἐξέλθῃ πρῶτον ἀπὸ στόματος.*

Iuuen. Sat. 3.

*Quid Romæ faciant? mentiri neſcio: librum*
*Si malus eſt nequeo laudare, & poſcere: motus*
*Aſtrorum ignoro: funus promittere patris*
*Nec volo, nec poſſum: ranarum viſcera nunquam*
*Inſpexi, ferre ad nuptam quæ mittit adulter:*
*Quæ mandat, norint alij.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Abſtrahentium non eſt mendacium. *Ariſt. l. 2. Phyſic.*

Omne mendacium prauum eſt, & fugiendum. *Idem l. 4. Ethic.*

Duo ſunt opera ſapientis, quorum vnum eſt non mentiri, de quibus nouit: alterum verò, mentientem manifeſtare poſſe. *Ariſt. lib. Elenchor.*

Qui in mendacio confidit, cito deficiet. *Laert. Diog. de vita & moribus philoſoph.*

Vt enim immortalis eſt veritas, ſic fictio & mendacium non durant. Simulata illico pateſcunt, & magno ſtudio compta cæſaries vento turbatur exiguo, & operoſo, licet impreſſus fucus ſudore diluitur, & argutum quoque mendacium vero cedit, coramque preſſius intuente diaphanum eſt, opertum omne detegitur, abeunt vmbræ natiuuſq; rebus color manet & latere diutius magnus eſt labor. Nemo ſub aquis diu viuit, erumpat oportet, & frontem quam celabat, aperiat. *Franc. Petrarch. lib. 1. de vita ſolitaria.*

*Τὰ δὲ τῶν μὴ ἁπλᾶ ἀλλ' ἐπίβουλα φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ, ἢ τὰς ἐχίδνας.*

Ingenia non aperta, non ſimplicia, ſed aſtuta & callida, & ad decipiendum parata, magis quam viperas fugere debemus. *Theophraſt. de diſsimulatione.*

Mendacium dicere, aliquando ſapienti conceſſum.

Mendacium odit, quiſquis ſapiens eſt, & probus. Mendacio paratur authoritas. *Quint.*

Mendax hoc lucratur, vt cum vera dixerit, ei non credatur. *apud Diog. lib. 5.*

Sæpe dilinquentibus promptiſſimum eſt mentiri.

Mendacium de ſeipſo duplex eſt.

Mendacium non veteraſcit. *Theophraſt.*

Mendacem memorem eſſe oportet. *Liu. Dec. 4. lib. 4.*

Multa ſunt, quæ nonnullos mortales mentiri compellunt in rem vident conducere. Qui etiam cum vſus poſtulat, [...] tur, non tantum venia, ſed & laude digni ſunt: vt qui hoſti[...] runt, vel ad ſalutem tali quopiam pharmaco vſi ſunt in [...] bus. Cuiuſmodi multa Vlyſſes etiam fecit, vt & vitam ſuam [...] ciorum reditum redimeret. *Lucian. in Phil.*

Mendacium eſt falſa verborum prolatio, cum intentione [...] di. *Tullius.*

In virum bonum non cadit mentiri emolumenti ſui cauſa.

Cum iudici dicenda ſententia eſt, meminerit ſe Deum habere teſtem, id eſt, mentem ſuam, qua nihil dedit homini ipſe Deus [...] nius. *Cic. 3. Offic*

Nihil eſt turpius vanitate.

Qui ſemel à veritate deflexerit, hic non maiore religione ad [...] iurium, quam ad mendacium perduci conſueuit.

Et quæ pœna à diis immortalibus periurio, hæc mendacio [...] tuta eſt. Non enim ex pactione verborum quibus iuſiurandum [...] prehenditur, ſed, ex perfidia ac malitia, per quam inſidiæ tenduntur alicui, dii immortales iraſci ac ſuccenſere conſueuerunt. *1. Off. pro Roſc.*

Vbi quis ſemel peierarit, ei credi poſtea, etiamſi per plures [...] iuret, non conuenit. *Pro C. Rab.*

*Ψεύδεσθαι προχειρότατον τοῖς πολλάκις ἁμαρτάνουσι.*

Sæpe delinquentibus promptiſſimum eſt mentiri. *Lyſias [...] tion.*

*Ἔνθα γάρ τι δεῖ καὶ ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω.*

Turpiſſimum apud Perſas ducitur, mentiri: ſecundo, [...] no eſſe, cum ob alias multas cauſas, tum quod neceſſe ſit eum qui debet, mendacio quoque eſſe obnoxium. *Herodotus lib. 1.*

Sicubi etiam mendacium dici opus eſt, dicatur. *Herodotus [...] Hiſtor.*

In mendacio deprehendi, impedimento eſt hominibus [...] ad veniam conſequendam. *Xenoph. Cyropædia. lib. 7.*

Specioſa verbis, re inania, aut ſubdola, quando maiore [...] imagine teguntur, tanto erumpunt ad infenſius ſoruitium. *T. Annal. lib. 1.*

Veritas viſu & mora, falſa autem feſtinatione & incertis [...] ſcunt. *idem, Annal. lib. 2.*

In magnis mendaciis, interfuiſſe ſe quidam & vidiſſe af[...] quæ nunquam viderunt vel tractarunt. *idem, hiſt. lib. 2.*

Illud deceptionis perſpicuum eſt argumentum, quod [...] perſuadere velit, maiori quodam verborum ornatu & varietate [...] diget, quibus venti delinimentis vtatur, vt deſipientes pelliciat. *A[...]gathias, hiſt. lib. 3,*

Eſt genus quoddam mendacii, quod cæteros quidem non [...] dum lædit, ſed dedecus ipſius vtentis eſt. Committitur enim [...] dicendo, faciendove quicquam in alterum: ſed de ſeipſo & [...] ſuis. Et hoc duplex eſt: aut enim committitur, leniora, & [...] ra dicendo, quam reuera ſint: aut maiora & ſplendidiora. [...] quod fit circa minus, diſſimulatio dicitur: illud, quod circa [...] arrogantia: Id autem quod inferius eſt, quam verum ſit, [...] elegans eſt, ac interdum philoſopho non inutile. Quamobrem iam à Socrate vſurpatur in dicendo, cum opus erat illudere [...] lioſum aliquem Sophiſtam, ſibique plurimum de ſua doctrina [...] centem. Tum enim vnitatem ſuam magis ſentiunt, cum in[...] res deprehenduntur illo, qui ſe nihil ſcire ſimulat. *Themiſtius [...] de Mediocritate affectuum.*

Mentiri, decipere, lædere offendere, iniuſtum eſt, hoſte [...] offendere iuſtum, item per fraudes decipere. *Plato de iuſto.*

Ex calumnia, & inuidia mendacium paruo tempore dur[...] latim extinguitur. *Theophraſt.*

Qualis eſt quisque, talia ſunt eius facta, & oratio. Ac per [...] dem, omne in malo vitioque mendacium eſt; veritas honeſta [...] dabilis. Ita etiam verus homo, quoniam medium locum ob[...] omnis laudabilis: quia autem mentiuntur, vtrique ſunt [...] randi, ſed maiore quadam ratione arrogans.

Qui maiora ſibi quam quæ inſunt, vendicat, & ſumit, [...] lius cauſa: eſt ille quidem ſimilis improbo (neque enim [...] cio delectaretur) ſed tamen ſtulti potius, quam praui [...] rere videtur. Qui autem alicuius rei cauſa id facit, ſi gloriæ [...] honoris, non eſt ille admodum vituperandus, qualis eſt [...] gans: atqui pecuniæ, vel earum rerum, quæ ad pecuniam [...] ctant, is multo deformior eſt. Nec vero facultate ac poteſtate [...] rogans, ſed animo ac voluntate cernitur, ex animi enim [...] & quia talis ſit, omnis arrogans iudicatur. Ita mendax alius [...] dacio ipſo delectatur, alius gloriæ, quæſtusve cauſa m[...]

quidem, qui cupiditate gloriæ aliquid ſibi tribuunt, ea ſibi quæ vel ad laudem, vel beatam vitam pertinent: qui quæſtus, ea ſibi vendicant, quæ etiam vſui ſunt proximis, adſint, celare & occultare licet, velut ſi ſe medicos biles eſſe profitentur. *Cleobulus.*

interrogatus, Quod proficerent mendaces? Vt vera, quentibus fides non adhibeatur. *Laert. l. 5. c. 1.*

## ¶ Apophthegmata.

dicebat mendacium concedendum eſſe medicis, aliis vero Medici quippe, vt ægrotantium animos conſulenter, pro ſanitatem, etiam in ipſo mortis agone, ne animum de- *lib. 3. de Repub.*

Ariſtogiton ſycophanta in ſermonibus nihil niſi arma nabat: quum vero intellexiſſet delectum militum habe- valetudine crus obligabat, baculoque innixus ceu vul- iudicans prodiit in publicum, cum Phocion, à tribunali ait. Scribe Ariſtogitonem claudum, & eundem impro- mendacem. *Plut.*

ſuperatis pugna nauali Athenienſibus, ſumma celeri- fauſtum victoriæ nuntium attulit, vnde ſupplicatio- epulumque per vnamquamque tribum conſtitutum. poſt, cum verus nuntius calamitatis afferretur, vniuerſus Stratoclem exarſit. Tum ille, Quid, inquit, viri Atheni- moleſti intuli, duos dies ſumma eſtis ea cauſa in volu- *Fulgoſ. libro quarto, capit. 18. & Eraſ. lib. 4. ex Plut.*

Fabulæ Dolabellæ dicenti, ſe triginta annos habere. Ve- inquit, nam hoc iam viginti annos audio. Volebat illa iu- quam erat. Itaque Cicero eluſit illam ſimulata aſſenſio- ans interim illam eſſe quinquagenariam. *Eraſmus l. 4.*

Obiicientibus, quod à reo pecuniam accepiſſet, qua ma quasdam ædes eſſet empturus: Fatebor, inquit, accepiſſe numero. Eas quum eſſet mercatus, exprobrantibus vanitatem: inquit, boni patris familias eſſe diſſimulare ſi quid con- emere? *Eraſ. l. 4. apoph.*

Curtium, quo iunior videretur, multa de annis æta- mentientem, ita redarguit, Ergo, inquit, quum vna declama- non eras natus. *Eraſ. 4. apoph.*

Iulia Cæſaris Auguſti filia, cum mature canos habere coepiſſet, habebat comptrices quæ canos capillos ſublege- quum Auguſtus pater interueniſſet clam, canos capil- filiæ vidit, quos euulſerant. Cum autem, aliud agens, diſſimulaſſet, demum poſt multa interrogauit filiam, Vtrum annos cana eſſe mallet, an calua? Quumque illa reſpon- eſſe malle: Cur ergo, inquit, tuo iuſſu & inſtinctu illæ caluam te facere ſtudent? Et ſic prudenter mendacium deprehendit ac corrigere ſtuduit. *Eraſmus libro 4. apoph. ex*

quodam rogatus, quantum à vero falſum abeſſet? Quan- oculi diſtant ab auribus. Senſit autem, eos plerumque audita, non viſa referunt aliis. *Max. ſer. 35.*

aiebat ſe mirari, qui fieret, vt Athenienſes, qui prohi- mentiri, tamen in cauponum tabernas palam mentirentur. merces, emuntque, lucri cauſa fallunt quemcunque quaſi quod priuatim eſſet turpe, fiat honeſtum, ſi publice At in contractibus maxime fugiendum erat menda- maxime mentiuntur homines, cum maxime negant Apud Athenienſes lex erat, quæ iubebat ἐν ἀγορᾷ ἀψευ- *Laert. l. 1. c. 9.*

*Archidamus.* Chius quidam iam ſenex in Lacedæmonem perue- quidem alioquin erat arrogans, ſed ſenectutis ſuæ ipſum canos tinctura obliterare conabatur. Progreſſus au- publicum, de rebus orationem habuit, quarum gratia vene- ſurgens Archidamus, dixit: Quid ille tandem rectum dice- mendacium non in anima ſolum, ſed capite quoq; circum- *ſer. 10. ex Theophraſt.*

Laconi cum quidam dixiſſet, Mentiris, vrbane, Quia liberi ſumus: ſed alii, ſi quando vera non dixerint, flebunt.

Dicere ſolitus eſt, mendaces omnem ſcelerum & iniu- authores eſſe. *Plut. in Lacon.*

Quidam mirantibus, quod humile candelabrum e- tranſlorium erit, inquit. Eludens iocoſo mendacio: ne par- deretur. In conuiuiis vtimur humilioribus candelabris, vt ex- videamus quæ ſunt appoſita. *Eraſ. l. 6. apoph.*

inter peccata, duo grauiſſima numerabant: Prius eſſe debi- alterum, mentiri, quod obærati plerumque mentiuntur, polliceantur in diem, nec præſtant quod pollicentur. Ex *Hero-*

dicere ad Armenium ſolebat: Omnino non mentiendum Apertum enim mendacium hominibus maxime impedimen- ad veniam conſequendam. Danda eſt quippe his venia, qui ex vel errore mentiuntur: qui data opera aperte nugantur, nul- digni ſunt. *Xen. l. 2. Pædiæ.*

*Galba*, quodam iactante, quod in Sicilia murænam quinq; pedes longam emiſſet: Nihil, inquit, mirum, nam ibi tam longæ naſcuntur, vt his piſcatores pro retibus cingantur. Mendacium euidentiore mendacio deriſit. *Fulg. l. 4. c. 18. Eraſ. Roter. l. 6. apoph.*

## ¶ Similitvdines.

*Chryſoſtomi.* Quemadmodum qui putres, & ruinam minantes parietes albo tectorio linunt, non tamen eos poſſunt erigere: Ita & mendaces facile deprehenduntur: & omnis error ita imbecillis eſt, quamuis extrinſecus callide fucetur. *Homil. 66. de liuore & inuidia.*

*Plutarchi.* Quemadmodum araneæ ex ſe telas texunt: Ita quidam ex ſeipſis comminiſcuntur fabulas ac mendacia, cum nihil ſubſit veri. *in mor.*

## ¶ Exempla Biblica.

Mendacii officioſi hæc dantur *exempla*: Ioſeph, *Gen.* 43. v. 18. & 44. v. 1. 2. &c. Obſtetrices piæ, *Exod.* 1. v. 18. 19. Rahab, *Ioſ. 2. verſi.* 4. 5. 6. Michol, 1. *Sam.* 19. v. 16. 17. Dauid, 20. v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 21. v. 9. 10. 11. 12. Chuſai, 2. *Sam.* 16. v. 16. 17. 18. Eliſeus, 2. *Reg.* 6. v. 18. 19. 20. Iudith, *Iudith.* 10. v. 11. 12. 13. Mendacii vt vocant, pernicioſi & vitioſi *exempla*: ſerpens, *Gen.* 3. v. 4. Sara, 18. v. 15. Huc referunt etiam Abrahami exemplum, *Gen.* 12. 13. & 20. 2. Vbi petit ab vxore ſua Sara, vt ſe ſororem ipſi eſſe fateatur: quum in illis locis non petat ab vxore Abraham, vt mentiatur, falſum aiens, aut negans verum: ſed tantum vt veri partem reticens (auum enim communem habuerunt, *Gen.* 20. v. 12.) ipſum à periculo liberet: quod autem Sara filia patris Abrahami dicitur, *Gen.* 20. v. 12. ex Hebræorum idiotiſmo fit, qui nepotes, auorum filios & filias vocare ſolent, vt & *Exod.* 2. v. 17. 18. 20. Idem & de Iſaaco, *Gen.* 26. v. 7. dici poteſt Iacob. 27. v. 19. 24. Rachel, 13. v. 35. Patriarchæ, 37. v. 31. 32. Vxor Putipharis, 39. v. 14. Gabaonitæ, *Ioſ.* 9. v. 8. 9. Samſon, *Iudic.* 16. v. 13. 14. 15. Fama de Abſalone, 2. *Sam.* 13. v. 30. Mulier quædam, 17. v. 20. altera Meretricum, 1. *Reg.* 3. v. 22. 23. falſi teſtes. 21. v. 13. Propheta quidam, 13. v. 18. Giezi, 2. *Reg.* 5. v. 22. Hazael, 8. v. 14. 15. Aman, *Eſth.* 3. v. 8 Principes & reſidua pars populi à captiuitate, *Ier.* 42. v. 5. 21. duo ſenes, *Dan.* 13. v. 36. &c. Antiochus, 1. *Mach.* 1. v. 31. 32. Demetrius, 11. v. 53. Triphon, 13. v. 19. 20. Iudæi Scribæ & Phariſæi, *Matth.* 11. v. 19. Petrus, 26. v. 70. 71. Iudæi ſeniores & milites cuſtodes ſepulchri, 28. v. 11. 12. 13. Parentes cœci nati, *Ioan.* 9. v. 20. 21. 22. Ananias & Saphira, *Act.* 5. v. 2. Falſi teſtes, 6. v. 14. Quæſtuarii, 16. v. 19. 20. Athenienſes, 17. v. 18. Demetrius, 19. v. 27. Iudæi quidam, 21. v. 28. Tertullus Orator, 24. v. 5. Cretenſes, *Tit.* 1. 12. Pſeudoapoſtoli, *Apoc.* 2. 2. Pſeudo Iudæi, v. 9. & 3. 9.

## ¶ Exempla Profana.

*Dionyſius iunior* adulatoribus vnice delectabatur. Ab eo nuncupati Dionyſiocolaces, qui ſublandiendi cauſa nil ſe eorum quæ opponerentur videre ita ementiebantur, vt ab ipſo Dionyſio ductari manu geſtirent. Cæterum & id genus homines Alexandrocolaces mox nuncupati, à Magno (vt fere creditur) Alexandro appellatione propagata. *Cælius l. 22. c. 17.*

*Alexandrum Magnum* poſt res in Aſia geſtas, cum iam Indicam ſuſcepiſſet expeditionem cepit in tanto rerum ſucceſſu gloriæ cupiditas: vt iam non aliter quam proſtratis humi corporibus reſalutari pateretur: ſuperabatque abunde adulatio, perpetuum regnorum malum, quorum opes ſæpius, quam hoſtis dira hæc peſtes euertit. Macedones tamen minus fecere, immoderatius Græci, genus hominum in id vitium propenſiſſimum. *Sab. l. 6 Enn. 4.*

*Quamuis eſſet* ad omnes homines *M. Craſſus* aſſentationibus ſubigendos peritiſſimus: idem erat tamen viciſſim adulationibus opportunus omnium. *Plut. in Craſſ.*

*Antonius Caracalla* Imperator omnem illam pecuniam, quam per continuas actiones extorſit, partim militibus, partim aſſentatoribus largitus eſt. *Dion. & Xiphilinus.*

*Ægyptijs* nullus mentiendi modus, ſummaque mentiendi impunitus erat. *Alex. l. 6. c. 10.*

## ¶ Hieroglyphicvm.

Eſt *mendacij & ſimulationis* hieroglyphicum *Pica*, vtpote quæ anteriore parte candida ſit, poſteriore autem nigricet: amicum ſcilicet purum atque ſincerum affatu primo ſimulet: mox vel decipiat, vel eludat. *Pier. Val. l. 24. pag. 215. A.*

## ¶ Fabvlae.

### Simius & Delphinus.

Solebant quondam mercatores in longinquis nauigationibus aſſumere catellas melitæas, aut ſimiolos, quorum luſibus tædium nauigandi leuaretur. Quodam igitur Atticam cum ſimilio præteruecto, non longe à Sunio promontorio regionis illius, vehementiſſima oritur tempeſtas, vt inhorreſcit mare, atque fluctus tanta vi concitantur, vt nauis euerteretur. Diſiectis igitur atque fluitantibus & rebus & hominibus, nabat in vndis & ſimius. Hunc conſpicatus Delphinus, miſertus illius, quod eſſe hominem arbitraretur, ſingu-

laris autem amor eſt erga genus humanum Delphinorum, annatat ad ſimium & ſuſceptum euehere ad terram incipit. Iamque in conſpectu erat Piræus, ibidemque nauale Athenienſium, cum interrogat Delphinus ſimium, An eſſet ciuis Athenienſis? Qui cum reſpondiſſet, ſe & eſſe ciuem Athenienſem, & in ea vrbe nobilibus parentibus procreatum, Amplius ille, an noſcitare poſſet Piræum rogat. Tum ſimius: Optimum ne illum amicum & ſummum, ac inprimis familiarem, inquit, meum, ratus de homine Delphinum loqui. Quo tam impudente mendacio offenſus Delphinus, in mare ſe demerſit, & vanum ſimiolum in aquis ſuffocandum reliquit.

Contra vanitatem & mendacia hæc fabula narratur, quæ ſæpenumero glorioſulis non ſolum detrimento atque probro, ſed etiam exitio fuiſſe compertum eſt.

*Opifices.*

Iupiter Mercurium iuſſit opificibus dare potionem medicatam vanitate. Ille oblitus vnius generis neſcio cuius; miſcuit æqualiter mendacium vniuerſis: cum autem recordaretur poſtea horum, quicquid relictum fuerat, id totum ebibendum prius præteritis præbuit. Ideoque cum omnes opifices multum mentiantur, aliqui tamen putantur eſſe vaniſſimi.

Narratur fabula de mendacibus opificibus.

*Fraudulentus.*

Periculoſe ægrotans pauper vouit, centum ſe bobus rem diuinam diis facturum eſſe, ſi conualuiſſet. Dii illum, fide habita, ſanitati priſtinæ reſtituerunt. At ipſe confirmatus pannuceos boues centum finxit, & Diis immolauit. Quam rem cum indigne tuliſſent Dii, exacturi pœnas perfidiæ, immiſere illi ſomnium, quo iuberetur in certo loco littoris terram effodere, quod ibi inuenturus eſſet quadringenta M. nummum, id eſt mille Atticas minas. Quo cum expergefactus cupide perrexiſſet, & aurum quæreret, captus a Piratis fuit. At ille ſimiliter, vt Deos antea, & hos fallere tentans, pollicetur pro ſuo corpore talenta mille, immanem pecuniæ ſummam. Nam noſtratis nummi hæc fuerit circiter ſexingentorum M. aureum coronatorum. Sed cum huic illi minime crederent, abductus, & mille denariis venundatus fuit.

Fabula docet, mendacia, mendaceſque homines Diis eſſe inuiſos.

*Vulpes & Crocodilus.*

Crocodilus Ægyptiacum eſt animal, tetrum aſpectu, atq; monſtroſum, ſpecie lacertæ, cute rugis & ſquammis horrida, vaſtum atq; informe. Inter hunc & vulpem quodam tempore certamen de generis nobilitate extitiſſe narrant. Quum autem crocodilus & maiorum ſuorum multa præclara facinora, & à ſe fortiter res geſtas prædicatione ſua extolleret, reſpondit vulpes: Nihil opus eſſe verbis, nam de pelle apparere omnia.

Hoc fabula innuit: Mendaces ipſa re ſolere coargui & refutari.

*Vide Aſtutia, Fraus Veritas.*

# Mendicus.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Mendicus, πτωχὸς, προσαίτης. Qui victum oſtiatim quæritat, Egenus. Hebr. *Raſch*, à verbo *Roſch*, egenus fuit, ad mendicitatem redactus eſt. Opponitur verbo *Iazaſch*, Diues fuit. *Gal. Riche.* Egenus is eſt qui nihil poſſidet: omnium enim quæ ad vitam neceſſaria ſunt, egens eſt.

Mendici nulli in Eccleſia eſſe debet. *Deut.*15.4. Dauid etiam aſſerit, ſe non vidiſſe iuſtum derelictum, & ſemen eius quærens panem, *Pſalm.*37.25. multi tamen erant Chriſti tempore, quod illius temporis corruptelam arguit, *Luc.*16.20. & 18.35. *Ioan.*8.9. *Act.*3.2.

## ¶ SENTENTIA PHILOSOPHICA.

Mendicus nullus in ciuitate ſit: ſi quis hoc facere tentauerit, vt precibus inefficacibus victum quærat, ex foro ædiles depellant, ex ciuitate vrbis curatorum magiſtratus, ex reliqua regione agrorum curatores extra fines expellant, quo regio ab huiuſmodi animali pura fiat. *Plat. de leg. dia.*11.

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Diogenes.* Quibuſdam Diogeni probro vertentibus, quod peteret, cum id Plato non faceret: Imo, inquit, petit & ille, ſed.

*Admoto capite, vt nequiſquam exaudiat alter.*

Abuſus eſt Homerico carmine, quod eſt Odyſſ. α. quo ſignificauit, Platonem non minus eſſe petacem, niſi quod ille clam peteret, ipſe palam. *Laert. l.*6.

*Idem*, Poſteaquam inopia compulſus cœpiſſet mendicare, his verbis ſolebat aggredi: Si cui alteri dediſti, da & mihi: ſin nemini, à me incipe. Significabat, ſe non inferiorem cæteris mendicis: itaque vt qui daret quibuslibet, daret & Diogeni: qui vero tam parcus eſſet, & nemini quicquam daret, huic tempus eſſe, vt aliqu[...] inciperet. *Laert. l.*6.

*Idem*, A prodigo petebat minam, ille admiratus impo[...] ſtulationem, interrogabat; Cur ab aliis obulum pete[...] autem minam? Quoniam, inquit, ab aliis iterum me [...] ſpero, à te autem fortaſſis nunquam. *Laert. l.*6.

*Ariſtoteles* obiurgatus à quodam, quod dediſſet ele[...] homini malo: Non mores, inquit, ſed hominis miſeria[...] *Laert. l.*5. *c.*1.

*Idem*, Ab alio, eadem de re caſtigatus; Non homini de[...] quicquam, ſed humanæ ſorti. *Laert. l.*5. *c.*1.

*Stratonicus*, Cuidam laudanti ipſum, vt aliquid accipe[...] inquit, maior mendicus ſum. Sentiens, non eſſe muſico[...] laudanti, ſed accipere à laudatis. *Athen.*

*Anonymus*, Lacedæmonius quidam videns quendam [...] gantem; Nihil: inquit, moror deos, qui me ſint pauperio[...] quet, vetus eſſe, ſub obtentu religionis exercere mendici[...] plerumque tales collectæ non impendantur diuis, qui [...] ſunt egeni, ſed improborum luxui ac libidini. *Plut. in L*[...]

*Idem*, Mendicus quidam petiit aliquid à Lacone, at [...] inquit, dedero, magis es futurus mendicus. Verum iſtiu[...] vitæ tuæ fuit author, qui tibi primus dedit, teque fecit in[...] pud Lacedæmonios probro dabatur mendicitas, quod [...] diſſent, & minimo eſſent contenti. Benignitas autem in [...] ſpeciem habet magnæ virtutis: ſed ea piorum hominum [...] lit plurimorum malorum luxurioſam ignauiam. *idem.*

*Antigonus* Thraſillo Cynico petenti drachmam, non [...] munus regium. Cynico ſubiiciente; Talentum igitur da: [...] inquit, Cynicum tale munus accipere. Vtroque cornu [...] ſtulatoris improbitatem, quem exiſtimabat nullo dign[...] cio. *Plut. in Reg. & Imp. apoph.*

*Vide Paupertas.*

# Mens.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

Mens, Græce νόος & per κρᾶσιν, νοῦς, ȣ, ὁ, dicitur, venitque [...] do, vel à memini. *ſecund. B. Thom. prima parte, q.*79. [...] bræi Mentem nomine cordis, recordationis & intelligen[...] tellectus frequenter exprimunt. Mentis miræ operatio[...] runt, vt variis appellationibus ea deſignaretur, quæ in [...] ſcriptis occurrunt, ad quarum diſquiſitionem lectorum [...] uitamus.

Mens igitur eſt, quæ in anima eminens, ac in Lunæ mo[...] à Græcis μήνη appellatur, modo quaſi perficitur in [...] nunc diuina, nunc humana, nunc ſumma, nunc infima [...] acie, nunc ſeſe inſpiciendo cuncta ſibi cogitatione prop[...] etiam hebeſcit, & quaſi obtunditur, hinc dementes: m[...] obcœcatur ac ſepelitur; vnde inſani.

## ¶ LOCI BIBLICI.

Mens pro intelligentia, θεωρητικῇ duntaxat: *Tit.*1.1[...] ratio in non renatis, caput eſt naturæ corruptionis, *Coloſ*[...] que carnis etiam nomine ſæpe comprehenditur, *Rom.*8[...] *Verſicul.*17.18. & 2.3. *Coloſſ.*2.18. mentis renouatio nece[...] 12.2. *Epheſ.*4.2.

## ¶ SENTENTIAE POETICAE.

Ouid. 1. Faſt. & 2. de Triſt.

*Conſcia mens vt cuiq; ſua eſt, ita concipit intra*
*Pectora: quo facto ſpemq; metumq; ſuo.*
*Omnia peruerſa poterunt corrumpere mentes.*
*Stant tamen illa ſuis omnia tuta locis.*
*An dubium eſt habitare Deum ſub pectore noſtr*[...]
*In cœlumq; redire animas, cœlumq; venire?*
*Exemplumq; Dei quiſq; eſt in imagine parua.*

Ouid. 6. Faſt.

*Eſt Deus in nobis: agitante caleſcimus illo;*
*Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.*

Iuuen. Sat. 8.

*Summum crede nefas animam præferre pudori*
*Et propter vitam viuendi perdere cauſas.*

Ouid. 1. Faſt.

*Conſcia mens recti famæ mendacia ridet,*
*Sed nos in vitium credula turba ſumus.*
*Eſt aliquid magnis, crimen abeſſe malis.*

Valer. Flac. l. 2.

*Stabilem quando optima facta.*
*Dant animum, maiorq; piis audacia cœptis.*

Hor. l. 1. Epiſt.

*Hic murus aheneus eſto,*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.*

Plaut in Amph.

*Qui non deliquit, decet*
*Audacem eſſe, & confidenter pro ſe & proterve loqui.*

Ouid. 2. Amor.

*Multa miſer timeo, qui feci multa proterve,*
*Exemplíq; metu torqueor ipſe mei.*

Mentis oculos in Deo ſemper fixos eſſe debere.

Anthol. Sac. Iac. Bill.

*Æquora qui fragili ſulcat maleſida carina,*
*Quid, curſum vt tendit, nocte ſilente facit?*
*Peruigil ad cælum tendit ſua lumina, ſydus*
*Spectat & in boreo iuge quod axe micat.*
*Quiſquis iter vitæ ſequeris, vitæq; perennis,*
*Ne tua ſint terræ lumina fixa, caue.*
*Semper at æthereas ſublimi vertice ſedes*
*Conſpice: ſic tutum lætus habebis iter.*

§ Sententiae Philosophicae.

Mens humana eſt ſpiritus, per quem corpus, cui eſt connexus, vitam agit cognitioni Dei propter amorem, atque huic coniunctioni eum ad beatitudinem æternam. *Viues l. 2. de anim.*

Anima eſt agens præcipuum, habitans in corpore apto ad vitam. Agens nominatur, quaſi artifex. Nam quod agit quippiam per inſtrumenta, in eo ipſo vis ineſt agendi illud ipſum, vt in pictore pingendi præcipuum additur. Nam ſi quis calorem vel humorem, vel aliud aliquid dicat agere in corpore, ſciat, illa omnia non per ſe agere, ſed ab anima id habere, vt agant; Ergo anima ipſa artifex eſt agens, non aliunde: in eo vtique corpore vim ſuam mutuans.

Habitare dicitur in corpore: Nam Deus eſt in illo corpore, non tamen habitat: & Dæmon ſe inſinuare poteſt in corpus animantis, ſed habitat anima, quod illic eius eſt manſio, tanquam in ædibus, cum tota ſupellectile, & domeſtico inſtrumento.

In corpore. Cæterum corpus hoc actum deſcriptumque eſſe conuenit, quemadmodum illius ſpeciei effectioni conſentaneum eſt. Neque enim promiſcue in quacunq; forma & figura corporis, quæ anima poſſet hærere ad vitæ operationes edendas hoc certe natura ordine, & his legibus, quæ author vniuerſitatis à condito orbe ſanxit. *Viues l. 2. de anima.*

Anima eſt, quod naturaliter mouet viuum corpus.

Philippus de Anima refert, eam eſſe definitionem nominis; Adhuc enim quæri poſſe, quæ res ſit anima: an ſit corpus, an oriatur ex elementis, an ſit aliud quam ſpiritus vitalis.

Vita eſt conſeruatio eorum inſtrumentorum, quibus anima vtitur in corpore.

Præcipuum illorum eſt calor, & propter calorem humidum calori congruens paſtus & conſeruatio illius. Quæ igitur viuentia has qualitates diutiſſime poſſunt conſeruare, viuaciſſima ſunt. *Arist.*

Intellectus vel intelligentia eſt prima illa & ſimplex apprehenſio eorum, quæ menti proponuntur: Nec aliter ſe habet in mente quam ſenſus in corpore, imaginatio in animo. Sed neque ob id ſimplex vocatur, quod ſimplicia tantum cognoſcat, id eſt, ſingula rerum, vt ſenſus, ſed quod nihil aliud quam ea comprehendit, ac velut intuetur, quæ offeruntur: ea vero, quantumlibet varia, compoſita, connexa, ratiocinationes, ſermones longos & multiplices, viſa confuſiſſima. *Viues l. 2. de anima.*

Ratio eſt collationis progreſſio, ab vno in aliud, vel à quibuſdam ad aliud, vel alia. Ideoque etiam diſcurſus nominatur, & reputatio; quod ſicut in vite putantur ſarmenta inutilia ita in ratione, vt ſolum vtile retineatur, parum (quod dicitur) & purum quoad eius præſtari poſſit. *Viues l. 2. de anima.*

Eſt autem ratio data homini ad inquirendum bonum, vt id voluntas amplectatur. Et eſt duplex diſcurſus: ratio ſpeculatiua, cuius finis eſt veritas, & ratio practica, cuius bonum. Prior ſiſtit ibi, altera tranſit ad voluntatem. Speculatrix autem non eſt ſimplex, nam eſt vel in veritatibus, quæ ſenſu, aut phantaſia, aut ex iis collectis rationibus licet conſequi, quæ vocatur inferior: vel in iis, quæ ſunt ſeu altiora, ſeu magis abdita, quæ ſuperior.

Iudicium eſt cenſura, id eſt, approbatio, & improbatio rationis; diſcurſus videlicet, & clauſulæ, quod eſt in mēte velut amuſſis quædam & norma, aut vt examen in libra. Itaque dum ratio eſt in actione ſua, quieſcit iudicium: ea vbi functa eſt ſuo munere, exurgit cenſura, & iudicat primum de connexione, hinc de diſcurſu, quem ſi approbet, non poteſt reprobare clauſulam: hæc ſi abſurda videatur, & receptæ, infixæque prius ſententiæ contraria, hæret iudicium, ſeque falſum eſſe ſuſpicatur: ſin autem nihil metuit fallaciæ, tranſit in ſententiam diuerſam, vi argumentationis impulſum. Eaque eſt maxima vis, ſeu vnica potius, quæ poteſt menti adferri, ſi veriſimilis ratio oſtendatur, ad reliquas omnes violentias immobilis. Quod ſi non recte eſſe diſcurſum, & quæ oporteat, arbitretur, continet ac cohibet ſe, nec quoquam inclinat. Et ſicut ratio vtitur formulis, quæ ſunt de probabilitate, ita iudicium iis, quæ de argumentatione exiſtunt.

Iudicium rectum & ſanum eſt, quod apte circumſpicit, quid ex quoque naſcatur, quid cuique ſit conſequens, quid alienum, quid repugnans, quid congruens, & conſentaneum.

Voluntas eſt facultas ſeu vis animi, qua bonum expetimus, malum auerſamur, duce ratione.

Sunt autem duo actus in voluntate, propenſio ſeu amplexus boni, & auerſatio mali: orbatio eſt vtriusque, cum illa otioſa neutrum in partem inclinat.

Voluntas ipſa domina eſt omnium & imperatrix, ſed per ſe nihil habet lucis: illuminatur à mente, id eſt, ratione ac iudicio, quæ appoſita eſt illi, veluti conſultrix ductrixque, non vt regat, aut torqueat, ſed vt dirigat, & meliorum admoneat. Itaque nihil voluntas appetit, aut deuitat, niſi à ratione præmonſtratum. Quocirca actus voluntatis à voluntate quidem producitur, à ratione autem iudicatur, & ſuadetur. Atque (vt ita dicam) à ratione gignitur, à voluntate quidem producitur, à ratione autem iudicatur, & ſuadetur. Atque (vt ita dicam) à ratione gignitur, à voluntate paritur. Magiſtra eſt igitur & præceptrix voluntati ratio non domina.

Voluntas, ſecundum Ciceronem l. 4. Quæſtionum Tuſculanarum, eſt, quæ quid cum ratione deſiderat: quæ autem aduerſus rationem incitata eſt vehementius, ea libido eſt, vel cupiditas effrenata, quæ in omnibus ſtultis inuenitur.

Natura omnes ea, quæ bona videntur ſequuntur, fugiuntque contraria. Quamobrem ſi ſimul abiecta ſpecies cuiuſpiam eſt, quod bonum videatur, ad id adipiſcendum impellit ipſa natura, id cum conſtanter prudenterque fit, eiuſmodi appetitionem Stoici βέλησιν appellant, nos appellamus voluntatem? eam illi putant in ſolo eſſe ſapiente. *Viues l. 2. de anima.*

Virtus & aliorum ſcientia eſt, & ſui. Diſcedendum de ipſa eſt, vt in ipſa voluntas diſcatur. Actio recta non erit, niſi recta fuerit voluntas. Rurſus voluntas non erit recta, niſi habitus animi rectus fuerit: ab hoc enim eſt voluntas. Habitus porro animi non erit in optimo, niſi totius vitæ leges perceperit, & quid de quoque iudicandum ſit, exegerit, niſi res ad verum redegerit. *Senec. epiſt. 96. ad Lucilium.*

Primum, voluntas eſt animi vniuerſi dominatrix & rectrix: voluntatis amor: rapit enim illam amor ad ſuum bonum, qui motus eſt omnium citatiſſimus, quoniam celerrimus per ſe & in præcipiti voluntatis: naſcitur enim & gliſcit volente ipſa ac libente vt tanquam impelli videatur per pronam *Viues l. 3 de anima.*

Ratio ſapientia eſt: nam nemo inter bonum malumque definiendi poteſt habere conſilium, niſi ſapientia radicitus fulciatur. Iam ipſam ſapientiam ſequitur ſemper ſociata iuſtitia: iuſtitiam virtus animi non relinquit: virtutem comitatur caſtigata ſobrietas. Quadripartita itaque eſt iſta ſapientia. Duo præterea ſunt, quæ aut faciunt paſſionem, aut impediunt, dolor & voluptas: quorum vnum ſemper reſpuit, alterum ſemper exoptat. Sed vbi voluptas inſurgit, & ratione ſtatim eiicitur, confirmatur animus, & pœna trutinata cum gloria, ſpe maioris præmii contemni incipit, antequam veniat; cum autem venerit, erubeſcit animus, non ſufferre quod voluit.

Ratio eſt itaque, cuius eſt omne, quod facimus: per illam animi punitio, omniumque vitiorum deteſtatio eſt, quæ officio periti functa cultoris inutilia ſarmenta ſuccidens, & omnem ſpiritum noxii humoris enecans, illud ſolum, quod profuturum intelligit, manere permittit. Sic ratio hominem paſſione depurandum, purum reddens, & ante paſſionem confirmat, & in ipſa paſſione corroborat. Quis non venationis, quis non piſcium eſcis delectetur? quem non grata diuerſarum auium ſagina ſollicitet? an exquiſiti terra marique cibi, vſquequo eſurire compellant? da rationem, quæ abſtinentiam imperat: concupiunt quidem omnes, ſed nemo attingit: doceturque his rebus animus delectationem ſuam vincere, & imperare protinus voluptati, vt, dum ad occaſionem martyr venerit, reiectis hiſce vitiis, præſentem pœnam præteritis virtutibus non præponat. Inde Ioſeph iuſti nomine vel voce laudatus, quod libidinem in puerili ætate flagrantem ratione reſtinxerit. Deus itaque humani artifex corporis, cum hominem fundauit & mores, ſic ſingula membrorum lineamenta componens, perfecto iam corpori dominam (quæ in ea eſſet, & imperio quodam vteretur) mentem dedit, cui quædam in ipſa poteſtate obſeruationis mandata conſtituit, vt ſobrietatem teneat, diligat bonum, iuſtitiam non relinquat, & ipſa imperii poteſtate, qua corpori imperat, imperia tamen diuinæ poteſtatis obſeruat. Etenim dicet aliquis: Si ratio principatum obtinet paſſionis, cur habemus ſæpius impiam voluntatem? Si hoc exiſtimas eſſe, ridiculum eſt: nam ratio non poteſt obtinere, ne deſideretur aliquid, ſed poteſt cogere, vt quod deſideratum fuerit, prudentis conſilio ratione vincatur: vtputa obtinere non poteſt, ne iraſcaris, ſed cogere poteſt, vt nullum ſcelus iratus admittas; Turpiſſimas quoque ſimiliter voluptates non, ne concupiſcas, ſed ne his ſatisfacias, obtinebit. Non ergo extinguit penitus vitia, ſed repellit. *Flauius Ioſephus de Machabæis.*

Plato dicit, tres animas eſſe in homine: ἡγεμονικὸν ſeu λογιστικὸν, id eſt,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

id eſt, rationalem, quæ (*vt Galenus diſerte dicit in 7. de Hippocratis & Platonis dogmatibus*) in capite eſt, & ſunt eius opera: imaginatio, memoria, intellectio, iudjcium, præterea ſenſibus ſuppeditare motum, & voluntarios motus regere: denique tribuit ἡγεμονικῇ eam virtutem, quam vocant animalem.

Alteram animam vocat θυμοειδὴς: huius ſedem ait eſſe cor, & tribuit ei virtutem, quam vocant vitalem, & adfectus, hoc eſt, motus ſenſitiui appetitus.

Ἐπιθυμητικὸν vocat tertiam animam, cuius ſedem eſſe inquit hepar, huius officia ſunt, nutrire, gignere. Hæc vocatur ab aliis virtus naturalis.

Anima rationalis, quantum ex ſacris literis conſtat, eſt ſpiritus intelligens, qui eſt altera pars ſubſtantiæ hominis, nec extinguitur, cum à corpore diſceſſit, ſed immortalis eſt.

Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. *Gen.2.*

Hodie mecum eris in paradiſo. *Luc.23.*

Eſt igitur anima ſpiritus, qui diſcedens à corpore tamen non extinguitur. Voco autem ſpiritum ſubſtantiam quandam ſpiritualem.

An vna ſit tantum hominis anima, ſcilicet rationalis, continens ſimul vires aliarum animarum, ſentientis & vegetatiuæ: an vero ſunt diſtinctæ animæ in homine; vegetatiua, ſentiens, & rationalis, ſicut Plato, Ariſtoteles & Galenus loquuntur, multæ & variæ ſunt quæſtiones, *Vt Philippus latius diſputat.*

Mens libro & tabulæ raſæ ſimilis.

Mentis delectationes ſunt, cognoſcere creatorem, conſiderare opera cœlorum, & ſapientiam ſuam. *Plat. de ſummo bono, & de morte.*

Mens cernit, mens audit, reliqua ſurda cœcaque ſunt, & rationis indiga. *Plut.*

Præcipuus animi morbus dementia. *idem.*

Velociſſima enim rerum omnium mens eſt; nam per omnia diſcurrit. *Thales.*

Mens optima, vates eſt, & bonum conſilium. *Euripides.*

Mens bona non emitur, nec commodatur; & puto ſi venalis eſſet, non haberet emptorem.

Cogita, in te, præter mentem, nihil eſſe mirabile, cui magno nihil eſt magnum.

Humana mens facilius ſequitur, quam dicitur.

Opus eſt te animo bene valere vt corpore poſſis. *Sen. epiſt. 8. & lib. de ira.*

Animus nec cum adeſt, nec cum diſcedit, apparet Cicero. *in Catone Maior.*

Animi vis duplex eſt: vna in appetitu poſita, altera in ratione, quæ docet, quid faciendum fugiendumque ſit, ita vt ratio præſit, appetitus vero obtemperet.

Vt multo maiora ſunt opera animi, quam corporis: ſic eæ res, quas perſequimur ingenio ac ratione, gratioſiores ſunt, quam hæ, quas viribus. 2. *Offic.*

Corpus quaſi vas eſt mentis & receptaculum, 5. *Tuſcul.*

Mens diuinum quiddam eſt, patique non poteſt. *lib. 1. de anim. c. 4. T. 66.*

Ratio vult mentem antiquiorem eſſe, imperareque natura. *l. 1. de animo, c. 5. T. 82.*

Impatibilis ſit mens neceſſe eſt, eamque vim habeat, vt & ſpecies rerum recipere poſſit: non autem ſit ipſæ res. *lib. 3. de Animo, cap. 4. T. 3.*

Mens animi quæ vocatur (mentem autem appello eam, qua ratiocinatur & exiſtimat animus) nihil eſt re ipſa eorum, quæ ſunt, priuſquam intelligat. *ibid. T. 15.*

Mens ipſa ſi quid intelligentia complectatur, quod magnas habeat in cogitando & intelligendo difficultates, nihilominus, imo vero acrius cætera intueri ſolet. *ibid. T. 7.*

Mens ſeparata hoc ſolum eſt, quo ipſa eſt, eaque ſola immortalis æternaque eſt. Porro ea ſeparata, non eſt in nobis vllus memoriæ locus, propterea quod ſit impatibilis, nihilque accipere poſſit. *lib. 3. de animo, c. 5. T. 20.*

Mens eſt, quæ vnumquodque coniungit & copulat. *lib. 3. de animo, c. 6. T. 12.*

Mens eſt res ipſa, cum munere intelligendi fungitur. *l. 3. de animo, c. 7. T. 36.*

Mens forma formatum eſt. *l. 3. de animo, c. 8. T. 38.*

Mens ſola extrinſecus accedit, eaque ſola diuina eſt: nihil enim cum eius actione communicat actio corporalis. *lib. 2. de Gen. anim. cap. 3.*

Qui mentem, quemadmodum in animantibus, ſic etiam in natura & mundi & totius ordinis cauſam eſſe cenſuit, is quaſi ſapiens extitit. *lib. 1. Maior. Metaph. c. 3.*

Nobis ratio & mens naturæ perfectio eſt. Ita fit vt ab vtraque morum origo, & exercitatio præparanda, eſſe videatur. *libr. 7. de Repub. c. 15.*

Pars ea animi, in qua ars ineſt & ſcientia, non mouet: ſed ſtat immobilis, *l. 3. de animo, c. 11. T. 58.*

In quibuſdam animantibus pars animi, quæ eſt rationis ac conſilij atque mens ipſa, vt in hominibus ineſt: & ſi quid aliud eſt eiuſdem generis, aut etiam diuinius ac dignius, *lib. 2. d[...]* 3. *T. 29.*

Denſiſſimis tenebris inuoluta mortalium mens in qu[...] tentes errores cœcas precationes tuas ſpargis diuitias ap[...] multis exitio fuerunt: honores concupiſcis, qui pluresp[...] runt: regna tecum ipſa voluis, quorum exitus ſæpenumer[...] biles cernuntur: ſplendidis coniugiis iniicis manus; At[...] quando illuſtrant, ita nonnunquam funditus domos euer[...] ſine igitur, ſtulta, futuris malorum tuorum cauſis, quaſi f[...] rebus inhiare, teque totam Numinis arbitrio permitte. Q[...] tribuere bona ex facili ſolet; etiam eligere aptiſſima poteſ[...] *Max. lib. 7. c. 2.*

## ¶ Similitudines.

*D. Chryſoſt.* Aues celerrime montes, colles, maria, & ſcop[...] mento temporis ſine vllo impedimento transuolant: tali[...] mens, cum pennas acceperit, cum à ſecularibus abſceſſeri[...] apprehendere poterit, omnibus erit eminentior iaculis [...] boli. Non eſt ita perfectus ſagittarius Diabolus, vt poſſ[...] altitudinem pertingere, ſed dimittit quidem iacula, non [...] tingit, ſed reuertitur ad eum iaculum inane, imo in cap[...] *Hom. 22. ad Hebræos.*

*Vt corporis oculos*, cum in fumo forte remorantur, lachr[...] per effundere, ſi vero potiantur aere purgato, & florentib[...] & hortis virentibus, & fontibus inter amœna fluentibus, [...] eſſe, multoque maiore aciei fulgore rutilare intelligimus: [...] tis quoq; oculus, ſi in pratis ſpiritualis paſcatur eloquii, er[...] ne dubio purus ac lucidus, & acutius cuncta perluſtrat: ſi ve[...] mum ſecularium negotiorum fuerit ingreſſus, ad innumer[...] lachrymabit. *Homil. Vigeſima ſecunda ad Hebræos.*

*Philonis Iudæi*, Sicut ſol, quicquid eſt in hoc mundo, illu[...] Ita mens radios ſuos in nobis extendens illuſtrat totum ho[...] *Lib. de ſomnijs.*

*Quemadmodum* poſt ſolis exortum illuſtrantur in terri[...] in cœlo vero cælantur: & è diuerſo poſt eius occaſum ſider[...] demſpromicant, terreſtria vero cuncta obteguntur vmbris [...] nientibus: Ad eundem modum res noſtræ ſe habent, quoti[...] ſuum ſplendor tanquam ſol oritur, tunc ſcientiæ reuera cœ[...] cultantur: quoties autem ad occaſum accedit, tunc fulgen[...] virtutum ſtellæ ſe proferunt, quando etiam mens ipſa re [...] arte fit ſenſibilis. *ibid.*

*Quemadmodum* oculus alia quidem videt, ſelpſum autem [...] re nequaquam poteſt: Sic etiam mens intelligit alia, ſeipſam [...] non comprehendit. *l. 1. Allegoriarum legis.*

*Quemadmodum* principalis humani corporis pars eſt fa[...] animæ principalis pars eſt ipſa mens. *l. 1. allegor. legis.*

*Quemadmodum* corporis regimen eſt penes oculos, mun[...] penes lucis naturam: Eodem modo imperium in nos mens [...] Hæc enim eſt oculus animæ illuſtratus ſplēdore proprio, pe[...] diſpelluntur altiſſimæ tenebræ offuſæ à rerum ignorantia. *l. 1. [...] gor. legis.*

*Thalaſſij*, Sicut hortulanus non eradicans zizania, ſuffoca[...] Ita & mens cogitationes non purificans diſperdit labores. *A[...] linum Presbyterum.*

*D. Auguſtini*, Sicut oculi exteriores quidam ſunt car[...] mens quiddam animi, quod in eo ſecundum participatione[...] næ rationis excellit, & tunc omnibus moribus eius bene pr[...] cum ſuperna luce radiatur, vt ſit in ea lumen verum, quod ill[...] omnem hominem venientem in hunc mundum. *De vera [...] tia.*

*Laurentij Iuſtiniani Patriarchæ.* Quemadmodum cum [...] batum eſt mare procellis concitatum, ac ventis profundum [...] & quod in ipſo mouetur, humanus nequaquam valet per[...] aſpectus: Ita quoque accidit menti, mundialibus negotiis [...] terioribusque curis, immoderatus debito inuolutæ. Frequen[...] me enim agitatur, impellitur, diſperditur, anxiatur, obtene[...] captiuatur, perturbatur, &c. *De inſtitutione & regimine pr[...] rum, c. 6.*

*B. Anſelmi.* Vt aqua quieta, cum ex vna parte ſolis ſuſcip[...] dium, ex altera quietum, & ipſum aliquo in pariete reddit. Sic[...] pacata ſuſcipiens auræ cuiuſpiam verbum, ore remittit & [...] pacatum: vt vero aqua commota radium commotum, ſic & [...] turbata, verbum reddit turbatum, & omnem exterius actum. *[...] militudinib. c. 143.*

*Mercurij Triſmegiſti*, Mundus nutrit corpora, ſpiritus an[...] ſenſus autem quo dono cæleſti ſola felix ſit humanitas, ali[...] tem. Neque enim omnes, ſed pauci, quorum ita mens eſt, [...] beneficii capax eſſe poſſit. Vt enim ſole mundus, ita mens [...] iſto lumine clareſcit & eo amplius. Nam ſol quicquid illumin[...] quando terræ & lunæ inreriectu interueniente nocte, eius pri[...] lumine. Senſus autem cum ſemel fuerit animæ conmixtus hu[...] næ, fit vna ex bene coaleſcente commixtione materia: ita vt [...] quam eiuſmodi mentes caliginis impediantur erroribus. *in A[...] fol. 139.*

*Quemadmodum* eruditus medicus ægrotantis corpus do[...] bus aff[...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…rendo, illud atq; ſecando, recuperandæ valetudinis gratia: …modo voluptuoſam affligit animam, vt radices voluptatis. Ab hac enim omnis animæ morbus. Morbus animæ grauis, impietas eſt. *In Pymandro fol.* 91.

*Platonici*, Quemadmodum accidit longis atque exilibus …, quisquis vibrauerit capulum, reliquas haſtæ partes ad cuſpidem vſque concutiat: vtue qui longi connexique ordine funis extremum alteram quatiat, continuam concuſſionem per medium ad alteram extremitatem transmittat: Sic & humanæ … principiorum hauſtu, ad integram rerum intelligentiam … *Ser.*28.

…, Quemadmodum ſolare lumen imbecillus & impotens … cernere nequit: Ita mens infirma ac inualida veritatem cernere … *Apud Stob. ſer.*2. *de Imprudentia.*

…, Quemadmodum ignis obducto cinere ſopitus, ſi paululum moueris, rurſum ardeſcit; Ita mens oppreſſa ſomno, latet quidem, … ſi commoueris, ſtatim euigilat. *De opificio Dei, c.*18.

…, Sicut aues ad volatum, equi ad curſum, alia animalia … gignuntur; Sic hominis eſt propria agitatio (vt ait …) mentis, atque ſolertia; hebetes vero atque indociles … magis ſecundum naturam, quam prodigioſa corpora ſimilia … *Epiſt. lib. epiſt.*414.

…, Vt Deus, quo nihil eſt melius, minime apparet: Ita … in homine optimum, nempe mens bona, maxime latet.

## ❡ Apophthegmata.

*Thales* olim interrogatus, quid in tota rerum natura eſſet velociſſimum? Reſpondit, mens humana. Diſcurrit enim per vniuerſa … cogitatio *Laert. l.*1. *c.*1.

…, quærenti, quid in minimo maximum eſſet? reſpondit: … mens in corpore humano *Stob. ſer.*3. *de prudentia.*

… Mens eſt hominibus magnum animæ frenum, ψυχῆς … *Stob. ſer. eod.*

…, mentis, inquit, eſt videre, mentis audire. Sed quomodo … ſapientiam licet propinquam, viri, quorum mentem lu… *Stob ſer.*4.

*Phrynus* dicebat, mentem infirmam veritatis non eſſe capacem, … ut ſolare lumen imbecillus & impotens viſus aſpicere nequit. *ibid.*

*Socrates* Sicut ex ciuitate, quæ bonis legibus adminiſtratur, ſeditioſum hominem expellere oportet, ita inquit, ex homine, quem … malam mentem. *Stob. ſer. de prudentia.*

*Phocion* ſemper admonere homines ſolebat, vt mente vigilarent, … ſomnus veræ morti finitimus eſſet. *Stob. ſer. de Prudentia.*

*Alphonſus*, quum pro more lectioni Senecæ (quem præcipue ſemper coluit) incumberet; interrogatus à Daualo, purpuratorum …, cur animus mortalium ita immenſus atque inſatiabilis …, reſpondit rex, animum hominis à Deo profectum, nõ prius … quieſcere, quam eo rediret, vnde profectus eſſet: eſſe proculdubio … animum noſtrum Dei & æternitatis capacem, & propterea neq; … neq; ſatiari poſſe iis rebus, quæ fluxæ & incertæ eſſent. *Pan. … de Alphonſi rebus geſtis.*

## ❡ Emblema.

Mentem non formam, plus pollere.

Emblema CLXXXVIII. Andr. Alciati.

*Ingreſſa Vulpes in Choragi pergulam.*
*Fabre expolitum inuenit humanum caput,*
*Sic eleganter fabricatum, vt ſpiritus*
*Solum deeſſet, cæteris viuiſceret.*
*Id illa cum ſumpſiſſet in manus, ait,*
*O quale caput eſt! ſed cerebrum non habet.*

*Vide, Anima, Intellectus, Voluntas, Ratio, &c.*

---

# Mercatura.

## ❡ DEFINITIO. ET ETYMOL.

Mercatura, Græce ἐμπορία, ας, ἡ, & ἔμπορος, ου, ὁ, mercator, & ἐμπορεύομαι, mercor dicitur. Hebr. *Meker*, à verbo *Makar*, ſeu *machar*, vendidit, inde *marchant*, mercator, mercatura. & *Secorah*, *ſacar*, item à verbo *Sacar*, Circuiuit, vt ſolent mercatores & negotiatores perambulare multas regiones mercatura & lucri gratia.

Mercatura olim glorioſa fuit, cuius opere cum barbaris conſuetudo, amicitiæ cum regibus coniungerentur, peritia multarum rerum pararetur: ac nonnulli mercatores ciuitatum magnarum conditores extiterunt. *Plutarch. in Solone*. Eſt autem triplex mercatura, ſcilicet Nauigatio, Deuictio, id eſt, Fœneratio, & Negotiatio. *ſecund. Ariſt. l.*1. *Polit.* Negotiatio de ſe non eſt vitioſa, licet habet turpitudinem. Ideo licita eſt, ſi fit ad finem honeſtum, vel neceſſarium, id eſt, quod negotiator lucretur moderate; ſcilicet, vel ad ſuæ familiæ ſuſtentationem, vel pauperum, vel communitatis, ſi in feſto, iuſto contractu, & non ad cariſtiam. *ſec. B. Tho. q.* 77. *art.*4.

Mercatura dicitur à mercor, illud vero à mereo, eſt enim mereri, gratia aliquid operari: vnde merere, militare. Lucanus; *Ære merent paruo.* Differunt autem merx & mercatura, quod merx eſt ſpecies ipſa, quæ emitur venditurve, à quo mercimonium & commercium quaſi contractio quædam mercium, veniunt. Mercatura vero eſt actus ipſe emendi ac vendendi merces. Mercem Varro à merendo ære dictam vult: mercis appellatio, vt vult Vlpianus, ad res tantum mobiles pertinet.

## ❡ Patrum Sententiae.

Deſiderio tuo locum facias Diabolo. Ecce enim Diabolus propoſuit lucrum, & mutuauit ad fraudem, lucrum habere non poteris, niſi fraudem feceris: ſed lucrum eſca eſt, fraus laqueus: ſic attende eſcam, vt videas & laqueum, quia lucrum habere non poteris, niſi fraudem feceris: fraudem autem ſi feceris, capieris. *Auguſt. ſup. Pſal.*

Omnes volunt viliter emere, & care vendere. *Idem de Ciuitat. Dei, l.*13. *c.*2.

Regula iuſtitiæ manifeſta eſt: quod à vero non declinare virum deceat bonum, nec damno iuſto afficere quenquam, nec aliquid dolo annectere rei ſuæ *Amb. de Offic.*

In contractibus vitia eorum, quæ veneunt, prodi iubentur, ac niſi intimauerit venditor, quamvis in ius emptoris tranſierit, doli actione tenetur. *ibid.*

Qualitas lucri negotiantem aut accuſat, aut arguit: qui eſt & honeſtus quæſtus & turpis. Veruntamen vtilius eſt diſpendia pati, quam periculis negotiationis adſtringi: quia difficile eſt inter ementis & vendentis commercium non interuenire peccatum. *Leo Papa.*

Super omnes mercatores plus maledictus eſt, ſcilicet vſurarius, quia mercator dat, vt non iam repetat: iſte autem poſtquam fœnerauit, & ſuum iterum repetit, & alienum cum ſuo tollit. *Chryſ ſuper Matth.*

Quicunque comparat rem vt illam non integram, ſed imminutam dando lucretur, ille eſt mercator, qui templo Dei eiicitur. *ibid.*

Eiiciens dominus vendentes & ementes de templo, ſignificauit, quod mercator (*impius, ſimoniacus, mercenarius & caupo circa ad Eccleſiæ ædificationem, & ſalutem pertinentes*) nunquam poteſt Deo placere: & ideo nullus Chriſtianus debet eſſe mercator: aut ſi voluerit eſſe, proiiciatur de Eccleſia, &c. *idem, ibid.*

Propemodum donare videtur, qui vendit rogatus, ad ſaturatos cum mercibus ire, certamen eſt, ſuo autem arbitrio pretium poſcit, qui victu illa poteſt fere ieiunus. *Caſſ. in ep. l.*2.

Aurum vel diuitias per bella quærere nefas eſt: per maria, periculum: per falſitates, opprobrium. per agriculturam vero, licitum eſt, honeſtum vero eſt lucrum, per quod nemo læditur, iuſte acquiritur, & nulli præiudicatur. *Caſſ. in epiſt.*

## ❡ Sententiae Poeticae.

Horat. epiſt. l.1. epiſt.1.

*Impiger extremos currit mercator ad Indos.*
*Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.*

Idem l.2. epiſt. ad Iulium Florum.

*Plenius æquo*
*Laudat venales, qui vult extrudere, merces.*

Horat. l.1. Ode 1.

*Luctantem Icariis fluctibus Africum,*
*Mercator metuens, otia & oppidi*
*Laudat rura ſui: mox reficit rates*
*Quaſſas, indocilis pauperiem pati.*

Ex Græc. Comic.

Ἐπὶ χρήμασ' ἰδὼν ἔμπορος φρονεῖ μέγα,
Ὧν ἐστὶ πάντων ἐνίοτ' ἄνεμος κύριος.
*Mercator opibus inſolens tumet ſuis,*
*Quam dominus harum ſæpe ſit ventus tamen.*

## ❡ Sententiæ Philosophorum.

Quid ſtultius, quam venditorem vitia rei, quam vendit, narrare? & quaſi præco prædicere, domum peſtilentem vendo.

Hoc genus cælandi quis non videat? Certe non apti, non ſimplicis, non ingenui, non iuſti, non boni viri: ſed potius verſuti, obſcuri, aſtuti, fallacis & callidi. *Cic. l.*3. *de Offic.*

Primum improbantur hi quæſtus, qui in odia hominum incurrunt, vt portitor & fœnerator.

Illiberales & ſordidi quæſtus ſunt mercenariorum omnium, quorum opera, non quorũ artes emuntur, eſt enim illiberalis ipſa merces authoramentum ſeruitutis. Sordidi etiam putandi, qui emunt à mercatoribus, quod ſtatim carius vendant, nihil enim proficiunt, niſi admodum mentiantur, nec vero quicquam eſt turpius vanitate, neque enim quicquam ingenuum habere poteſt officina.

Mercatura autem ſi tenuis, ſordida putanda eſt: ſin copioſa, magna & multa vndique portans multisque ſine vanitate impertiens, non eſt admodum vituperanda. *idem, l.*1. *de Offic.*

Neceſſarium eſt in omni ciuitate aliquid vendi, & aliquid emi. *Ariſt l.6.Pol.*

Mercatores, nec artifices non debent eſſe ciues: vilis enim eſt huiusmodi vita, & virtuti aduerſa. *Ariſt.Polit.7.c.4.*

Mercator eſt, qui emptionem & venditionem adminiſtrat ad ciuitates. *Plat.de Repub. dial.2.*

Mercaturæ non indulgere volebant Romani eos, qui Reipublicæ præerant, idem Lacedæmonii, Thebani; per decennium enim ab omni quæſtu & mercatura abeſſe neceſſe erat, ei, qui ad Rempublicam admitti debeat. *Franciſc.Patric. de Republic. libro* 1 *cap.*8.

Mercaturam qui exercent, ſine fœnore, & vſura, & mendacio, & vanitate exerceant. *ibid.l.9.c.15.*

Mercatoris artificis officii eſt, ita pecunias quærere, vt nemini noceant: nam quicquid à malo ſurgit, in malum denique recidit. *Fic. in epiſt.l.3.*

Mercatores officium eſt veridica fide & diligentia externis alimentis ciuitatem & ſeipſum alere. *idem, ibid.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi.* Moleſta fames eſt, quæ ad hoc ſaginatur, vt perdat. Pernitioſa eſuries, quæ idcirco excluditur, vt peior in homines nutriatur: quoniam damnoſa mercatio, ſi ſalus pro cibo impenditur, aut magnis vilia comparantur. *Homi. de natiuit. Eſau & Iacob.*

*Quemadmodum* qui ambulat inter duos inimicos, ambobus placere volens & ſe commendare ſine maliloquio non poteſt: neceſſe eſt enim, vt & iſti male loquatur de illo, & alii male loquatur de iſto: Sic qui emit & vendit, ſine mendacio eſſe non poteſt & periurio, neceſſe eſt enim, vt negotiatoribus hic iuret, quia non tantum valet res, quanto compararet eam: & ille iuret, quia plus valet res, quam vendit. *in* 21. *Matth.hom.*38.

*Quemadmodum* ſi triticum, aut aliquam bladi ſpeciem in cribro, dum huc illucque iactas id, grana omnia paulatim deorſum cadunt, & in fine in cribro nihil remanet, niſi ſtercus ſolum: Sic & ſubſtantia negotiatorum, dum vendunt & veneunt, inter emptionem & venditionem minuitur, & in nouiſſimo nihil illis remanet niſi peccatum. *in Matth.hom* 38.

## ¶ HIEROGLYPHICVM.

Veteres per *Mercurij* imaginem, quæ marſupium manu teneret; gallum ad eius baſim ponentes, *Lucrum, Mercaturam, Mercatorem*ve ſignificarunt: quod is mercium & lucri Deus haberetur. *Pier. Val.l.1 Erud.cuiusd.hier.p.570.F.*

*Vide Negotium, Diuitiæ, Paupertas.*

---

# Merces.

## ¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

MErces, Græce μισθὸς, ȣ̃, ὁ, & μισθωτὸς, ȣ̃, ὁ, mercenarius dicitur. Eſt autem merces id, quod recompenſatur pro operis retributione. Ideo reddere mercedem, eſt actus iuſtitiæ, ſicut reddere pretium rei emptæ. *ſec.B.Thom.1.Secun.q.14.art.1.*

Merces Hebr. *Sacar*. à verbo *Sacar*, conduxit mercede & premio conducto. Nam pretium labore mercenariis numeratur, & hæc eſt humanæ vitæ ratio.

Mercenarius vero actus is dicitur, qui fit propter mercedem, non autem, qui eſt circa eam. *B.Thom.3.ſent.diſt.26.q.1.art.1.* Vtrunque dicitur à mereo, de quo ſupra in dictione Mercatura.

## ¶ LOCI BIBLICI.

Merces mercenario ſtatim reddenda, *Leu.*19.13. *Deut.*24. v. 14.15. *Tob.*4.15. *Eccl.*3.4.27. *Iacob.*54. Mercedis nomen paſſim in ſcripturis accipitur pro conſtituto quidem præmio, ſed eo tamen gratuito, *Matth.*6 1. *&c.* quod ita eſſe patet: quod enim à Luca, *Luc.*6.32. χάρις, id eſt, gratia dicitur, id à Matthæo dicitur μισθὸς, id eſt, merces, *Matth.*6.1.

Mercenarius paſtor, *Ioan.*10.12. Mercenarii & Paſtoris veri ac boni diſcrimen, *ibid. v.*10.11. Mercenarii notantur, *Philip.*2.21.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

*Mercenarius debite remunerandus.*

Non morabitur opus mercenarii apud te vſque mane. *Leu.*19.

Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum. *Deut.*24.

Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercenarii tui omnino apud te non remaneat. *Tobiæ.*4.

Dignus eſt enim operarius mercede ſua. *Luc.*10.

Ei autem, qui operatur, merces imputatur non ſecundum gratiã, ſed ſecundum debitum. *Rom.*4.

*Iniuſte non defraudandum.*

Quem quis victu priuat, eum interficit: & qui mercedem [...] hit mercenario, effundit ſanguinem. *Eccl.*34.

Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regionem [...] quæ fraudata eſt à vobis, clamat, & clamor eorum in aures D[...] Sabaoth introiuit. *Iacob.*5.

## ¶ SENTENTIA PHILOSOPHICA.

Mercenaria alia eſt vilium artium, & alia ſine arte, ſolo co[...] miniſtrante. *Ariſt.pol.1.c.7.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Antiſthenes* interrogatus, cur tam paucos haberet diſcipul[...] quit; Quoniam depello illos virga argentea. Sentiens, ideo pa[...] venire, quod magna mercede doceret: vulgus autem magi[...] pecuniam, quam ſapientiam, & hinc Satyricus exclamat:

*Scire volunt omnes, mercedem ſoluere nemo.*

Dictum Antiſthenis extat apud Laert. *lib.*6.

*Polemon* Zeno Citticus, vbi iam in philoſophicis aliquantum [...] feciſſet, non tamen contentus eſſe voluit: ſed ad Polemonem [...] Dialecticis exerceretur, commeabat. Vnde Polemon dicere [...] eſt: Sat ſcio, ô Zeno, te per poſticum irrepere, & furari dogmat[...] bus Phœnicum more indutus es. Notauit hoc dicto Zenonem [...] furtim & gratis à præceptore diſcere volebat, vt aliis poſtea [...] mercede venderet. *Laert.l.7.c.1.*

*Iſocrates* ſæpenumero dicere ſolitus eſt, ſe quidem diſcipul[...] cem docere minis, cæterum qui ipſum docuiſſet audaciam & [...] litatem, mercedis loco daturum decem millia, vocis enim exilita[...] nimique timiditas, reddebant Iſocratem inutilem ad dicend[...] *Eraſ.Rot.l.8.apoph.*

*Anonymus.* Philoſophus quidam dicebat, magiſtros à diſc[...] magnam mercedem exigere debere. Ab ingenioſis quidem, q[...] multa diſcant: ab hebetibus, quod multum moleſtiæ exhib[...] *Max.ſer.*17.

*Phœnicides*, cum apponeret piſces in conuiuio, ſed [...] xat qui dediſſent ſymbolum, dixit, Mare quidem eſſe comm[...] ſed piſces in eo natos eorum eſſe, qui emiſſent. *Eraſmus libr[...] apoph.*

*Timotheus muſicus*, quum duplicem mercedem exigeret a[...] qui ſub alio præceptore muſicæ operam dediſſet, interrogatu[...] hoc faceret? Quia, inquit, duplex etiam labor mihi ſubeund[...] Primo quidem dedocendi vetera, deinde docendi noua. *Bruſ[...] cap.*23.

*Corax* primus apud Syracuſas, mortuo Hierone, Rhetoric[...] ſtituit mercede profiteri. Lyſias autem adoleſcens pactus e[...] eo, vt tum ſolueret, quum optime Rhetoricam calleret. Verum [...] artifex iam factus, præmium ſoluere cunctaretur, à præcept[...] ius vocatur. Sed quum quæreretur, qui finis litis eſſet futurus [...] ait. Si perſuaſero iudicibus, me nihil debere, non tradam pr[...] quicquam, quia iam vici: ſin non perſuaſero, etiam non d[...] artem perſuadendi à te non didici. Tum Corax: Imo, inquit, [...] ſuaſeris, dabis, quia artem calles? ſin minus dabis etiam, qu[...] viciſti. Et tum iudices ſubiecerunt. κακȣ̃ κόρακος κακὸν ὠόν, id e[...] corui malum eſt ouum. *Vide* Prolegomen*a in Hermogenis Rh[...] cen: Gellium libro quinto, capite decimo, qui ſimile quiddam d[...] tagora ſophiſta, & huius diſcipulo Euathlo narrat. L. Apuleum [...] Floridorum libris: Eraſmum Roterodamum in prouerbio: Ma[...] ni malum ouum.*

*Catherius.* Sabinus Clodius, cum vna die & Græce & Latine [...] clamaſſet, quibusdam quærentibus, quod puſillam mercedem a[...] ciperet ex duabus declamationibus: Catherius ait, nunquam [...] gnam mercedem accipere eos, quia breuia pneumata docere[...] *Bruſ.l.4.c.31.*

---

# Meretrix.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

MEretrices dicuntur mulieres, quæ ſordidiſſimi, quæſtus gr[...] proſtant, & quarum turpitudo venalis eſt: à quibus meretri[...] ars ipſa dicitur meretricia: & meretricor, ſcortor: & meretricium [...] um, quicquid quæſtum facit corpore ſuo.

Meretricem à merendo dictam eſſe, quod mercede ſuam e[...] ceat militiam, ait Valla.

Meretrix, Hebr. *Zonah, Prou.*23.27. à verbo *zanah*, Meretricem [...] git, ſcortationi, fornicationi vacauit.

## ¶ LOCI BIBLICI.

Meretrix & ſcortator in populo Dei non tolerandi, *Deut.*23.[...] meretrix fugienda, *Prou.*25.27.

Meretricis mores deſcribuntur, *Prouerb.*2. *verſ.*16.17 & 5. v.3.[...] & 7. *verſ.*5.6.7. &c. & 9. *verſ.*13.14.15. & 22.14. *Ecclesi.*7. *verſ.*[...] meretricis pretium nullum, *Prouerbior.* 6. 26. Meretrix magna [...] *Apocalyp.*17.1. eius deſcriptio, *verſicul.*3.4.5. ſanguine Martyrum [...] ebria eſt, *verſicul.* 6. meretrici adhærens vnum cum ea eſt corpus [...] 1.Cor.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…th. 6. v. 16. Meretrices & Publicani Euangelio credentes, regnum Dei ingrediuntur, *Matth.* 21. *v* 31. 32.

Meretricum *exempla*: Thamar, *Geneſ*. 38. 24. Madianitis, *Num.* … Rahab, *Ioſue* 2. *v*. 1. 2. & 6. 23. *Hebr*. 11. 3. Mater Iephthæ, *Iudic*. 11. … Meretrix Gazæ, *Ioſuæ* 16. 1. duæ meretrices, 1. *Reg*. 3. 16. Peccatrix *Luc*. 7. *v*. 37. Mulier in adulterio deprehenſa, *Ioan*. 8. 3. Meretrix magna, *Apoc*. 17. 1.

## ¶ Poeticae Sententiae.

Plaut. Truc.

*Meretrix meum herum miſerum ſua blanditia intulit in*
*Pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, atque amicis.*

Idem Truc.

*Nam mihi hac meretrix, quæ hic habet* Phroneſium,
*Suum nomen omne ex pectore euomuit meo,* Phroneſium.

Plaut. Truc.

*Meretricem ego item eſſe reor mare, vt eſt, quod des deuorat, nec vnquam*
*Abundat, &c.*
*Quantumuis, nuſquam apparet, neque datori, neque acceptrici.*

Ter. Hec.

*Nec pol iſtæ metuunt Deos, nec has reſpicere Deos opinor.*

Ouid. 1. Amor. 10.

*Stat meretrix certo cuiuis mercabilis ære,*
*Et miſeras iuſſo corpore quærit opes.*

Ibidem.

*Sola viro mulier ſpolijs exultat ademptis,*
*Sola locat noctes, ſola locanda venit.*

Horat. 4. Carm.

*Quo fugit Venus? heu! quoue color decens?*
*Quo metus? quid habes illius, illius?*
*Quæ ſpirabat amores,*
*Quæ me ſurpuerat mihi,*
*Felix poſt Cynaram, notaq; & artium*
*Gratarum facies? ſed Cynaræ breues*
*Annos fata dederunt,*
*Seruatura diu parem*
*Cornicis vetulæ temporibus Lycen:*
*Poſſent vt iuuenes videre feruidi*
*Multo non ſine riſu*
*Dilapſam in cineres facem.*

## ¶ Similitudines.

*Chryſoſtomi*, Quemadmodum ſi quis leonem egregium & ferum ceperit, deinde iuba detonſa dentes exemerit, & vngues circumdederit, deformem reddit, & ridiculum, ac vel pueris expugnabilem illum, qui tam terribilis & intolerabilis erat, quique vel ſolo rugitu omnia quatiebat: Sic mulieres laſciuæ quoſcunque ceperint, ſub poteſtatem redigunt Diaboli: molliores reddunt, calidiores, impudentes, dementes, audaces, importunos, ignauos, effrenes, ingenio ſeruili, illiberales, contumaces, &c. Cum antea fortitudine, humanitate, omnibusque virtutibus præditi fuerint. *apud Maxim. ſermone* 3.

*Dionyſij Sophiſtæ Antiocheni*, Scio ſuperbas & inſolentes meretrices nihil non amatoribus ſuis imperare, & obtinere ab ipſis velle: … eædem etiam obedire, cum iubentur. Tu vero prompte … & grauatim obtemperando, Laidem Corinthiam imitaris. *… epiſt. ad Aegypt. fol.* 319.

*Hugonis*, In fauo mellis duo ſunt, ſcilicet mel & cera: in facie meretricis ſimiliter duo, ſcilicet decor & gratia: hoc eſt, pulchritudo oris, & dulcedo ſermonis. Cera ſuccendit ignem, mel præbet dulcedinem: Sic pulchritudo meretricis igne libidinis inflammat carnem, blandimento lenocinantis ſermonis ſubuertit mentem. Stillat mel ex cera, dum meretrix verba ſua mollit, & facit dulcia. *libro de nuptijs carnalibus vitandis.*

*Eraſmi Roterodami*, Quemadmodum echeneis ſiue remora piſcis perpuſillus (eſt autem magnæ limaci ſimilis) quamuis magnam nauim velis ac remis incitatam ſubito ſiſtit: Ita ſcortulum aliquoties adamatum, ingentes animi ad honeſta impetus retinet alligatque.

Veteres ſatis pœnarum aduerſus impudicas in ipſa profeſſione flagitii credebant. *Tacit. Annal. lib.* 2.

*Vide Fornicatio, Luxuria, Scortatio.*

# Meritum.

## ¶ Definitio et Etymolog.

Meritum, Græce ἀξία, ας, ἡ, & ἀξιόομαι, mereo dicitur. Eſt autem meritum actio, qua iuſtum eſt, vt agenti aliquid detur, *ſecundum B. Thom. 3. parte queſt. 45. artic. 6.* Differunt autem mereri & commereri, quod mereri dicimur bona, commereri verò mala, *ex Donato ſuper Terent.*

Meritum dicitur, quum vel bene vel male de aliquo meremur. Eſt enim vocabulum medium. In bonam partem ſi ſumas, beneficium denotat. In malam, ſupplicium quo maleficus afficiendus eſt. Hebr. *Cheſedh*, retributio ex cordis affectu.

## ¶ Sententiæ Patrum.

Quiſquis tibi enumerat merita ſua, quid tibi enumerat niſi munera tua? *Aug. l. confeſſ.*

Deus author eſt meriti, qui & voluntatem applicat operi, & opus explicat voluntati. *De liber. arbit.*

Meritis ſuis nihil tribuunt ſancti: totum non niſi miſericordiæ tuæ tribuunt, ô Deus? *idem Pſal.* 139.

Vis excidere gratia? iacta tua merita. *idem in Pſal.* 31.

Simplices & indocti regnum cœlorum rapiunt, & nos cum literis noſtris ad infernum deſcendimus, *in Matth.* 11,

Sicut ſolus filius Dei factus eſt filius hominis, vt nos ſecum filios Dei faceret: ita pro nobis ſolus ſuſcepit ſine malis meritis pœnam, vt nos per ipſum ſine bonis meritis conſequeremur indebitam gratiam. *idem l. 4. ad Bruſ. c.* 4.

Quum bona opera noſtra remunerat Deus, non merita noſtra, ſed dona coronat. *idem hom. 14. in 50. hom.*

Magna ſunt actiuæ vitæ merita, ſed contemplatiuæ potiora. *Greg. in Mor.*

Non eſt magni meriti, ſi quid foris erga nos agatur in corpore, ſed magis penſandum eſt, quid agatur in mente, nam præſentem mundum deſpicere, tranſitoria non amare, mentem medullitus in humilitate Deo & proximis ſternere, contra illatas contumelias patientiam ſeruare, vt cuſtodiat patientia dolorem malitiæ à corde repellere, egenis propria tribuere, aliena minime ambire, amicum in Deo diligere propter Deum, & inimicos mandare de afflictione proximi lugere, de morte inimici non exultare, hic eſt noua creatura. *Greg. hom.* 10.

Hoc totum eſt hominis meritum, ſi totam ſpem ſuam ponit in eo, qui totum ſaluum fecit: ſufficit ad meritum ſcire, quod non ſufficiant merita. *Bernh. ſerm.* 68.

Non eſt, quod iam quæras, quibus meritis ſperes bona præſertim cum audias, non propter vos, ſed propter me faciam. Sufficit ad meritum ſcire, quod non ſufficiat meritum. *idem ſermone 68. ſuper cant.*

Merita habere cures, habita data noris: fructum ſperes Dei miſericordiam. *idem.*

Et ſi millies moriamur, & ſi omnes virtutes animæ explemus, nihil dignum gerimus ad ea, quæ ipſi à Deo percepimus. *Chryſoſtom. compunct. cor.*

Videmus aliquoties nonnullos cœpiſſe poſtremos & factos merito priores. *idem.*

Quicquid geſſeris, parum eſt: quicquid feceris, minus. Omne enim meritum breue eſt comparatione donorum: numera beneficia, ſi potes: & tunc conſidera quid mereris. *idem hom.* 70.

Si totum tempus vitæ huius occupant obſequia, laudes teneant, gratiarum actiones inſiſtant, non poteris penſare, quod debes, *ibid.*

Sit licet excellens hominum meritum, ſit naturæ iura ſeruans, ſit legum iuſſis obtemperans, fidem impleat, iuſtitiam teneat, virtutes exerceat; damnet vitia, peccata repellat, exemplum ſemet imitantibus præbeat, nihil eſt reſpectu eiuſdem. *ibid.*

Cum diuinis muneribus actus proprios meditare? nec dignum te iudicabis eo, quod fueris, ſi intelliges, quod mereris. *ibid.*

Grandis violentia eſt in terra naſci, & cœlum rapere, & habere per virtutem, quod non poſſumus habere per naturam. Regnum cœlorum vim patitur: qua gloria Domini Iſrael patribus debita, à Prophetis nuntiata, à Chriſto oblata, fide Gentium occupatur & rapitur, dum per pœnitentiam, quam Ioannes prædicauit, reuiuiſcunt ad cœleſtem patriam, quaſi in alienum locum redeuntes. *in Matthæum* 11.

Securus celſa conſcendit, qui ſe in paulo minoribus approbauit, & certo præcedit veſtigio, qui gradatim potitur accepto. Sine merito ſiquidem remuneratum putatur omne, quod ſubitum eſt: nec in exploratis ſuſpicionem refugit, quod te petente prouenerit. E contra omnia deliberata ſunt robuſta, & totum bonis actibus obtinuiſſe creditur, qui poſt documenta laudatæ militiæ promouetur, *Caſſ. lib.* 1.

Sumpſiſti nomen ex meritis, cuſtodi vt ſemper læteris veritate vocabuli: nam cum omnis appellatio ad deliniendas res videatur impoſita, nimis abſurdum eſt nomen alienum portare, & aliud dici, quam poſſit in moribus inueniri. Verum hæc bonæ conſcientiæ dicta ſufficiant, qua dubitari de illo creditur, qui à plurimis admonetur. *ibid.*

Qui eſt ordine vel dignitate primus, debet eſſe meritorum laude præcipuus, *idem lib.* 1.

Indiſcreti hominis mores confuſi vagarentur, ſi aut culpa formidinem, aut virtus præmium non haberet. *ibid.*

Iunioribus conceditur ſpes laboris, dum viciſſitudo fuerit reddita veteranis. *idem lib.* 4.

Differri non debent merita fidelium, vt ad ſtudia bonorum actuum prouocentur vota cunctorum: Demus igitur, quæ ſunt iuſta laboribus, vt prouectu priorum inuitemus corda ſequentium. *ibid.*

Sicut æquum eſt deſidioſis laborantium præmia denegare: ita conuenit exultantibus, id eſt, operantibus, remunerationis optata concedere. *ibid.*

Dignum eſt, vt fructus laborum ſequantur vota fidelium, & ſuperior gradus accipiat, quem geſtarum rerum integritas affecta commendat. *ibid.*

Bene moderatrix omnium rerum antiquitas conſiderauit, vt laboris ſui pretia recipiant, qui publicis vtilitatibus obſecundant: ne quis haberetur præteritus, qui probabili fuerat actione laudandus. *ibid.*

Hoc eſt profecto difficilimum regnandi genus, exercere iuuenem in ſuis ſenſibus principatum. Rarum omnino bonum eſt, dominum triumphare de moribus, & hoc conſequi in florida ætate, ad quod vix creditur cana modeſtia peruenire. *Caſsiodorus.*

Parum laudis habet virtutum corona, quæ ex labore non deſcendit: poteſt quidem habere palmam, ſed non habet gloriam. Hæc eſt magnarum ratio virtutum, vt quanto plus homo laborat, tanto plus mercedis acquirat. *Var. in ſerm.*

### ¶ Similitudines.

*Cypriani.* Sicut oculus non valet eſſe manus, nec manus valet eſſe oculus: ita etiam licet diſtent ab inuicem differentibus meritis, tamen ſingulis ſua præmia ſufficientur. *De ſingularitat. clericorum.*

*Caſsiani.* Sicut ſtanni metallum, quod alicuius vtilitatis & gratiæ putabatur, fit argenti contemplatione viliſſimum: & rurſum auri comparatione, meritum euaneſcit argenti: aurum quoque ipſum gemmarum, collatione contemnitur: & ipſarum nihilominus quamuis inſignium multitudo gemmarum vnius margaritæ candore ſuperatur: In illa omnia merita ſanctitatis, quamuis non ſolum in præſenti bona & vtilia ſunt, verum etiam donum æternitatis acquirunt, tamen ſi diuinæ contemplationis meritis conferantur, vilia, atque (vt ita dixerim) vendibilia cenſebuntur. *Collat.* 32. *cap.* 2.

---

# Metus.

### ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

METus, Græce φόβος, ȣ, ὁ, & φοβοῦμαι metuo dicitur. Hebr. *Irha,* & *Norah* timor, terror, metus, à verbo *Iarea,* metuit, timuit. Hinc ἱερὸς, ſacer, timendus, venerandus, γέρας, honor, γέρων, ſenex, quem iuuenes metuunt & venerantur. Eſt autem metus, expectatio mali. *ſec. Ariſt, lib.* 4. *Ethic.*

Metus eſt opinio magni mali impendentis, cui ſubijciuntur Pigritia, Terror, Timor, Exanimatio, Conturbatio & Formido. Metus, *ſecund. M. Varr.* dicitur à quodam motu animi, cum id, quod malum caſurum putat mens, refugit. Metus facit eius diminutiuum meticulus.

Metus eſt opinio impendentis mali, quod intolerabile eſſe videtur, animi receſſus & fuga. *Ariſtoteles,* metus, *inquit,* vitium iraſcibilis partis eſt, ob quem formidant, terrore præſertim imminente: vtrumque maximum animi malum.

Metus proprium eſt, ad incidentes imminentesque timores mobilem eſſe præcipuè, qui mortem prætendere videantur, & corporales timere inflictus, & melius arbitrari vtcumque ſaluum eſſe quam perdi honeſtè.

Comites Metus: { Mollities. / Effœminatio, / Laboris fuga, / Vitæ nimia cupiditas.

Subeſt & huic vitio cautio quædam, & lites fugiendi conſuetudo.

Metus eſt mali alicuius futuri ſuſpicioſus cruciatus.

Oritur autem metus per totius caloris ex frigore contractionem, ad cor ipſum vndique decurrentis, vtpote ad ſuam ſedem, tanquam in regiam vel arcem. Cæterum ægrimoniæ inſtrumentum & excandeſcentiæ eſt os ventris; nam huius affectus vim ſeſe ſentire ſignificat: velut etiam Galenus medicus nobiliſſimus *in tertio de demonſtratione,* inquiens, mœrentibus nobis non parum flauæ bilis in ventrem defluit, quod planè moleſtiam exhibet, vt non prius à mœſtitia & cruciatu ceſſemus, quam bilem euomueris. Gignitur enim grauitas inferne per medium pectus chondri xiphoidis nuncupati, quod enſis faciem referat.

Metus eſt animi torpor, circa ſenſus omnes ſparſus, ex ma[...] minentis opinione.

Sub metu comprehenditur. {
1. Puſillanimitas. 8. Socordia,
2. Timor, 9. Pudor,
3. Pigrities, 10. Verecundia,
4. Terror, 11. Formido,
5. Pauor, 12. Tumultus,
6. Examinatio, 13. Conturbatio.
7. Trepidatio,

*Puſillanimitas* animi inquit Ariſtoteles, vitium eſt, quo im[...]tentes videntur animi ad felicitatem infelicitatemque, honorem [...] dedecus ſuſtinendum. Puſillanimitas igitur eſt, non honorem [...] dedecus, non felicitatem, neque infelicitatem poſſe ſuſtinere; [...] honoratum quidem obſtupeſcere, aut inhonorari ne in nimia q[...]dem parte poſſe viriliter & animoſe ſatis obſiſtere, verum [...] attoniti plane animi eſt, infelicitatem magnam à parua neu[...] diſcernere, in cunctis ſuſpirare, ingemere, & ægre odium ferre. H[...]iuſmodi eſt puſillanimitas, vt omnia conuitia contumelias voce[...] iniurias & honores auferri ſibi queratur, etiamſi ignoratione, [...]riuſque obliuione contigerint. Comitatur puſillanimitatem par[...] in rebus habere ſermonem factum, vel fortunam incuſare, deſpe[...]ratio & ſummiſſio.

Timor eſt metus hominem aliqua de cauſa reddens meliore[...] quod ab honeſtate fere non abſit. Vnde & nomen à quibuſdam [...]buiſſe creditur: τιμὴ enim honor Græcis dicitur.

*Pigritia* eſt metus conſequentis laboris.

*Terror* eſt metus concutiens, ex quo fit vt pudorem rubor, [...]rorem pauor, & tremor, & dentium ſtridor conſequatur.

*Pauor* metus eſt mentem è loco mouens, ex quo illud, tum e[...] pauor omnem mihi ſapientiam ex animo expectarat. *Cic. [...] allegat. Eſt autem, vt ſuſpicor, Ennij* Poetæ.

*Examinatio* eſt metus ſubſequens, & quaſi comes pauoris. Pla[...]*tus. Quid huc exanimatus currit Saurea?*

*Conturbatio* eſt metus excutiens cogitata.

*Socordia* eſt cum quod animo agi oportuit, animi ipſi ſub[...] temere ac inſcite, quod minus efficiant, retinentur.

*Pudor,* quanquam aliquando virtutis locum obtinet, eſt tam[...] etiam metus admiſſi mali & pœnitentia. D. autem Auguſtinus [...]dor, inquit, eſt qui facit ingenuam frontem, etiam de falſi crim[...] obiectione. Rubore ſuffundi non eſt crimen, & ſi eſt crimen, non [...] illius, cui obijcitur. Nemeſius, Pudor eſt, inquit, metus de expe[...]tione vituperationis excitatus, qui affectus eſt honeſtiſſimus.

*Verecundia* eſt metus in turpitudine commiſſa. Differunt [...] pudor & verecundia: quod verecundia ob ea, quæ deliquit, co[...]ditur atque contabeſcit: pudibundus autem de præclara opinio[...] atque adeo gloria, in qua ſic veretur, planeque metuit excidere: [...]cet plerique ſæpenumero pudorem verecundiam, & verecundi[...] pudorem indifferenter vocent.

*Formido* eſt de re aliqua inſolenti aut improuiſa, ingens [...] conſternatio, & imaginarius cum tremore metus, alii ſic: Formi[...] metus permanens.

*Tumultus* eſt, vt cum Cicerone Quintilianus inquit, timor m[...]tus. Vt autem Zeno, vocis comploſæ per metum eruptio.

*Trepidatio* eſt animo effuſus horror: geſtu, motuque corpori[...] ſtinando vltro citroque incurſando demonſtratus.

### ¶ Biblici Loci.

Metuendum fideli in afflictionibus non eſt, *Deut.* 7. *v.* 17. 18.

Cum Metu & tremore operemur noſtram ſalutem *Philip.* 2. *verſic.* 12.

### ¶ Poeticae Sententiae.

Sen. Agam.

*Quod metuit auget, qui ſcelere ſcelus obruit.*

Claud. de bello Getico.

*Sed malus interpres rerum metus, omne trahebat*
*Augurium peiore via.*

Sen. Thyeſt.

*Quos cogit metus*
*Laudare, eoſdem reddit inimicos metus.*

Ouid. 2. Amor. 2.

*Quem metuit, quiſque periſſe cupit.*

Virg. 4. Æneid.

*Degeneres animos timor arguit.*

Publius.

*Metus quum venit, rarum habet ſomnus locum.*

Ariſtophanes.

Τὸ γὰρ φοβεῖσθαι τὸν θάνατον, λῆρος πολύς.
Πᾶσιν γὰρ ἡμῖν τοῦτ' ὀφείλεται παθεῖν.
*Metuere mortem magna ſtultitia eſt:*
*Omnibus enim nobis hanc pati fatale eſt.*

Lucan

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Lucanus lib. 8.

*Mors vltima pœna eſt,*
*da viris.*

Auſonius.

*Crux eſt, ſi metuas, viuere quod nequeas.*

Publius.

*Inimicum, quamuis humilem, docti eſt metuere.*

Seneca in Oedipo.

*Qui ſceptra dura ſæuus imperio regit,*
*Timet timentes. Metus in authorem redit.*

Paccuuius.

*Obfirmato animo miteſcit metus.*

Seneca in Herc. fur.

*Quod nimis miſeri volunt,*
*Hoc facile credunt:*
*Imò quod metuunt nimis,*
*Nunquam id moueri*
*Poſſe, nec tolli putant.*

Publius.

*Eheu quam miſerum eſt, fieri metuendo ſenem.*

Seneca.

*Rex eſt qui metuit nihil.*
*Hoc regnum ſibi quiſque dat.*

Diphilus.

*Homine paupere nihil eſt fortunatius:*
*Mutationem in deteriorem ſtatum non metuit.*

Terent. in And.

*Verecundia liberi eſt, ſerui verò metus.*

Ouid. Epiſt. 3.

*Vires ſubtrahit ipſe timor.*

Pub. Mim.

*Stultum eſt timere quod vitari non poteſt.*

Sen. Trag. 1.

*Opprimit leges timor.*
*Qui pauet vanos metus,*
*Veros fatetur.*

Hor. lib. 1. epiſt. 4.

*Nam qui cupiet, metuet quoque: porrò*
*Qui metuens viuit, liber mihi non erit vnquam.*

Virg. 9. Æneid.

*Pedibus timor addidit alas.*

Sen. in Thyeſt.

*Leue eſt miſerias ferre, perferre graue,*
*Vbi timor, ibi pudor.*

## SENTENTIÆ PHILOSOPHORVM.

Animal magni cordis, naturaliter eſt pauidum: parui verò, eſt prudentius. *Ariſt. lib. de anima.*

Metus eſt mali expectatio. Ea autem metuimus omnia quæ mala ſunt, vt dedecus, paupertatem, morbum, amicorum penuriam, mortem: ſed tamen non in his omnibus fortis cernitur.

Boni viri color non mutatur, nec timet nimium. *idem Ethic. 3.*

Nemo beatus eſt, qui in metu eſt, qui ſuſpectam habet vitam.

Timor orationis eſt vinculum. *Eurip. in Ion.*

*De metu perdendi in bello.* Dial. LXX.

Franciſci Petrarchæ.

METVS.

Bello vinci metuo. R. Pacem quære. M. Valde vinci metuo. R. Timor modeſtus cautionem, vehemens verò deſperationem parit, quarum altera nil in bello melius. Altera peius nihil in rebus omnibus. M. Magno prælii quatior terrore. R. Quid bellantium timor mali ferat, atque ex timore oriens mœſtitia, Flaminius ad Thraſymenum, Craſſus apud Carras, Pompeius in Theſſalia expertus eſt, quibus in locis, & ſæpe alibi verum poeticum illud apparuerit:

*Peſſimus in dubijs augur, timor.*

M. Euentum pugnæ nimis horreo. R. Differ interim dum ſpes redit, male pergitur vnde abſtinendum mens terrorque denunciant, ſolet inesse animis præſaga quædam vis, cuique obſtare fortaſſis non sit vſquequaque conſilium. Non eſt exemplorum numerus ſeu veterum ſeu nouorum clariſſimus, tribus vti ſatis habui. M. Inſtantis pugnæ caſum metuo. R. Excute res tuas, quas te melius nemo eſt qui nouerit. Vide ne non rei natura vel iurium defectus, ſed præſagium ſibi fingat ignauia, cui nihil vſquam non formidoloſum, ac difficile eſt. Hæc ſi libertati igitur, ſi gloriæ, ſi ſaluti tuæ officit, virtutis auxilio comprimenda eſt, excitanduſque animus, & monſtrandum illi ſæpe pauciora eſſe, & leuiora pericula, quam pauores, ob verſari ſæpe oculis falſas imagines rerum terribilium, quibus conſternati quidam ſine ferro paratam ſibi victoriam tradidere hoſti, ſæpe eſt enim falſus, atque inanis metus verò lentior, ſed eò ſæpè vehementior, quo pauentem maiora omnia ſibi fingens error quoq; præcipitat, atque ita quod poeta idem ait:

*Male cuncta miniſtrat impetus.*

Si nec his attollere iacentem animum potes, campo abſtine. Vix bene geritur, quod pauide geritur, ſic affectus in aciem ſi deſcendas tecum erit, qui contra te dimicet, tui enim ipſius aduerſus te melior pars rebellat. Malus ſemper hoſpes animi, peſſimus in bellum comes metus.

Plus in metuendo eſt mali, quam in eo ipſo quod timetur. *Cic. A. Torq. Famil. lib. 6.*

Maior eſt ea vis, quæ periculo mortis iniecto, fortitudine animum perterritum loco ſæpe, & certo de ſtatu dimouet, quam quæ ad corpus noſtrum, vitamque peruenit, Itaque ſancti ſæpe homines cum corpore debilitantur, animo tamen non cedunt: neque eum relinquunt locum, quem ſtatuerunt defendere. Atque alii pelluntur integri: vt non dubium ſit, quin maior adhibita vis ei ſit, cuius animus ſit perterritus, quam illi, cuius corpus vulneratum ſit. *Pro Aulo Cæcinna.*

Exercitus maximi ſæpe pulſi ac fugati ſunt terrore ipſo impetuque hoſtium ſine cuiuſquam non modo morte, verum etiam vulnere. *pro Cæcin.*

Magna eſt ſtultitia, id ipſum quod verearis, ità cauere: vt cum vitare fortaſſe potueris, vltro accerſas & attrahas. *Cic. Bruto.*

Omnes, quorum in alterius manu vita poſita eſt, ſæpius illud cogitant, quid poſſit is, cuius in ditione ac poteſtate ſunt, quam quid debeat facere? *pro lege Manil.*

Nos omnia tum venientia metu, tum mœrore præſentia augentes, rerum naturam quam errorem noſtrum damnare malumus. *5. Tuſc.*

Nulla vis imperii tanta eſt, quæ premente metu poſſit eſſe diuturna. *2. Offic.*

Multorum odiis nullæ opes poſſunt obſiſtere. *2. Offic.*

Quem metuunt, oderunt: quem quiſque odit, periiſſe expetit. *2. Offic.*

Timor, non diuturni magiſter eſt officii. *Phil. 2.*

Malus eſt cuſtos diuturnitatis, metus: contraque beneuolentia, fidelis eſt vel ad perpetuitatem: id igitur amplectamur, vt metus abſit, charitas retineatur. *2. Offic.*

Militi perire eſt melius, quam in ſua ciuitate ſine armorum præſidio non poſſe viuere: præſidium charitate & beneuolentia ciuium ſeptum oportet eſſe, non armis. *Philip. 9.*

Virtus tribus ex cauſis promouetur, metu, cupiditate, pudore. Metum incutere lex poterit; pudorem conſuetudo, bonis enim moribus aſſuetos turpe quid admittere pudet. Doctrina vero parit cupiditatem. *Hippodamus.*

Mali ſemper timent.

Quod timent, facile oderunt omnes. *Plut.*

Imbecillæ mentis eſt, formidare inexperta.

Quicquid expectatum eſt diu, leuius accidit.

Multos fortuna liberat pœna, metu neminem. *Senecæ epiſtol. 61. & 79.*

Neceſſe eſt, multos timeat, quem multi timent.

Vtrumque timidi eſt, velle & nolle mori. *idem de ira libro 2. & Trag.*

Vitium eſt omnis animi perturbatio. *Quint. l. 3.*

Natura docet quæ timenda ſunt.

Dolendi modus eſt, timendi vero non idem. *Plin. ſen. l. 8.*

Ingenioſior eſt ad excogitandum metus amore.

Timor eſt emendator acerrimus,

Nemo ei ſatis fidus quem timuit.

Canis timidus vehementius latrat, quam mordet.

Strenuus metus eſt, velocior tamen ſpes. *Plin. iun. l. 8.*

Dum mens languet, audacia creſcit. *Veget. lib. 3.*

Prudentius eſt timere, quam ſperare.

Metus ſemper malus interpres. *Liu. lib. 2. dec. 7.*

Quos metuunt homines admodum, eos ne benigne quidem alloquentes audent intueri.

Metus hominibus maiori eſt ſupplicio, quam ſi reipſa laudantur.

Vehemente metu homines ſeruilem in modum magis demiſſi redduntur.

Scis eos qui metuunt ne in exilium è patria pellantur, & qui pugnaturi metuunt ne ſuccumbant, in mœrore degere. Itidem qui inter nauigandum metuunt, ne naufragium faciant, & qui ſeruitutẽ ac vincula timent, ne cibo quidem ac ſomno per metum frui poſſunt. At qui iam ſunt exſules, quique iam victi ſunt, ac ſeruitutem qui ſeruiunt, nonnunquam poſſunt etiam magis, quam fortunati homines, cibo, potu, ſomno vti. Pręterea manifeſtiꝰ eſt, etiam in his, quale onus ſit metus. Nam nonnulli dum metuunt ne capti moriãtur, ob metũ præmoriuntur, partim in præcipitium acti, partim ſtrãgulati, partim ſibi ipſis manꝰ adferẽtes. Vſq; adeo metꝰ inter omnes res horribiles maximo terrore animos percellit. *Xen. de inſt. Cyri. l. 3.*

Nec te latere hoc debet Gobria, homines complures, quando confidant, inuicta quadam eſſe animi elatione: quum verò timeant, quo plures fuerint, eo maiore formidabilioreque metu detineri. Ex multis enim malisque rumoribus is auctus eſt metus ex multis etiam malisque rebus, ex multis item atque ignauis exanimatisque perſonis coactus eſt. Itaque & magnitudinem non facile eſt extinguere eum metum verbis, neque ad hoſtes ducendo

cendo animi alacritatem inijcere, neque abducendo ab hoſtibus animi elationem euertere: ſed quanto magis iubeas illos bono eſſe animo, tanto exiſtimabunt in maiore ſe eſſe diſcrimine. *idem ibid. lib.5.*

Idem metus qui cogit fugere, fugientes moratur. *Cur. lib.3.*

Meticuloſi ad deteriora credenda proni. *lib.4.*

Nulla eſt metuentibus quies. *Iuſtin. hiſt. lib.2.*

Metu tenendi ſunt quos fides non tenuit. *Liuius, decad.1. libr.7.*

Multos exercitus eoſque ingentes ob nullum alium formidabilem caſum magis quam ob inanem metum iam funditus deletos ſcimus. *Dionyſ. Hal. lib.3.*

Omnes qui inter ſe diſſident communis periculi metus conciliare ſolet. *idem l.8.*

Qui hominibus præter expectationem ac quam maxime inopinato accidunt, ea & animos horum deijciunt, & rationem conturbant: vt ad ferendam de eo quod agendum ſit ſententiam minime omnium valeant. Neque enim conſiliis iuxta metum locus eſt: ſed vbi animum conſilia anteceperunt, ſtrenue admodum timores ea exturbant: ſin anteueniantur ab his, ſuccumbunt. *Dionyſius libro 42.*

Quiſquis ſuis rebus metuit, ad aliena animum non adijcit: quod is timor quem de propriis habet, ab omni eum prorſus alienorum cura auertit. *idem lib.38.*

Qui in aliquo metu ſunt, promiſſis facile demulcentur. *Appian, lib. de bell. Hiſp.*

Metus tempore ratio omnis & conſilium deeſt; quibus rebus ſi quis ante animum ſuum præmunierit, metum omnem ſuperare egregie poteſt: ſin minus facile vinci. *Xiphil. Pomp.*

Melius eſt mortem ſemel oppetere, quam in perpetuo metu verſari. *Zonar. Annal. tom.2. in Cæſare.*

Proprius metus exercitam quoq; eloquentiam debilitat. *Tacit. Annal. lib.3.*

In publico metu conſilia prudentium & vulgi rumor iuxta audiuntur. *idem hiſt. lib.3.*

Metus in maius cuncta tollit. *Io. Iouin. Pont. hiſt. l.1.*

Metus mentes oculoſque hominum obtundit. *Fr. Guicciardin. hiſt lib.7.*

Miſerrimum eſt angi metu mali quod nondum impendeat. *Arn. Ferron. l.7.*

## ¶ Apophthegmata.

*Socrates* Alcibiadem adoleſcentem, primum ob imperitiam trepidantem, vt fit, apud tantam multitudinem verba facere, lepida εἰσαγωγῇ animauit: An non putas, inquit, ô Alcibiades, contemnendum ſutorem? Annuit. Annon præconem? quum & hic annuiſſet; an non contemneres, inquit, tabernaculorum opificem? Quum ſimilia quædam propoſuiſſet, & is fateretur hos eſſe contemnendos; tum Socrates: Atqui, inquit, ex his conſtat Athenienſium populus, quem tu vereris. Quorum ſingulos putas contemnendos, qui minus etiam contemnas condenſatos? Sed ſit, non referre apud quam multos dicas, ſed apud quam cordatos. Fit enim hoc miro modo, vt quos ſingulos deſpicias, congregatos reuerearis. In conuiuio Platonis Socrates admiratur Agathonis audaciam, qui coram tot hominum millibus præſenti animo recitaſſet ſuam tragœdiam: cui cum Agathon reſpondiſſet, ſe citius velle coram multis hominum millibus, dicere quam apud vnum Socratem: Atqui in illis, inquit, millibus & Socrates erat. Fit enim & illud miro modo: vt quem vnum reuereare, in turba mixtum contemnas. *Eraſm. lib. apoph.*

*Iſocrates*, cum intelligeret, quantum ſibi animi obeſſet timiditas, ſæpenumero dicere ſolitus eſt, ſe ſuos quidem diſcipulos docere, decem minis: verum qui ipſum docuiſſet extra omnem timiditatem in concione loqui, mercedis loco daturum decem millia. Sola enim timiditas & vox exilis reddebant hominem inutilem ad dicendum. *Eraſ. l.8. apoph.*

*Cleanthes*, cuidam illi probri cauſſa obijcienti, quod eſſet timidus: Ideo, inquit, minimum pecco. Bona eſt timiditas, quæ deterret à turpibus, & reddit hominem circumſpectum. *Laert. lib.7. c.1.*

*Xenophanes*, Quum ipſi Hermoneus timiditatem obijceret, quod nollet ſecum teſſeris ludere? Fateor, inquit, me non ſolum meticuloſum, verum etiam vehementer meticuloſum, ſed aduerſum inhoneſta. Honeſta timiditas eſt, quæ deterret à turpibus. *Plutarch. de vitioſa verecundia.*

*Cleomenem* cum quidam interrogaſſet, cur Spartiatæ non conſecrarent diis ſpolia ab hoſtibus detracta? Quoniam, inquit, à timidis venerunt. Porro quæ parta ſunt ab his qui ob timiditatem capti ſunt, nec decet intueri iuuenes, nec diis conſecrata reponi. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Anonymus*. Quidam Metapontinus Laconi obijcienti ignauiam: Atqui, inquit, non parum alienæ regionis poſſidemus. Ergo, inquit, Lacon, non ſolum ignaui eſtis, verum etiam iniuſti, ſignificans non poſſe fieri, vt quis me[illegible] & imbellis multum teneat alienæ ditionis, niſi fraude pa[illegible] *[illegible]ut. in Lacon.*

*Vibius Criſpus*, cuid[illegible] qui in foro Romæ loricatus ambulabat, prætexens id ſe metu facere, perquam ſcitè dixit Vibius Criſpus, quis tibi ſic timere permiſit? Ludens ex inopinato. Expectabant [...] nim, vt obiurgaret hominem, quod præter conſuetudinem Ro[...] nam armatus incederet. At ille increpuit hominem, quod ſic [...] ret: quum liceret manere domi, ſi quid timeret. *Eraſ. Rerum [...] apoph.*

*Themiſtocles*, Quum Græcos ad naualem pugnam hortaret[...] citaretque, Adimantus abhorrens à pugna, ita ad Themiſtocle[...] At qui in certaminibus ante alios proſiliunt, flagris cædunt[...] ne quidem, reſpōdit ille: ſed nec ii coronantur, qui ſe dum p[...] dum eſt, ſubducunt. *Plut in apoph.*

*Idem* in Eretrienſes ita cauillari ſolebat, vt diceret eos ſimi[...] ſcium, qui gladioli vocantur: quippe qui gladium quidem h[...] rent, cor autem non haberent. Notans illorum ignauiam qu[...] matis non adeſſet animus. *Plut. in apoph.*

*Philippus*, Cum ſubactis Græcis, quidam auctores eſſent, v[...] tates præſidiis contineret, ne deficerent: Malo, inquit, diu bo[...] commodus, quam breui tempore dominus appellari, ſen[...] gnum, quod beneficiis ac beneuolentia teneretur, eſſe perpe[...] quod vi metuque, non eſſe diuturnum. *Plut. in apoph.*

*Caligula* illud è tragœdia ſubinde iactabat: Oderint, dum [...] tuant. Hanc ne quis miretur, eiuſdem vox fuit. Vtinam p[...] Romanus vnicam ceruicem haberet. Hanc emiſit, infenſu[...] fauenti Venetæ aurigarum factioni; quum ipſe faueret P[...] *Eraſ. l.6. apoph.*

## ¶ Similitvdines.

*Chryſoſtomi*, Quemadmodum in ædibus militis, ſemper ar[...] non latro, non parietum dirutor, non alius quiſquam eoru[...] huiuſmodi maleficia ſuſpiciunt, audet apparere: Sic metu a[...] occupante, nulla perturbatio illiberalis non inuadit. *apud Ma[...] mon. 24.*

*Philonis Iudæi*, Quemadmodum torrente correptus, [...] quas quibus trahitur, atq; magis etiam quæ ſuperne inunda[...] demmodo mala præſentia maiorem metum afferunt. Metus [...] tanquam è fonte moleſtias exhibet. *libro de præmijs & pœn[...] 577.*

*Plutarchi*, Vt flamma excitata vento, maior eſt ac vehemen[...] ſed parum durabilis ac conſtans: ſic vehemens cupiditas o[...] adiunctum, incertam habet voluptatem. *in Moral.*

*Vt corpus* non eſt capax voluptatum, niſi bene temperatu[...] animus non capit veram voluptatem, niſi liber metu, ac c[...] fectibus. *in Mor.*

*Ciceronis*, Vt innocens non is dicitur, qui non nocet le[...] qui nihil noceat: ſic ſine metu is habendus eſt, qui non pa[...] tuit, ſed qui omnino metu vacat. *lib.5. Tuſc. q.*

*Senecæ*, Quemadmodum eadem catena & cuſtodem & m[...] copulat: ſic iſta quæ tam diſſimilia ſunt, pariter incedu[...] metus ſequitur. *lib.1. epiſt.5.*

*Omnium animos* mala aliena ac repentina ſolicitant: q[...] modum aues etiam inanis fundæ ſonus territat: ita no[...] ictum tantum exagitamur, ſed ad crepitum. *lib.2. epiſt.75.*

## ¶ Adagia.

Funiculum fugiunt miniatum, τὸ σχοινίον φεύγουσι μ[...] μένον.

*Apte dicetur, vbi quis properat officio ſuo fungi, non ex [...] ſed ne in mulctam incidat.*

Manum de tabula.

*Peculiariter conueniet in ſcriptores plus ſatis acutu, & [...] cuiuſdam diligentiæ, qui ſine fine promunt ſuas lucubration[...] per aliquid addentes, adimentes, immutantes.*

Metus infamiæ. *Pythag.*

*Cum dicemus nos hominum de nobis opinione rumoribus [...] ueri, quo minus mutemus conſilium, conueniet illud Homeri:*

Αἰδέομαι Τρῶας, καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους.

*Troianos ac Troianas, vereorq; pudetq;.*

Abſque baculo ne ingreditor. ἄνευ ξύλου μὴ βάδιζε.

*Inermis ne ſis, verum ſemper ad manum ſit, quo depella[...] forte quærat lædere.*

Cautus enim metuit. *Homerus.*

*Qui non ex animo, ſed mali metu continent ſe à maleficio, [...] quadrabunt hæ metaphoræ:*

*Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq;*
*Suſpectos laqueos, adopertum miluius hamum.*

In tempore cauenda pœna mali.

*Quoties admonebis, vt multo ante occurratur malo, pri[...] oppreſſerit nos, aut ceſſandum à peccando, priuſquam ingru[...] na vindicta, vſui erit illud Homeri:*

Ἀλλὰ πολὺ πρὶν
Φραζώμεσθ' ἄκεν καὶ παύσαιμεν.

*Verum nos multum ante modum finemq; velimus*
*Ponere.*

Samiorum mala metuis. τὰ Σαμίων ὑποπτεύεις.

*Dictitatum de ijs, qui metuerent proditionem.*

Volam petis oſtendere. τὸ κοῖλον τοῦ ποδὸς δεῖξαι.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dicuntur, qui in bello fugiunt. *Dicitur & vulgo in fugaces. Calcaneum oſtendere, vertere terga, apud hiſtoricos.* Ferſengelt geben/ die Ferſen ſehen laſſen.

*Monſtrer les talons, tourner le dos.*

*Quinquagenarius probroſe dicitur, qui ſeſe per omne rerum genus volſi, ac molles ac meticuloſos quadrabit,*

Fures clamorem.

*Ad audiendum, timent aut ſenſerunt,* οἱ φῶρες τὴν βοήν. *Quadrat in eos, qui ſibi conſcij, metuunt ne deprehendantur.* Es treumet jm vom Teuffel. Item, Di e Ratz laufft jhm den Rucken hinauff.

Lepus aquilam fugit. λύκος ἀετὸν φεύγει.

*Vbi periculum imminens euitari non poteſt.*

Lupus ante clamorem feſtinat. λύκος πρὸ τῆς βοῆς σπεύδει.

*Vbi quis admiſſi conſcius, vltro timet, priuſquam accuſetur.*

Conſcientia mille teſtes.

*Senſus non eget interprete. Sic Poeta-*

*Heu! quam difficile eſt crimen non prodere vultu.*

Das Hertz/oder das Gewiſſen leugt nicht.

Panicus caſus. πανικὸς φόβος.

*Dicitur de ſubito animorum tumultu, ſed inani. Cic.*

Metum inanem metuiſti. ἀδεὲς δέδιας δέος.

*Vbi quis formidat in re tuta. Virg. Omnia tuta timens.*

Multa in bellis inania. πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου.

*Dici poteſt de inani alicuius periculi ſuſpicione, aut pauore ſine cauſa orto, quem Græci πανικὸν vocant.*

Theagenis hecateum. Θεαγένους ἑκάτειον.

*In ſuperſtitioſos ac ridicule meticuloſos dictum eſt.*

Canes timidi vehementius latrant,

*In Traſones iactari poteſt, qui turgidis quidem minis dira mo- liuntur, homineſq; territant: ſed reipſa & factis nulli ſunt. Q. Cur.*

Hunde die vil bellen/beiſſen nicht.

Aſperſiſti aquam.

*Aſperſiſti aquam dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animum metum ademerit.*

Vmbræ territas. ἀσκοῦ ἢ σκιᾷ μορμολύττεσθαι.

*Dici ſolitum, quoties inanem formidinem aut concipit aliquis, aut incutit. Idem valet:* τῇ σκιᾷ μορμύσσῃ. *id eſt:* Vmbra territas.

Leonem larua terres. μορμολυκίοις ἐκφοβεῖς τὸν λέοντα.

*Conuenit de minis inanibus, ac terriculamentis riſu excipiendis.*

## ❡ EXEMPLA BIBLICA.

Metus Dei & hominum *exempla:* Adam, *Geneſ.* 3.10. Sara, 18.15. Loth, 19.30. Serui Abimelech, 20, *v.* 7, 9. Iſaac, 27, 12. Iacob, 31, 31, & 32. 7. Ioſeph, 42, 18. fratres Ioſeph, 50, *v.* 15. 19. Obſtetrices, *Exodi* 1, 17. Moſes, 2.8. Iſraelitæ, *v.* 10, 31. & 19, 16. 1. *Reg.* 10, 4. & 25, 26. Reges Amorrhæorum & Chanaan, *Ioſ.* 2. 24. & 5, 1. Gabaonitæ, 9 24. Adoniſedech, 10, 2. Philiſthim, 1. *Sam.* 4. *v.* 7, 8. & 7, 7. Filii Iſrael, 12, 18, & 17, 11. Achis, 21, 12. Saul, 1. *Sam.* 18, *v.* 12, 29. & 25, 5. Reges, 10, 19. Serui Dauid, 12, 18. Adonias, 1. *Reg.* 1, 15. Iſrael, 3, 28, *v.* 3, 12. Vir mulieris pauperculæ, 2. *Reg.* 1, 15. Armiger Saulis, 1. *Paral.* 10, 4. Dauid, 21, 30. Ioſaphat, 2. *Paral.* 20, 3. Nehemias, *Neh.* 2, 2. Hananias, 7, 2. Tobias ſenior, 1, 21. Iudith, *Iud.* 8. 8. Principes Aſſyriorum, 14, 17. Aſſuerus, *Eſth.* 7, 6. Vrias Propheta, *Ierem.* 26, *v.* 21. Eunuchorum Princeps, *Dan.* 1, 10. Suſanna, 13, 2. Ionas, *Ion.* 1, 9. Nautæ, *v.* 10, 16. Gentes, 1. *Machab.* 3, 25. Iudæi, 7, 18. & 9, 6. Aduerſarii Ionathæ, 12, *v.* 28. Tryphon, 13, 2. Ioſeph vir Mariæ, *Matth.* 2. 22. Turba, 9, 8. Diſcipuli, 14, 26. *Marci* 4, 40. & 41. & 6, 30 Phariſæi, *Matth.* 17, 6. & 21, *v.* 46. *Luc.* 20, 19. Cuſtodes ſepulchri, *Matth.* 28, 4. Mulier ſanguinis profluuio laborans, *Marci* 5, 33. Petrus, Iacobus & Ioannes, 9, 6. Sacerdotes & Phariſæi, 11, 18. Mulieres ad monumentum progreſſæ, 6, 8. Zacharias, *Lucæ* 1, 12. Maria virgo, 29. Paſtores, 2, 9. Simon Petrus, &c. 5, *v.* 9. Pilatus, *Ioan.* 19, 8. populus, *Act.* 2, 45. Eccleſia, 5, 5. Diſcipuli, 9, 26. Cornelius, 10, 4. Magiſtratus, 16, 38. Iudæi & Gentiles, 16. *Vide tit. Timor,*

## ❡ EXEMPLA PROFANA.

*Chabrias* Athenienſis claſſe dimicaturus, excuſſo ante nauem ipſius fulmine, exterritis ter, tale prodigium, militibus, nunc (inquit) potiſſimum pugna eſt, cum deorum maximus Iupiter adeſſe numen ſuum claſſi noſtræ oſtendit. *Front. l.* 1. *c.* 11.

*Pericles*, cum in caſtra eius fulmen decidiſſet, terruiſſetq; milites: aduocata concione, lapidibus duobus in conſpectu omnium colliſis ignem excuſſit: ſedauitq; turbationem, cum docuiſſet, ſimiliter nubium attritu excuti fulmen. *Suidas Polyænus, lib.* 2.

*L. Sulpitius* Gallus bello Macedonico in caſtris. L. Æmilii Pauli defectum lunæ imminentem, ne pro oſtento exciperent milites, prædixit futurum, additis rationibus cauſiſque defectionis. *Front. l.* 1. *c.* 12.

*Cyrus*, Perſarum rex, ne hoſtium efferis clamoribus milites perculſi trepidarent, hymnum Polluci & Caſtori canere iuſſit: quo conſtitutu effecit, ne improuiſa formidine caperentur. *Alex. l.* 4. *c.* 7. *ex Xenophonte.*

*Marcellinus* Impp. Diocletiano & Maximiano perſecutoribus, tormentorum immanitate perterritus, diis ſacrificauit: at facti pœnitentia ductus, vltro poſtea Romam ad martyrium profectus eſt. *Marul. l.* 4. 10. & *Fulg. l.* 1. *c.* & *Platina.*

## ❡ FABVLAE.

### Leo & Rana.

Leo auditis ranæ clamoribus, quos illa toto rictu edebat, quam maximos, primum percelli animo valde cœpit, quod crederet ingentem animantem eſſe auctorem tanti clamoris. Animo tamen confirmato, circumſpicere, & contra illum clamatorem, quiſquis eſſet, ſeſe parare, & ad pugnam accingere. Cum videt prorepentem ranam de propinquo lacu, ibi leo, ſimul indignatione, ſimul etiam pudore affectus pede illam conculcatam attriuit.

Decet fabula, non eſſe ad quemlibet ſtrepitum expaueſcendum, neque nos inexplorata re terreri oportere.

### Hinnulus.

Hinnulum cum ceruo ſic locutum aliquando ferunt: Mi pater, cum multo ſis maior canibus, & pedum his celeritate præſtes, præterea cum tibi ſint ardua cornua, quibus à te vim propulſare facile poſſis, qui fit, vt canes tantopere metuas? Ibi ceruus ridens: Mi nate, vera, inquit, memoras: Mihi tamen, neſcio quo pacto, ſemper accidit, vt audita canum voce, in fugam ſtatim conuertar.

Fabula docet, eos, qui natura formidoloſi ſint, nulla cohortatione confirmari poſſe.

### Viatores.

Viatores quidam in littore conſtiterant, quod longe in mari fluitantia ſarmenta nauem eſſe arbitrarentur. His verò propioribus factis, ſperabant lembum eſſe, mox vento & fluctibus eiecta ſarmēta cum cognouiſſent, ſtulti ſcilicet, inquiunt, nos hic fruſtra nauigia expectauimus.

Fabula docet, quoſdam ignotos formidine aliis eſſe opinione ſua, cum quibus ſi quis propius congrediatur ſtatim apparere futilitatem & ignauiam illorum.

*Vide Confidentia, Fiducia, Formido, Deſperatio, Timor.*

---

# Miles, Milites.

## ❡ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

MIles, Græce ϛρατιώτης, ου, ὁ. & ϛρατιά, ᾶς, ἡ, militia, & ϛρατεύω, milito dicitur. Miles Hebræis dicitur *Iſch hammilchamah*, vir belli, *homme de guerre*, *Milchamah* autem bellum, prælium, cædes, inciſio, quæ fit acie gladii. Dicitur à verbo *Lacham*, id eſt, ſcidit dentibus, conſcidit ore gladii (*il tailla en pieces, il mit au trenchant de l' eſpee*) proſcidit, comedit, exedit mandendo & concidendo. Metaphoricè ſignificat, bellum geſſit, prælium commiſit. Nam in bello gladius comedere videtur homines & abſumere, veluti ſi quis deglutiret fruſta panis aut carnium: iuxta dictum, 2. *Samuel.* 11. *v.* 25. Sic enim & ſic vorat gladius. 1. varius eſt euentus belli, vt ii nunc cædantur, nunc alii. In voce paſſiua *Nilcham*, præliatus eſt. Panis, *Lechem*, bellum, *Lachem*, vbi fit conciſio & diſſectio hominum, *ou l'on hache en pieces les combatans*, λιγμάω, deuoro. Vide Lexicon trilingue Lugdun. pag. 480. Venitque à mille quaſi milleſimus quiſque, hoc eſt millenario numero fuerit. Legio enim primo, vt Varro inquit, trium millium fiebat, & ſingulæ tribus Tatienſium, Ramnenſium, & Lucerum mille militum mittebant. Hinc milito verbum, hoc eſt, militiam exerceo, & militare, more militū, & commilito, onis, qui ſimul militat, hoc eſt, ſocius in bello, & commilitium, ipſa belli ſocietas. Militum genera apud veteres tria erāt. Alii enim *Euocati* dicebantur, qui non milites, ſed pro milite erant. *Tumultuarij*, qui neceſſitate aliqua electi, vt vnum duntaxat bellū militabant. Alii *Sacramento relegati*, qui poſt electionem in Rempub. iurabant, quod militare ſacramentum dicebatur. Hi plenam militiam habebant. Erantque quinq; & viginti annis obligati.

Militiæ inſtrumenta ſunt Galea, in qua conus, & chriſta, thorax, lorica, baltheus, cingulum, ſcutum, clypeus, parma, creta, ſcutū breue, ocrea, tragula, gladius, enſis, ſparus, geſa, verutum, pilum, aclides, pugio, ſcorpius, catapulta, contus, glandes plumbeæ, phalarica, ſemiphalarica, ſoliferrea, lancea, rumigeſtri falces, bipēnes, framea, romphæa, anſaculæ, cateiæ, ſcibones, ſudes, ſicæ, machæræ, hemiſpathæ, veruinæ, ligulæ, climaculæ, venabulum, ſariſſæ, ſaxa, cetra, tegmen, pelta, velicula, currus, equi. In aquis, gauli, corbitæ, caudicæ, naues longæ, biremes, triremes, lembi, naues onerariæ, hippagines, cercuri, celoces, oxiæ, ſchediæ, remiculi, ſcaphæ, lyntres, actuariæ, proſumiæ, & geſteoretæ, velorioles, cartæ, pontones, nucturciæ, mediæ, phaſelliparones, myoparones, caupulica, ma[illegible]æ, cidarum, ratariæ, cataſcopium, cymba, piſtrix, horia, libu[illegible] hæc omnia militiæ vſui eſſe poſſunt: Sunt & alia, vt teſtudo, centones, vineæ, quos catos vocabulo barbaro vocant plutei. Plurima deſunt, quæ in hiſtoriis occurrunt lectori.

Addam

Addam murorum defenſionem, agger, muſculi, turres ambulatoriæ ſcalæ, quibus muros primus Capaneus dicitur aſcendiſſe. Exoſtra, pons, tellenon, ſclopitum præteruolans, bombarda, aliaque id genus.

Militaris prudentia, eſt virtus, qua regitur multitudo exercitus, ad tuitionem totius boni communis, *ſec. B. Thom. ſecund. Secundæ, q. 48 c. 4.*

Militia non reiicitur à Ioanne, ſed ſuis vitiis repurgatur, *Luc.* 3. 14. nemo militat ſuis ſtipendiis, 1, *Cor.* 9. 7. militare ſecundum carnem, 2. *Cor.* 10. 3. militia ſpiritualis, *v.* 4. *Eph.* 6. V. 11. 12. *Heb.* 10. 32. & 13. 32. 1. *Pet.* 2. 11. militate bonam militiam, 1. *Tim.* 1. 18. Paulo eſt ſtrenue ſe gerere in militia ad quam oportet eſſe comparatos, quicunque ſub Chriſti nomine adminiſtrant.

## ¶ PATRVM SENTENTIÆ.

Militare, non eſt delictum, ſed propter prædam militare peccatum eſt. Nec Rempublicam gerere criminoſum eſt: ſed ideo agere rempublicam, vt rem familiarem potius augeas videtur eſſe damnabile, propterea enim prouidentia quadam militantibus ſunt ſtipendia conſtituta, ne dum ſumptus quæritur, prædo graſſetur. *Aug. de Verb. Dom.*

De cubiculo ad aciem, de vmbra egrediens ad Solem: corpus aſſuetum tunicæ, loricæ onus non ſuſtinet, caput opertum linteo, galeam recuſat: mollem otio manum durus exaſperat capulus: fortior autem miles ex confragoſo venit. *Hieron. in epiſt. ad Theod. monach.*

Nihil damnabilius eſt in milite, quam otium per quod vſus armorum dediſcitur: nutritur puſilla nimitas, vires fatiſcunt, obrepit inertia, & ad immunditiæ actus animus occupatur. *Pet. Bleſ. in epiſtol. 94.*

Vegetii Renati teſtimonio, inutilis eſt omnino militiæ nutritus tenere, & delitiis aſſuetus, eum autem cenſet aptiorem, qui ſub dio & ad arma nutritur in labore. Solis patiens, vmbræ negligens, balneorum neſcius, æque ferens frigoris iniurias & caloris, rudis in cauſis, ſimplex in actibus, cibo moderatiore contentus, qui non erubeſcat foſſam ducere, reparare aggeres, ferre lapides & cæmentum, lignorum materiam comportare. *ibid.*

Clypeos deferunt deauratos, prædam potius hoſtium cupientes, quam certamen ab hoſtibus, bella tamen & conflictus equeſtres depingi faciunt in ſellis & clypeis, vt ſe quadam imaginaria viſione delectent in pugnis, quas actualiter ingredi aut videre non audent. *ibid.*

In his Frontinus refert, cum ſcutum cuiusdam vidiſſet auro & gemmis multipliciter adornatum, dixit ſe non mirari, ſi tanta clypeum diligentia ornaſſet, in quo plus præſidii, quam in enſe haberet. *ibid.*

Refert Pericles, non picturam, non aurum, & lapides, ſed ſcutum diuulſum, fractam galeam, hebetem gladium, faciem vulneratam cedere militibus ad ornatum. *ibid.*

Hi ſunt, quorum teſtimonio laudari audis in otio occupationes, in pace prædas, inter arma fugas, inter vina victorias, cum ſunt in prætoriis leones, in præliis lepores. *ibid.*

Porro ordo militum nunc eſt, ordinem non tenere: nam cuius os malorum verborum ſpurcitia polluitur, qui deteſtabilius iurat, qui minus Deum timet, miniſtros Dei vilificat, qui eccleſiam non veretur, iſte hodie in cœtu militum fortior & nominator reputatur. *ibi. epiſt. 94.*

Hodie militaris diſciplina, quam Vegetius Renatus & plerique alii docuerunt, prorſus euanuit & ſe in quandam delinquendi libertatem, & ſcurrilitatis ſpeciem deformauit. Olim enim ſe iuramenti vinculo milites obligabant, quod ſtarent reipublicæ ſtatu, quod in acie non fugerent, & quod vitæ propriæ vtilitatem publicam præhaberent: ſed & hodie tyrones enſes ſuos recipiunt de altari, vt profiteantur ſe filios eccleſiæ, vtque honorem ſacerdotii ad tuitionem pauperum, ad vindictam malefactorum, & patriæ liberationem ſe gladium accepiſſe: porro in contrarium verſa eſt: nam ex quo hodie militari cingulo decorantur; ſtatim inſurgunt in Chriſto Domini, & deſæuiunt in patrimonium crucifixi: ſpoliant & prædantur ſubiectos Chriſti pauperes, & miſerabitur atq; immiſericorditer affligunt miſeros: vt in doloribus alienis illicitos appetitus, & extraordinarias impleant voluntates. *ibid.*

Qui contra inimicos crucis vires ſuas exercere debuerant, in potibus & ebrietatibus pugnant. Vacant otio, marcent crapula vitamq; degenerem in immunditiis tranſigentes, nomen & officium militiæ dehoneſtant. *ibid.*

Homines viribus tantum, robori & velocitati augendis ſtudent, & quo pacto hæc habentes ex ipſis ſolis clari fiant: animum vero per quem exiſtunt, negligunt: ignorantes ſe illa ſolum excolere, quæ cum brutis communia habent, & quidem imbecilliora, quam multa ex brutis: diuiniſſimam vero ſui partem, & ſecundum quam diis aliquo modo ſimiles reddi poſſent, neglectui habere. *Euſebius.*

## ¶ SENTENTIAE POETICAE.

Menander Paracatatheca.

Στρατεῖα δ᾽ οὐ φέρει περιουσίαν οὐδεμίαν,
Ἐφήμερον δὲ καὶ προπετῆ βίον,
Οὐ πεῖραν ἔχομεν, ὄντος οὐ σωτηρίου.
*Militia non fert vllam opulentiam:*
*Sed vitam quam in diem viuitur ac temerariam,*
*Quam experimur minime ſalutarem eſſe.*

Appollodorus in Aphanizomeno.

Ἔργον στρατιώτην ἄχρι τοῦ γήρως λαβεῖν
Ἐστὶν ἂν εὐτυχηκότ᾽ ἂν μὴ δειλὸς ᾖ.
*Difficile eſt militem inuenire cui ad ſenectam*
*Vsq; omnia bene ſucceſſerint niſi timidus ſit.*

Menander in Aſpide.

Στρατιώτην σμικρὸν σωτηρίας
Ἔστ᾽ ἔργον εὑρεῖν πρόφασιν, ὀλέθρου δ᾽ εὔπορον.
*Non parua eſt difficultas militem.*
*Salutis inuenire cauſam, perditionis autem facile.*
Κομψὸς στρατιώτης, οὐδ᾽ ἂν εἰ πλάττοι θεός,
Οὐθεὶς γένοιτ᾽ ἄν.
*Elegans miles, etiamſi Deus ipſum formaret,*
*Haud vllus effici poſſet.*

Philemon.

Στρατιῶτα κ᾽ οὐκ ἄνθρωπε, καὶ σιτούμενε,
Ὡς τὰ ἱερεῖα, ἵν᾽, ὅταν ᾖ καιρός, τυθῇς.
*O miles! non homo, qui paſceris.*
*Quemadmodum victima, vt cum tempus fuerit,*
*immoleris.*

Antiphanes.

Τίς δ᾽ οὐχὶ θανάτου μισθοφόρος, ὦ φιλτάτη,
Ὃς ἕνεκα τοῦ ζῆν ἔρχετ᾽ ἀποθανούμενος;
*Quis non mercenarius eſt mortis ô cariſſima,*
*Qui gratia viuendi accedit moriturus?*

Luca. lib 10. bell. Ciuil.

*Nulla fides pietasq; viris, qui caſtra ſequuntur,*
*Venalesq; manus ibi fas, vbi maxima merces.*

Lucanus ad Piſonem.

*Tamen & ſi bella quierunt,*
*Non periit virtus: licet exercere togatæ*
*Munera militiæ: licet & ſine ſanguinis hauſtu*
*Mitia legitimo ſub iudice bella mouere.*
*Hinc quoq; ſeruati contingit gloria ciuis,*
*Altaq; victrices intexunt limina palmæ, &c.*
*Olim turba vias impleuerat agmine denſo,*
*Ardua nunc eadem ſtipat fora, cum tua mæſtos*
*Defenſura reos vocem facundia mittit:*
*Seu trepidos ad iura decem citat haſta virorum,*
*Et firmare iubet centeno iudice cauſas:*
*Seu capitale nefas operoſa diluis arte,*
*Laudibus ipſa tuis reſonant fora.*

## ¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Rei militaris virtus præſtat cæteris virtutibus, omnia ... ſtudia & hæc laus forenſis in tutela ac præſidio virtutis bel... tent: ſimul ac increpuit tumultus, artes illico noſtræ contic... *Cicero per Mar.*

Iuuentus cui defenſio prouinciarum, cui bellorum eſt, con... tenda fortuna, & genere, ſi copia ſuppetat, & moribus debet ... re. Honeſtis enim idoneum militem reddit: verecundia, dum p... bet fugere, facit eſſe victorem. *Veget. de re mil. l. 7.*

Fabros ferrarios, carpentarios, macellarios, & ceruoru... rumque venatores conuenit ſociare militiæ.

Nihil magis in itinere, vel in acie cuſtodiendum eſt, quam ... nes milites incedendi ordinem ſeruent: quod aliter non pot... niſi vt exercitio deambulare celeriter & æqualiter diſcant. ... lum enim ab hoſtibus ſemper grauiſſimum ſuſtinet diuiſus ... dinatus exercitus. *ibid.*

Nihil neque firmius, neque felicius, neque laudabilius e... blica, in qua abundant milites. *lib. 2.*

Plurimum terroris hoſtibus armorum ſplendor importat. ... credat militem bellicoſum, cuius diſſimulatione, ſitu ac ... arma fœdantur? *ibid.*

Ab his, qui tyrones probant, in omnibus quidem ſtatur... gnitudinem, corporis robur, alacritatem animi conuenit ex... *ibidem.*

Nunquam ad contumaciam pari conſenſu multitudo pr... pit, ſed incitantur pauci vitiorum, ſcelerumq; impunitate: ... peccare cum pluribus. Quod ſi ferri medicinam neceſſitas ... perſuaſerit, rectius eſt, more maiorum, in authores criminum ... cari: vt metus ad omnes, ad paucos pœna perueniat: lauda... tamen duces ſunt, quorum exercitum ad modeſtiam, labor ... inſtituit, quam illi, quorum milites ad obedientiam ſupplic... formido compellit, *idem lib. 8.*

Plerique rei militaris ignari, pleniorem victoriam cred... aduerſarios aut locorum anguſtiis, aut armatorum mul... circu...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…derint vt aditum non inueniant abſcendendi: ſed clauſis … crefcit audacia, & quum ſpei nihil eſt, ſumit arma … libenter cupit commori, qui ſine dubio ſcit ſe eſſe mori… ideoque Scipionis laudata ſententia eſt, qui dixit, viam ho… fugerent, muniendam. Nam quum abſcedendi aditu pa… mentes omnium ad præbenda terga conſenſerint, multi … trucidantur, nec inſequentium vllum periculum … victi (quibus defendi poterant) arma conuerterint in fu… genere quanto maior fuerit exercitus, tanto facilius mul… ſternitur. *ibid.*

…que enim ibi requirendus eſt numerus, vbi animus ſemel … tam tela hoſtium cupit declinare, quam vultum: cæte… licet exigui numero & infirmi viribus, hoc ipſo tamen … pares: quia deſperantes ſciunt aliud ſibi licere non poſ… ſalus victis nullam ſperare ſalutem. *ibid.*

…conſilia meliora ſunt, quam illa, quæ ignorauit aduerſa… quam facias. Quum igitur conſilium tuum cognoueris … proditum, diſpoſitionem mutare te conuenit: quid fieri … cum multis. Quid vero facturus ſis cum pauciſſimis … ſimis, vel potius ipſe tecum. *ibid.*

… laborem recuſant manus, quæ ab aratro ad arma trans… quamlibet enim viam patiuntur iumenta, quorum … aſpero vngula eſt: in molli & paluſtri paſcuo ſaginata … tur: fortior autem miles ex confragoſo venit, ſed il… & nitidus in primo puluere deficit. *Senec. in quadam*

…aſpero & abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indi… res armis conſtant, quæ vbi à recto itinere deſciuerunt, … ſunt, niſi opprimantur. *Val. Max. l. 2.*

…conſilio poſita eſt virtus militum. *idem l. 1.*

… Romanis rubor, eburneo ſcipione depoſito, agreſtem … repetere: ſed Attilii manus ruſtico opere attritæ ſalu… ſtabilierunt, ingentes hoſtium copias peſſundede… quæ prius arantium boum iuga rexerant, poſtea triumpha… receſſus retinuerunt, poteſt pauperes conſolari Attilius, … magis docere locupletes, quod non eſt neceſſaria magnæ … aut anxia opum comparatio, virtus enim nudo homi… eſt.

…militum imperatore in acie viſo accenduntur.

…miles non ſentit ſua, cum benigni ducis intuetur vul…

…eſt miles in prælio cæſus, quam in fuga ſaluus. *Liu. l. 2.*

…non eſt dare conſilium, ſed vbi res poſtulat, bonam naua… *Eraſ. in Apo.*

…prudentiæ coniunctum conducit: ſine ipſa vero plus læ…

…corpora quidem exercentium ſe ornat, animi vero ſtudia … *Iſocrat. ad Demonicum.*

…tria eſſe bellum recte gerendi capita, velle, reuereri, ac …ibus. *Thucyd.*

…ris virtus præſtat cæteris virtutibus: omnia noſtra ſtu… forenſis laus & induſtria latent in tutela ac præſidio bel… & ſimul atque increbuit ſuſpicio tumultus, artes illico … ceſcunt. Omnia denique quæ ſunt in imperio, in ſtatu … iis defendi & firmari putantur, qui militari virtute an… *Pro Murana, Cic.*

…plus adfert dignitatis res militaris, quam iuris ciuilis glo… de nocte, vt tuis conſultoribus reſpondeas: Ille vero, … mature cum exercitu perueniat. Te gallorum, illum … cantus exſuſcitat. Tu actionem inſtituis, ille aciem in… caues ne tui conſultores, ille ne vrbes aut caſtra capian… & ſcit vt hoſtium copiæ, tu vt aquæ pluuiæ arceantur. … eſt in propagandis finibus, tu in regendis. *Pro Mu…*

…non minus in milite modeſtiam & continentiam, quam … aque animi magnitudinem deſiderabat, *Cæſ. lib. 6. de bell.*

…non timet, niſi veſtitus, armatus, calceatus, ſatur & habens … Zonula. *Lamprid in Alex. Seuero.*

…miles probatur, non mollitudine. *Herodian. in Iulia…*

…vbique, licet membris vrgentibus firmus, ſe ſolum vitamq; …ſpicit & defendit. *Ammian. Marcell. lib. 4.*

… tam pulchrum tamque poſteritatis memoriæ iuſta ra… mandandum, quam vt miles ſtrenuè factis exultet. *Idem,*

… ſub conſpectu bellicoſi ductoris teſtiſque indiuidui ge… , modo adſit ſupernum Numen, inuictus eſt. *idem,*

…audire quam loqui militem decet actibus coalitum glorio… ſpectatæ æquitatis ſentire rectorem, quam eum qui … digne potuerit & probari. *idem, lib. 21.*

… capiendi inſidiatrix ſæpe militis fuit, *l. 23.*

Colloquia ægre fert miles, & victoriam mauult quam pacem *Tacit. hiſt. lib. 3.*

Omnem prolationem, imminente præda, vt inimicam victoriæ ſuſpectat. *idem, ibid.*

Bonus miles proprie tantum virtuti confidit, ignauus vero alterius. *Procop. de bell. Vandalico, lib. 2.*

Si duces ſe inuictos tempore præbeant, inuictus etiam miles futurus eſt. *P. Æmyl. lib. 4.*

Nec ſanitati nec expeditioni idoneus miles eſt, qui algere compellitur. *Veget. l. 3. c. 2.*

Militi armato, nihil ſecum præter inſtrumenta belli portanti, nil inuium aut inexuperabile eſt. *Liu. Decad. 3. l. 1.*

Quemadmodum miles bene exercitatus prælium cupit, ita formidat indoctus. *Veget. l. 2. c. 23.*

Miles qui ſumtus ſuos ſcit apud ſigna depoſitos, de deſerendo nihil cogitat, magis diligit ſigna. Pro illis in acie fortius dimicat, more humani ingenii, vt pro illis habeat maximam curam, in quibus ſuã videt poſitam eſſe ſubſtantiam. *Veget. l. 2. c. 20.*

Quantum hebes eſt ad ſuſtinendum laborem miles, tanto ad diſcordias promptior. *Tacit. hiſt. l. 2.*

Fuſtuarium meretur, qui ſigna relinquit, aut præſidio decedit, *Liu. Decad. 1. l. 5.*

Male cum his agitur, quibus neceſſitas & belli incumbit, & morbi *Veget. l. 3. c. 2.*

Ex agris ſupplendum robur præcipue videtur exercitus. Neſcio enim quomodo minus mortem timet, qui minus deliciarum nouit in vita. *Veget. l. 1. c. 3.*

Aſſuetus expeditionibus miles otio laſciuit. *Tacit. in vita Agri.*

Militi, qui periculi quam moræ patientior eſt, ingrata ſunt quæ tuta, & ex temeritate venit illi ſpes. *Tacit. hiſt. l. 3.*

Milites dum videntur haberi neglectui, qui boni ſunt, longe minus redduntur alacres: at mali multo ad contumeliam promptiores. *Xenoph. de pæd. Cyri, l. 5.*

Laudibus haud minus quam præmio gaudent militum animi. *Liu. Decad. 1. l. 2.*

Militantium nec indignatio, nec lætitia moderata eſt, *Curt. l. 6.*

Ex magna victoria milites licentiam ſibi aſſumunt impunitatis & immoderate peccandi, propter maximas res geſtas. *Hirtius de bell. Afric.*

Milites neque dicta imperatoris; neque præmia niſi ab imperatore accipere par eſt. *Tacit. Annal. l. 6.*

Præda per luxum vſi & ſomno graues milites facile circumueniuntur. *Idem, l. 12.*

Milites regi non poſſunt niſi in vetere diſciplina. *Vulc. Gallic. in Aug. Caſsio.*

Dicebat Alexander Seuerus, milites ſe magis ſeruare velle quam ſeipſum, quod ſalus publica in his eſſet. *Lamprid. in Alexand. Seuero.*

Milites pœna & timor in ſedibus corrigunt: in expeditionibus ſpes & præmia faciunt meliores. *Veget. l. 3. c. 26.*

Ad animandos in præliis milites regis conſpectus multum valet, *B. Facius, hiſt. l. 2.*

Pudor, auaritia, & gloria, militum animos longe acuunt. *idem, lib. 4.*

Calamitatibus inſontium expletur militum auaritia. *Tacit. hiſt. libro 2.*

Genus hominum pecuniæ cupidius, fidumque ac bonum ſolo quæſtu. *Aurel. Vict. de Cæſarib.*

Pugna in conſpectu parentum, coniugumque ac liberorum, quæ magna etiam abſentibus hortamenta animi, ſimul verecundia & miſericordia militum animos accendit. *Liu. Decad. 1. l. 7.*

Longe profecto, longe maius periculum imminet, quam vnius viri iniuſta ſit cædes, vbi milites conſueuerint ſuis ducibus imperare, iuſque legum in manibus ſuis ponere. *Dion. l. 41.*

Annibal milites ſuos ex Africa in Italiam deductos, ſpectaculo quodam duorum captiuorum quos armatos in pugnam deſcendere & ferro de vita decernere altero vel vtroque cadente, iuſſit, ad officium præſtandum incitare viſus eſt. Quum enim non minus morientis quam victoris captiui & muneribus donati fortunam laudarent, præcipue autem interfectum in duello multis maximiſq; miſeriis, quibus alii captiui ſuperſtites premerentur, liberatum eſſe agnoſcerent, ille confeſtim concionem ingreſſus: Idcirco ſe, inquit, captiuorum eiuſmodi ſpectaculum in præſentia præbuiſſe, vt alienæ ſortis exemplo admoniti, rebus ipſi ſuis melius conſulerent: ſimile namque ipſis certamen, ſimilia tempora fortunam attuliſſe, præmia etiam ſimilia propoſita. Neceſſe enim vel vincere Carthaginenſes, vel mori, vel viuos in hoſtium poteſtatem venire. Si vincerent, non equum aut ſagum pręmia habituros, ſed omnium mortalium beatiſſimos fore, quippe qui Romanorum felicitatem obtinerent. Si vero in pugna fortiter mortem oppeterent, omnium eos malorum expertes, optima ſpe vitam terminaturos. Quod ſi victi, cupiditate diuturnioris vitæ, fugam arriperent, vel alio modo ſibi viuendum ſtatuerent, omne genus miſeriæ & calamitatis experturos. Neminem eſſe adeo rationis inopem, qui ſi lõgitudinem emenſi itineris, ſi numerum commiſſorum in itinere præliorum reuocet



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in memoriam, tot præterea viarum anfractus, tot fluminum inſuperabiles meatus contempletur, ſperet ſe aliquo modo, ſi fugam arripiat, incolumem in patriam reuerti poſſe. Quamobrem oportere eos omni ſpe fugæ abſciſſa, quem alienum in alienæ ſortis exemplo paulo ante habuerant, eundem mox in ſuis rebus retinere. Nam quemadmodum illic & victoris & morientis fortunam laudabant, ſuperſtitum vero conditionem putabant miſerrimam: ita de ſe ipſis iudicari oportere cenſeant. Omnes igitur magno fortique animo certamen debere ingredi, veluti præclariſſimam victoriam adepturos. aut, ſi id infeſta Carthaginenſium rebus fortuna neget, in acie fortiter morituros. Victis ſpem vllam ſalutis repoſitam haudquaquam eſſe putandum. Si eo animo in prælium deſcenderint, proculdubio & victoriam & ſalutem conſecuturos, quippe neminem vnquam ea mente, vel ſponte, vel impulſum neceſſitate pugnaſſe, quin victoriam ab hoſtibus reportarit. Id vero tum maxime facile factu fore, cum hæc ipſa hoſtibus contraria eueniunt, vti tunc Romanis acciderat. Etenim quando fugientibus plurimis manifeſta ſalutis ſpes in fuga conſtituta eſt, vt qui domum in promptu habeāt ad quam fugiant, manifeſtum eſt, tales, quando animis concidunt, nihil audere fortiter & conſtanter, *Polyb.l.3.*

Mercenariis militibus aliquando ignoſci poteſt, ſi ab illis deficiant à quibus ſtipendia acceperunt: illis vero qui pro ſeipſis & vxoribus ac liberis bella gerunt, haudquaquam ignoſci debet. Eſt enim perinde ac ſi quis à patre ſe in ratione pecuniaria per iniuriam circumuentum eſſe dicens, armata manu accedat, & illum occidat, à quo vitam accepit, *Polyb.hiſt.l.* 11.

Ex abundantia rerum milites ad voluptatem & luxuriam conuertuntur. *Plut.in Catone maiore.*

Nihil neque firmius, neque felicius, neque laudabilius eſt republica, in qua abundant milites eruditi. Non enim veſtium nitor, vel auri, argenti, gemmarumque copiæ, hoſtes aut ad reuerentiam noſtram, aut ad gratiam inclinant, ſed ſolo terrore ſubiguntur armorum. Deinde in aliis rebus (ſicut ait Cato) ſi quid erratum eſt, poteſt poſt modum corrigi: præliorum delicta emendationem non recipiunt, cum pœna ſtatim ſequatur error. Aut enim confeſtim pereunt, qui ignaue imperiteque pugnauerint: aut in fugam verſi, victoribus vltra pares eſſe non audent. *Veget.libr.1.cap.*13.

In vrbium oppugnationibus diſcretus labor fortes ignauosque milites diſtinguit, atque ipſa contentione decoris accenduntur. *Tacit.hiſt l.3.*

Militum, qui in præliis ſigna ordinesq; deſtituiſſent, quiue prorſus arma pro patria capere recuſaſſent, ignauiam cæteri legum conditores mortis ſupplicio coercendam cenſuere. Charondæ vero placuit, huiusmodi viros veſtibus muliebribus indutos, medio in foro ſiſti, terque eodem ſingulis diebus ante omnium ora ſuggeſto, eodemque ornatu conſiſtere. Qua quidem lege ſimul clementiæ & humanitati ſatisfactum videtur, quod à cæteris legibus crudelibus exactum eſt: ſimul quo huiusmodi animos hominum ab ea mollitie & fœminea timiditate liceret ſenſim reuocari in audaciam probri adiectione prudentiſſime excogitatum haud auferendo, ſed expiando patriæ, & conciliando res, vt decet prauas. Longe namque præſtat mortem oppetere, quam tantam ignominiæ calamitatem diutius in media patria experiri: tamque abiecto ludibrio ciuibus ſuis vulgoque vitam perpetuo obnoxiam trahere. Et hoc fieri conueniebat, vt eo morbo animi ſeu naturæ vitio, ſiue mollitie conſuetudine laborantes, in deteriorem mortis conditionem adducti, primum deſperatione quadam & doloris inſania efferatis animis pauorem abiicerent. poſt laboribus & periculis aſſueſcendo, exuerent inſitam prorſus ignauiam; ac iam impigra ad ſertum & certamen manu, prompti patriæ diſcriminibus occurrere, alienæ mox laudis æmuli, geſtis etiam gloriam quærere, acceptamque ignominiam virtutis atteſtatione diluere certarent. *Diodor. Sicul. Antiq. libro* 12.

Plerunque fit vt ex dolore contumeliæ vel ignaui milites ad virtutem accendantur. *P. Iouius,hiſt.l.4.*

Factum eſt magna cum æui noſtri militię labe, vt milites nullum inter amicos & hoſtes diſcrimen ponant: & ſi non minus populos prouinciasque vaſtant ii, qui vt eas defendant quam qui vt offendant, pecunias accipiunt. *Fr.Guicciard.hiſt.l.*17.

Spiritus militum & animi ardores dux ipſe excitat atque alit, quando honores & dona largiens oſtendit non ſe ſui luxus aut voluptatum cauſa bello diuitias parare: ſed eas opes tanquam communia virtutis præmia apud ſe recondi, ac tantum diuitem ipſum in hoc eſſe, vt militib. pro meritis præmia dare poſſit. deinde, quando omnibus vltro periculis ſe obiicit, & nulli labori ſuccumbit. *Plut. in Cæſare.*

Fit vt non de pugna, ſed de fuga cogitent, qui in acie nudi exponuntur ad vulnera. Sed grauis pediti lorica videtur, & galea fortaſſe, raro meditanti, raro arma tractanti. Cæterum quotidianus vſus non laborat, etiam ſi oneroſa geſtauerit. Aſt illi qui laborem in portandis veteribus munimentis armorum ferre non poſſunt, detectis corporibus & vulnera ſuſtinere coguntur & mortes. Et (quod eſt grauius ac turpius) aut capi, aut certe fuga Rempublicam prodere. Sic dum exercitium laboremque declinant, cum maximo dedecore trucidantur vt pecudes, *Veget.l.1.c.*20.

Inſtruendos omni arte pugnandi, ac protegendo
nere armorum conſtat eſſe tyrones Neceſſe eſt enim
criorem ſumat audaciam, qui munito capite vel pect
vulnus. *Eod.l.& cap.*

Iis parendum eſſe qui cum imperio ſunt, generatim
milites pertinet. Itidem fortiter aduerſus hoſtem ſe ge
conuenit, illi non: ſed cuiuis honeſtiſſimum eſt. *Xenoph. de*
*ri,l.2.*

Cogitate, *inquit Chryſantas*, quænam vrbs hoſtilis
poſſit, qui non ſunt dicto audientes? quæ vero amica vrbs
ri à non obedientibus poſſit: quinam exercitus hominum
rigerorum victoria potiatur: qui poſſint magis in prælio
vinci, quam vbi ceperint ſeorſum ſinguli de ſalute ſua
ſilium? quidnam aliud rei præclaræ perfici poſſit ab iis qui
ribus haud parent? quæ vrbes legitimæ adminiſtrantur
ſeruari queant? quo pacto naues eo peruenerint, quo
pſi ea bona quæ nunc poſſidemus, qua alia re magis
mus, quam magiſtratibus obediendo? Nam hac re fa
celeriter & noctu & interdiu quo erat neceſſe perueniremus
frequentes imperatorem ſequebamur, nemo noſtrum
ſuſtinere poterat: eorum denique nihil ex ſemiſſe perfe
quimus, quæ nobis erant imperata. Ergo ſi apparet ma
commodo ad comparandum bona, ei qui cum imperio
certo ſciendum vobis eſt, etiam id ipſum maximo vſui eſſe
ſeruandum ea, quæ conſeruari neceſſe ſit. Et antea qui
nobis imperabant, quum nullis nos imperaremus: nunc
um, quotquot adeſtis, ſic comparatæ ſunt, vt imperetis
lii, alii paucioribus. Quemadmodum ergo dignum
ſe, vos ſubditis veſtris imperare: ſic & ipſi pareamus eis,
pareamus, officii ratio poſtulat. Tantum autem intereſſe
& ſeruos oportet, quod illi quidem inuiti ſuas heris opera
nos vero, ſi quidem liberi eſſe volumus, ſponte noſtra
uenit, quod maxime pretium operæ videatur. Inuenietis
non ad vnius dominatum comparata ſit reſpublica, eam
hoſtibus ad ſubiectionem cogi, quæ magiſtratibus pa
*idem l.*8.

Ratio rerum & occaſionum velocitas non patitur, vt
mnes nuncii palam audiantur, omnia conſilia cunctis
tractentur. Tam neſcire quædam milites, quam ſcire opor
ducum auctoritas, ſic rigor diſciplinæ habet, vt multa per
nes tribunosq; tantum iuberi expediat. Si vbi iubeantur
ſingulis liceat, pereunte obſequio etiam imperium interc
*hiſt.l.*1.

Parendo potius, quam imperia ducum ſciſcitando, re
continentur. *idem,ibid.*

Rex conſolatus milites, eos hortatus eſt, ne vnius turris
factæ & admotæ iactura dimitterent animos: neque id
ſtium attribuerent, neque ignauiæ ſibi adſcriberent. Vir
lium addendum, in exercitu neminem prope militem eſſe
gnus eſſet qui duceret exercitum: ſed, vt ratio militaris
poſtulat: ſuæ quisque gentis ac ordinis ducibus magiſtr
audientes eſſe debere: milites proceribus, proceres ſum
bus parere. Duces, inquit, parentum pietatem animumque
concilium antequam res gerantur habeant, in commu
lant, rationes belli adminiſtrandi conferant, ne in rebu
trepident. *P.Æmil.l.6.*

Militare otium eſt fere tumultuoſum. *Amm.Marcel.l.*

Vilius conſtat erudire armis ſuos, quam alienos merce
cere. *Veget.l.1.c.*28.

Conſtat in omnibus locis & ignauos & ſtrenuos naſci
& gens gentem præcedit in bello, & plaga cœli ad robur
corporum, ſed etiam animorum plurimum valet. Omn
quæ vicinæ ſunt Soli, nimio calore ſiccatas, amplius qui
ſed minus ſanguinis habere dicunt: ac propterea conſtan
duciam cominus non habere pugnandi, quia metuunt
ſe exiguum ſanguinem habere nocuerunt. Contra Sept
populi remoti à Solis ardoribus, inconſultiores quidem,
largo ſanguine redundantes, ſunt ad bella promptiſſimi
igitur de temperatoribus legendi ſunt plagis, quibus &
guinis ſuppetat, & veneris mortisque contemptum,
eſſe prudentia, &c. *Veget.l.1.c.2.*

Sat calleo maxima in bellis momento bellantium
ſortiri, iſtorumque ad pugnandum animus propenſior
multa ex officio geri conſueuiſſe. *Procop. de bell.Goth.l.*

Pudor & præſentis ducis reuerentia haud ſunt diutur
apud auidos periculorum & decoris ſecuros. *Tacit hiſt.l.*

Degenerat labore ac virtute miles aſſuetudine volup
contemptu ducis luxu diffluentes. *Tacit.hiſt.l.2.*

Semper in otio debet fieri quod neceſſario faciendum
prælio. *Veget.l.2.c.*22.

Longis ſpatiis diſcretus exercitus habere, ſaluberrimum
continendam militarem fidem, nec enim vitiis nec viribus
tur, *Tacit.hiſt.l.1.*

Fluxa eſt per diſcordias militum fides, & periculum
*idem,l.2.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] pugnantium multitudo pro Democratis in bellicis certaminibus alacrior eſt, quam ſint hoſtiles tyrannorum ſubditi, tanquam milites, qui à monarchis ſtipendia accipiunt. Democratiæ Reipublicæ ſtipendiarios ſuperant & excellunt. Quemadmodum enim ſubditi alii pro libertate decertant, aliis ſeruitutis periculum imminet, ita ex ſtipendiariis, militibus alii pro certa correptione, vt manifeſtum damnum propulſent, contendunt. Democratia vero, vbi libertatis hoſtes ſuſtulit, libertatem ſuam ſtipendiariis militibus non communicat. Tyrannus vero quo maiora aggreditur, eo pluribus ſtipendiariis opus habet. Quoniam enim plurimis metum infert, plures etiam ſortitur inſidiatores. Monarcha enim ſecuritas omnino in peregrinorum militum beneuolentia & viribus conſiſtit. *Polyb. hiſt. lib.* 11.

[illegible] quoslibet commenta plurimum valent dummodo irati [illegible] plerumque temulenti, certe conſiliorum prope ſemper ex[illegible]. *Fl. Vopiſc. in Tacito.*

[illegible] libidini obtemperare non debent duces qui militiæ ad [illegible] laudis decus aſpirant, & à iuſta generoſi animi probitate [illegible] quærunt, latrocinantiumque militum immanitatem abo[illegible]. *P. Iouius hiſt. libro* 12.

[illegible] rem in bello præclare gerendam præcipue pertinere iudi[illegible] pugnandi voluntas adſit, moleſtia item & erga duces obe[illegible]. *Thucyd. l.* 5.

[illegible] debiti apud Ægyptios ex bonis debitoris ſolum fiebat: [illegible] non poterat addici creditori. Putabat enim legislator, oportere tantum ſubdita eſſe debitis: corpora, quorum opera bello [illegible] vterentur, ciuitatibus addicta eſſe. Non enim æquum videri [illegible] milites qui pro patriæ ſalute pericula ſubirent, pro vſuris in [illegible] duci, aut ob vnius auaritiam in periculum agi patriæ ſa[illegible]. *Diod. Sicul. Antiq. l.* 2. *c.* 3.

[illegible] datio rerum glorioſe geſtarum omni iucunditati viris for[illegible] gratior. *Am. Marcel. l.* 17.

De Militari dignitate. DIAL. XLVIII.

*Franciſci Petrarchæ.*

GAV.

[illegible] Militari cingulo exornatus ſum. R. Pauca tibi vitæ mala viſa e[illegible] militiam addidiſſes, qua vel inquietus ſemper vel inglo[illegible] vel periculo expoſitus, vel contemptui ſis oportet. G. Militiam [illegible] profeſſus. R. Hanc naſcendo profitemini, quid profeſſione alia [illegible]? Hic ferro corpus, hic animum dolis, hic argutiis linguam [illegible]. Nemo veſtrum eſt inermis, hic ſerit, hic ædificat, hic decla[illegible] cauſas orat, hic pedibus, ille equo ſeu carpento vehitur, hic [illegible] navigat, hic paret, ille imperat. Nemo veſtrum ocioſus. [illegible] hæc noua militia eſt? Hic in caſtris, hic in roſtris, hic in [illegible], hic in nemore, hic in agro, hic in pelago, hic in palatio, hic [illegible] peregre vitam agit, omnes militant: neque homines mo[illegible] militare in ſyluis catulum Flaccus ait. Et militantium quidem [illegible] genera. Militia vna eſt vita hominis ſuper terram, quam [illegible] diffiniuit, ille mihi demum vero & acri iudicio rem [illegible] modo militiæ prælium addidiſſet. G. Armatæ militiæ ſum [illegible]. R. Quid armatis exterius? Intus in anima bellum eſt. Illam [illegible] obſident, atque oppugnant. Quis hic ferro locus niſi illud ad [illegible] corporis non ad animæ tutelam induitur. Sunt enim qui [illegible] nihil pulchrius viro armato. Ecce quid pectus & quid caput [illegible] pulchrius habeat, quam pacificum, & inerme non video. [illegible] hæc voluptas tibi eſt, age, ferro membra conſtringito, [illegible] ſolemque galea excipies, ferro indutus clypeo operiere, hu[illegible] classico excitabere adeptus tibi magnum aliquid vide[illegible] ſuſperabas: anceps & cruentum officium elegiſti. Multæ ſunt [illegible] fraudes ſpei, multæ ſunt fateor catenæ, quæ animos boni il[illegible], quod omnia appetunt, inconſulte auidos in exitium trahunt, [illegible] quoſdam militia ad ampliſſimas opes, ſiue etiam ad [illegible] imperium perueniſſe. Crede autem mihi plures ad ino[illegible] ad carcerem, ad ſeruitutem, ad violentiam ſubitamque mor[illegible] tramite peruenerunt. Tu ex quo militiam profiteri ani[illegible] niſi de honeſtate artificium tuum vis, ſemper animam in [illegible] habeas oportet. Semperque aures tuas Cæſarea vox illa [illegible], Diſce ferire, Diſce mori: Syllaba vna breuis aut longior [illegible] variabit, vel occides. Ad vtrumlibet horis locisque omni[illegible] paratum exhibe. Hæ artes delitiæ tuæ erunt. Siue vero ſatyri[illegible] præmia militiæ numerabilia equidem præfatus, vix pau[illegible] colligit, in quibus prima & ſumma licentia eſt peccandi, [illegible] hercle non tam iuſtis viris optabile qnam armatis legi[illegible] inter arma ſilentibus. G. Militiæ filium aſcripſi. R. Et id [illegible] vitatum, vt militis filius miles ſit. Non poteſt enim niſi quã [illegible] hæreditatem filio pater dare arcum, ſcutum, gladium, & bel[illegible] quod lutum conficit auro tincta calcaria. Sed quod patri di[illegible] filius dictum ſciat. G. Belli dux victoriis clarus ſum. R. [illegible] melius pacis dux virtutibus clarus eſſes. G. Multa bella con[illegible]. Quietem tibi atque aliis abſtuliſti clarum opus. G. Victoriis [illegible] notus ſum. R. Sæpe malum bono notius & atra tempe-ſtas ſerenitate famoſior, denique paraſti buſto titulos, & vulgo fabulam, tibi nihil.

¶ APOPHTHEGMATA.

*Anonymus.* Quidam in acie, quum ſtrictum iam enſem in hoſtem eſſet infixurus, quoniam interim ſignum datum eſt receptui canens, non infixit. Roganti vero cuidam, cur hoſtem, quem in poteſtate habebat, non occidiſſet? Quoniam, inquit, melius eſt parere Imperatori, quam hoſtem occidere. Exemplum diſciplinæ militaris, à qua immane, quantum receſſerunt, qui ſub belli titulo mera exercent latrocinia. Olim non licebat ferire hoſtem, niſi tuba dediſſet ſignum: eadem ſimul atque cecinerat receptui, homicidii crimen erat intereміſſe. *Plut. in Lacon.*

*Clearchus* militum auribus, ſubinde ſolebat inculcare: Militi magis eſſe metuendum Imperatorem, quam hoſtem, quæ vox mortem minabatur militi, qui parum grauiter ſe geſſiſſet in prælio. Honeſtius autem eſt cum laude vitam impendere patriæ, quam cum dedecore pœnæ. Hoc dictum non quiuis milites laturi ſint, ſed hi facile ferebant, quibus matres domi ſolebant edicere, vt aut victores cum armis redirent aut mortui in armis referrentur. *Val. Max. l.* 2. *c.* 8. *& Front. lib.* 4. *c.* 1.

*Epaminondas.* Quum ſtuderet Epaminondas Bœotios, otio diſſolutiores, continentea in armis habere, ſimul vt Bœoti de belli duce creando cogitarent, his verbis illos adhortabatur. Poſt hac conſultate viri, nam ſi ego militiæ præfectum agam, vobis militandum eſt, adimens illis ſpem otii ſub tali imperatore. *Plutarch. in Græc. apoph.*

*Idem* ſcutatum militem, cenſerat à captiuo quodam magnam pecuniarum vim accepiſſe. Huic Epaminondas: Mihi, inquit, redde clypeum: tibi vero cauponam emito, in qua vitam degas. Poſthac enim noles eodem modo ſubire periculum, quippe iam vnus è numero diuitum ac beatorum, recte iudicauit, timidum (vt eſt in prouerbio) eſſe Plutum magis enim metuit mortem, qui dum habet vnde poſſit ſuauiter viuere. *Plutarchus in Græc. apophthegmata.*

*Lamachus* caſtigauit quendam è ducibus, qui deliquerat, & quum ille dixiſſet, In poſterum non committam: Non licet, inquit, in bello his peccare. Error enim in bello mors eſt. *Plut. in apoph. Stob. ſer.* 52. *Ant. in Meliſſ. par.* 1 *ſer.* 67.

*Braſidas* in milite tria requirebat, Velle, Vereri, ducibus Obedire. *Thucyd. l.* 5.

*Pyrrhus* ei cui delectum militum comiſerat, dixiſſe fertur. Tu grandes elige, ego eos fores reddam, ſignificans inſtitutione fieri bonum militem. Fertur autem Pyrrhus diſciplinæ militatis optimus fuiſſe magiſter. *Plutarch. in apoph. Front. lib.* 4. *cap.* 1. *ſtratagematum.*

*Hannibal.* Quum Romanorum legati conditiones pacis retuliſſent apud Carthaginenſes, & Giſgo quidam auſus eſſet ſuadere bellum cum Romanis redintegrandum: Hannibal indigna ferens, hominem imbellem de rebus arduis loqui, adhuc dicentem è ſuggeſto deturbauit. Hoc factum tam violentum in libera ciuitate demirante, & indignante multitudine: Hannibale conſcenſo ſuggeſtu dixit, neminem mirari debere: ſi qui à primis ſtatim annis Carthaginem reliquiſſet, interim ætatem omnem in bellis & armis transegiſſet, minus noſſet vbanas conſuetudines, hoc præfatus, pacem ſuadere cœpit & perſuaſit. *Plut. in Hannibale.*

*Scip. Maior* percontanti cuidam in Sicilia, quare fretus claſſem educere pararet in Africam: Oſtendit viros armatos trecentos, ſeſe exercentes, præterea turrim excelſam mari inminentem, & ait: Nullus horum eſt, qui non conſcenſa turri ſemet in mare præcipitaturus ſit, ſi iuſſero, Sentiens, non perinde referre quam enumeroſam educas multitudinem, modo fortis dux educat exercitatos, & dicto audientes, *Plut. in Rom. apoph.*

*Scipio Minor.* poſtquam venit in caſtra, multamque illic licentiam, laſciuiam, ſuperſtitionem ac luxum offendiſſet: diuinos ac ſacrificos cum leonibus protinus eiecit: quin & vaſa omnia iuſſit amoliri, excepta olla, veru & poculo fictili. Ex argenteis, poculum librarum non amplius duarum permiſit ſi quis habere vellet: balneis vti vetuit. Qui vngerentur, iuſſit vt ipſi ſeſe fricarent, iumentis enim quæ manibus carent opus eſſe alio à quo fricentur. Edixit vt milites ſtantes pranderent obſonium non igni coctum: cœnarent autem diſcumbentes, panem, aut pultem ſolam, & carnes aſſas, ſiue elixas. Ipſe vero ſago circumtectus, obambulabat per exercitum, dicens, Se lugere exercitus dedecora. *Plut. in apoph.*

*Quum Paulus Æmilius* in exercitu multam confidentiam ac loquacitatem comperiſſet militum, officia ducum ſibi vendicantium, resque non neceſſarias curantium: iuſſit illos quieſcere, nec aliud quicquàm agere, quam vt enſes ſuos acuerent, cætera ſibi fore curæ. Nocturnas autem excubias iuſſit illos ſine lanceis, ſed cum gladiis agere, quo nimirum adempta ſpe depellendi hoſtem tanto acrius pugnarent cum ſomno. *Plut. in apoph.*

*Idem* militi dicebat hæc tria eſſe curanda: Corpus, vt quam validiſſimum & pernitioſſimum haberet arma apta: Animum ad ſubita



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

imperia paratum: cætera diis immortalibus & imperatori curæ eſſe. *Liuius, l.4.*

*Alexand. Seuerus* cum Antiochiam veniſſet, ac milites qui lauacris ac muliebribus delitiis vacauerant, in vincula duci iuſſiſſet, orta ſeditione ab ea legione, cuius ſocii erant in vinculis, tribunal aſcendit: ac vinctis omnibus ad tribunal adductis, circumſtantibus militibus, & quidem armatis, grauiter illos admonuit, vt meminiſſent Romanæ diſciplinæ. Quum loquentem milites tumultu interpellarent, nihil conterritus, iuſſit vt tales voces ederent aduerſus hoſtes, nõ aduerſus Imperatorem: minatus exautorationem, niſi quieſcerent. Ad hæc quum vehementius etiam fremerent ac ferro quoque minarentur: Deponite, inquit, dextras, contra hoſtem erigendas, ſi fortes eſtis, me iſta non terrent. Quum non deſinerent fremere, exclamauit: Quirites diſcedite, atque arma deponite. Mox omnes non armis tantum, ſed & ſagulis militaribus depoſitis receſſerunt, non in caſtra, ſed in varia diuerſoria. Poſt tamen eius legionis militibus fideliſſimis vſus eſt. *Ælius Lampridius.*

*Idem.* Diſciplina maiorum, inquit, rempublic. tenet, quæ ſi dilabatur, & nomen Romanum & imperium amittemus. *Lamprid.*

*Auid. Caſſius* ſolebat dicere, Miſeram eſſe cum exerceantur athletæ, venatores, & gladiatores, non exerceri milites, quibus minor eſſet futurus labor, ſi conſuetus eſſet. *Vulcat.*

*Theodoricus rex.* Erat eius inſigne dictum in formula ducatus Rhetiarum libro ſeptimo. Variarum Caſſiodori, de militum diſciplina, Milites, inquit, tibi commiſſi viuant cum prouincialibus iure ciuili, nec inſoleſcat animus qui ſe ſentit armatum: quia clypeus ille exercitus noſtri quietem debet præſtare Romanis.

*Scip. Africanus* cenſor trib. mouebat centurionem, qui in Pauli pugna non adfuerat, ille quum diceret, ſe cuſtodiæ cauſa in caſtris remanſiſſe, rogaretque cur ab eo notaretur: Non amo, inquit Africanus, nimium diligentes. Diſſimulauit centurionis ignauiam, & accuſauit nimium diligentem cuſtodiam. *Eraſmus libro ſexto apoph.*

*Serg. Galba* in grauiſſimis bellis ſeueriſſima diſciplina habuit milites ſuos: adeo vt ſimulatque veniſſet in caſtra, protinus vulgaretur ille Trochaicus: *Diſce miles militare, Galba eſt, non Getulicus. Eraſ. l. 6. apoph.*

*Alexander Seuerus.* In expeditionibus, ſi quis de via in alicuius poſſeſſionem deflexiſſet: pro qualitate loci funibus, aut virgis cædebatur, aut alioqui condemnabatur. Si dignitas perſonæ tales pœnas non recipiebat, grauiſſimis contumeliis afficiebatur, quum diceret: Velleſne hoc in agro tuo fieri, quod facis in alieno? Clamabat: ſæpius, quod à Chriſtianis audierat, idque per præconem, quies aliquem emendabat, dici iubebat: *Quid tibi fieri nolis, alteri ne feceris.* Quid nunc dicemus de militibus Chriſtianis! qui ſiue quo eant, ſiue redeant, furantur, rapiunt, conſtuprant pulſant, abigunt pecora, pertuſis vaſis ſinunt effluere vinum? Quid multis? Crudelius tractant ſuos quam hoſtes. Et hoc hodie, ſi ſuperis placet, appellatur ius militare, & ad hæc conniuent principes. *Eraſm. ex Ælio Lampridio.*

*Quibus* hæc addemus etiam ex probatis hiſtoricis, Liuio, Tacito, Curtio, & aliis collecta, & ad noſtri ſeculi militiam, diſciplina exutam accommoda. Emunt duces militem, non legunt. Pecuniola proponitur, tympanum ſtrepit: & ecce coeunt aliquot ignoti inter ſe, ignorantesque purgamenta vrbium ſuarum, quibus ob egeſtatem & maxima flagitia peccandi neceſſitudo eſt, aſſueti latrociniis, bellorum inſolentes, quorum lingua vana, manus rapaciſſimæ, gula immenſa, pedes fugaces, quæ honeſte nominari non poſſunt inhoneſtiſſima, nullam diſciplinæ formam nec extrema quidem eius lineamenta ſeruantes, laſciuientes certatim, inter quos omnia indiſpoſita, temulenta, peruigiliis Veneris ac Bacchanalibus quam diſciplinæ & caſtris propria. Hi nec in procinctu & caſtris habentur, ſed per municipia deſides hoſpitibus tantum metuendi, effundunt ſe in luxum, epulas & nocturnos cœtus: ibi circumferri merum largius iubent, debellaturi ſuper menſa Alexandrum: ſuas vires extollere docti, hoſtium paucitatem contemnere: cæterum galeati lepores, & quibus vt ad populando, finitimorum agros, tectaque vrenda, & capienda pecora aliqua vis ſit, ita in acie & ſignis collatis nulla vis eſt, nec in victoria eis decus, nec in fuga flagitium. Vt omnia paucis: Exercitus lingua quam manu promptior, prædator è ſociis, & ipſe hoſtium præda.

*Aurelianus* cum à vicario ſuo literas accepiſſet, quibus efflagitabat vt reſcriberet, quomodo res gerenda eſſet, ſtatim reſcripſit hunc in modum: Si vis tribunus eſſe: imo ſi vis viuere, manus militum contine, nemo pullum alienum rapiat, ouem nemo contingat vuam nullus auferat. *Vopiſcus in Aurelio.*

*Iphicrates* cenſebat militem & diuitiarum & voluptatum auidum eſſe oportere: Dicens, illum audacius pericula ſubiturum quo ſuis cupiditatibus ſuppeditaret. *Plut.*

*Phocion* quum Laoſthenis milites concinne ornatos aſpexiſſet, rogatus, qualis ſibi ille exercitus videretur? Belle mehercule, inquit, ad ſtadium decurrendum inſtructus. *Plu...chus.*

*Epaminondas* dicere ſolebat, militum quibus arma ger... corpus exercitatum eſſe oportere, non ſolum athletice, ... iam militariter. Nam athletæ tantum hoc agunt, vt corpore ... buſto: at militem oportet corpus habere expeditum & agile ... & vehementer obeſis infenſus erat, adeo vt huiuſmodi qu... expulerit ab exercitu, dicens: Quod vix clypei tres quatuor... rent ipſius ventrem, per quem nunquam vidiſſet ſua pudend... *in apoph.*

*Archidamus*, videns filium ſuum nimis temere contra A... ſes pugnantem, aut vires tibi ſunt augendæ, dixit, aut minuen... dacia. *Plut.*

*Phocion.* quum Macedones irrupiſſent in Atticam, ac ma... illius depopularentur, Phocion eduxit iuuenes ætate florentes... rum multis ad ipſum concurrentibus, hortantibusque vt co... dam occupato ibi collocaret exercitum: O Hercules, inqu... multos duces, milites vero perpaucos: Notans iuuenilem te... tem, quæ duci præire conaretur, quum militis ſit, non duc... lium, ſed vbi res poſtulat, bonam nauare operam. A ttamen co... ſo prælio vicit, & Nicionem Macedonum ducem ſuperauit. ... multo poſt tempore bello deuicti Athenienſes ab Antipatr... pere præſidium. *Plut. in Græc. apoph.*

*Aratus*, laudante quopiam virum deſperatum & audacem ... circo & in bellis eximium: differre dixit magnifacere virtut... vitam nihil facere, *Stob. ſer. 51.*

*Ateas* hunc in modum ſcripſit Philippo: Tu quidem i... Macedonibus bellandi peritis, at ego Scythis, qui cum fame ... ſiti pugnare valeant. Significans hac parte Scythas ad bellu... magis idoneos, *Plut. in apoph.*

*Antiochus* oſtendebat in campo copias, quas bellum contr... manos ſuſcepturus comparauerat, nempe exercitum inſignib... genteis, aureisque florentem, inducebatque etiam curruſc... cibus, & elephantos cum turribus, equitatumque frenis, ep... phaleriſque præfulgentem. Atque ibi rex tanto tamque orn... ercitu gloriabundus, Hannibalem aſpicit, & Putaſne ſatis, in... ſe Romanis hæc omnia? Tum Pœnus ignauiam vanumque ... tum militum irridens: Plane, inquit, ſatis eſſe credo hæc R... etſi auariſſimi ſunt, *Bruſ. l. 2. c. 22.*

*Peſcennius* interrogatus, cur omnia vaſa argentea à caſtr... uiſſet? Quia, inquit, potuiſſet fieri vt ſarcinæ militares in p... tem hoſtium venirent fierentque barbari argento noſtro glo... res. *Bruſ. l. 2. c. 32.*

*M. Cato.* videns quendam vehementer obeſum mirab... vſui tale corpus eſſe poſſet Reipub. cuius inter guttur & ing... mnia venter occuparat. *Eraſ. l. 5. apoph.*

*Anonymus.* Multis Othonem imperatorem rogant... depoſito imperio exercitum ac Rempublicam deſereret ... dam è gregariis militibus ſublato enſe dixit, Scito Cæſar, ... te omnes animatos eſſe: moxque ſeipſum iugulauit. ...*nius.*

*Alexand. Seuerus.* Miles inquiebat, non timet, niſi ve... armatus, calceatus, ſatur, & habens aliquid in zonula, ... *prid.*

*Timotheus.* Audace quodam milite vulnus Athenienſibus ... tante, Et me, inquit Timotheus, puduit, quod cum ego in Sa... veſter eſſem, catapultæ telum prope me ceciderat, Sign... hoc vulnus illi non factum in prælio cominus pugnanti, ſe... cul. At bono duci adeo cauendum, vt ne prope quidem ... vllum poſſit accidere. Vulnus gladio factum, fortitudinem ... telo factum catapultæ, indulgentiæ ſignum eſt. *Plutarch... pophthegm.*

*Cyrus minor.* Aiunt ipſum dicere ſolitum quod oporteat ... tem magis metuere ducem quam hoſtes, ſi talis ſit futurus ... dia ſeruet, amicis abſtineat, & hoſtes citra tergiuerſationem ... diatur. *Xen. l. 2. expedit Cyri.*

*Phocion*, cum militem è ſuis relicto ordine in hoſtes prod... ſpexiſſet, eundemque conſpecto Macedone pedem retrahere ... inquit, hominum ignauiſſime, num bis iam deſerti ordinis ... Nam & quem Imperator tibi decreuerat, & quem tute tibi ... delegeras, reliquiſti. *Plut.*

*Xerxes.* Cum Xerxi nuntiatum eſſet, quam fortiter, qua... iam feliciter Artemiſia rem geſſiſſet in pugna nauali, dixiſſe ... Sibi fœminas fuiſſe viros, contra viros fuiſſe fœminas, quod ... dextre ſe geſſiſſent, *Herod. l. 8.*

*Myronides* creatus dux exercitus aduerſus Bœotos edixit ... thenienſes exirent. Cum autem adeſſet congrediendi tempus ... eſque monerent, nondum omnes adeſſe: Adſunt, inquit, q... gnaturi ſunt. Hos itaque cum videret promptos, hoſtem ag... vicit. Sic interpretans, eos qui ob ignauiam non ſtuduiſſent ... ſtiue adeſſe, ne in pugna quidem bonam operam nauaturos. ... *in Lacon.*

*Marcellus.* Quum ob turbatos in Marcelli copiis victor ... nibal extitiſſet, reuerſus in caſtra Marcellus, conuocato ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...ſequidem multa Romanorum arma & corpora, Romanum ...ēre neminem. *Plut.*

...ibal Giſconi nuntianti, ſibi admirabilem videri Romano... ...ctorum ad pugnam numerum? Imo aliud, inquit, mira... ...fugit. Quidnam hoc eſſet. ſciſcitanti Giſconi: Quod ex tam ...ſa, inquit, hominum multitudine nullus appellatur Giſco. ...ocus multum timoris detraxit, multumque alacritatis ad... ...itibus. *idem.*

...*Maximus.* Salinator, quum ob eius ignauiam & iucuriam ...a Romanis defeciſſet, arcem tamen retinuit: quum vero ...poſt annos Fabius Maximus oppidum pulſo Hannibale re... ...garetque eum Salinator, vt meminiſſet, opera ſua ſe Ta... ...recepiſſe: Quidni? inquit Fabius. Nunquam enim ego rece... ...ſi tu amiſiſſes. Notauit tacite Liuii ignauiam. *Plut.*

...*Craſſus* militem videns ſine gladio currentem: Heus, inquit, ...io, pugno bene vteris, feſtiuiter taxans inermem; cui pro ...pugno ſit vtendum. *Eraſ. l. 6. apoph.*

### ¶ Similitvdines.

*...Nicas.* Quicunque, milites quidem deliciis effœminat, ...exercens, neque laborare iubens, aliorumque nominum obli... ...ſimilis eſt gubernatori, qui nautas quidem corrumpit re... ...& ſomno totos dies, vectorum autem & nauis pereuntis ...habet curam. *De regno Orat. 1.*

*...Philip.* Quemadmodum ſubditi alii pro libertate decertant, a... ...tis periculum imminet: Ita ex ſtipendiariis militibus alii ...correctione, alii manifeſtum damnum propulſent, con... ...*Lib. 1. Hiſt.*

*Vide, Bellum.*

# Minæ.

### ¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

Minæ, ἀπειλὴ, ſunt comminationes, & metus incuſſi per verba ...ſigna. Plautus in Trucul. Melius te munere certare mecū; ...minaciis. Et in Rud. minacias ego iſtas flocci non facio tuas ...*Minaces.*

### ¶ Apophthegmata.

...dicere ſolebat, nulli minandum eſſe non ſolum quod mu... ...videatur eſſe potius quam virorum, verumetiam quod mi... ...cui velis nocere, eſt inimicum admonere vt ſibi caueat, ti... ...ipſi lædendi facultatem adimere. Amicis autem mina, parum ...humanum, recte tamen minamur, quoties aliquem hoc reme... ...correctum eſſe cupimus, & hac pœna decreuimus eſſe contenti. ...*lib. 4.*

*...genes.* Dicente ei quodam valde iactanter, vno ego ictu caput ...ffringam; At ego, inquit à ſiniſtris aſtans te tremere faciam. ...

*...ides Alcamenis F.* cum audiret quendam in hoſtes minas ...ntem: Non intelligis, inquit te maximam vindictæ partem ...conſumere? Qui enim ſtatuit inimicum vlciſci, minis nil a... ...t, niſi vt præmonito inimico, ſibi minuat lædendi oportu... ...*Plut. in Lacon.*

*...yllidas.* Orator miſſus ad Pyrrhum Epiratorum regem, qui ...exercitum in regionem Spartanorum induxerat, vt cognoſce... ...quid ſibi vellet: cum Pyrrhus diceret, vt regem ſuum Cleony... ...perent, hunc in modum reſpondit. Si Deus eſt Cleony... ...timemus ipſum, nihil enim ſceleris in eum commiſimus, ...homo eſt, profecto nihilo nobis præſtantior & bellicoſior. Quo ...irriſit ſuperbas regis minas. Qui enim ſuperbe minan... ...videant ne id quod aliis minantur in ipſos recidat. *Plut. in Lacon.*

*...Epictetus.* Si quem, inquit, cum minis & impetu volueris aggre... ...memento præmeditati humanum eſſe tibi manſuetumque inge... ...& quod pœnitudo damnumq́; te ſequutura ſint, ſi quicquam ...commiſeris. *Stob. ſer. 20.*

*...Philippus*, Multa quæſtus apud Romanorum legatos de mori... ...& calumniis Theſſalorum, tandem elatus ita, hanc vocem ad... ...Nondum omnium dierum ſolem occidiſſe. Hic ſermo non ...ſolum modo, verum etiam Romanis ſuſpectus, vtriuſque gentis ...excitauit. *Tit. Liu. 4. Decad. l. 9.*

### ¶ Similitvdines.

*...Minæ.* Sicut aliquando tonat ſine fulgetris, idque tonitru terro... ...rem habet: periculo vacat: Ita quorundam minæ terrent, non no... ...*Eraſ.*

*...Socrates.* Vt tonitrua pueros imprimis, ita minas ſtultos territare ...*Stob. ſer. 4. de Imprud.*

### ¶ Adagia.

Et meum telum cuſpidem habet acuminatam. καὶ ἐμὸν βέλος ὀξὺ ...

*Recte vtemur quoties fatebimur nos inferiores quidem eſſe, ve... ...deeſſe quo queamus nocere.* Ouid.

*Et mihi ſunt vires, & mea tela noceant.* Andere Leut haben auch Hände. Der Bauch iſt andern ſo weich/als mir.

Si tibi machæra eſt, & nobis vrbina eſt domi.

*Plaut. in Bacchidib. Quoties malum malo opponitur.*

Æacidinæ minæ.

*Non ſine prouerbij ſpecie dictum eſt, pro atrocibus ac ſuperbiſſimis minis.*

Ψευδόπυρα οἷον τὰ σά.

*De minis ac terriculamentis inanibus: aut quum oſtenditur arte periculum, quum re nullum ſit periculum.*

Complurium thriorum ego ſtrepitum audiui, πολλῶν ἐγὼ θρίων ψόφους ἀκήκοα.

*Senarius eſt prouerbialis, quo minas & inanem clamorem nos contemnere ſignificamus.*

Ollam alere. χύτραν τρέφειν.

*Dicebantur, qui motum oſtenderent quo deterrent quempiam. Suid.*

Ferrum & Flamma.

*Quum exitiabile bellum ſignificamus, ferro flammaq́; rem geri dicimus. Cicero.*

Igni, ferroque minari.

*Qui extremum denuntiant inimicitiam, igni ferroq́; minari dicuntur: venuſtius erit quoties ad animi res transfertur. Idem.*

Tolle calcar. αἶρε πλῆκτρον ἀμυντήριον.

*In eum dici ſolitum, qui iam vltionem parat.*

Qui paratus ad reſiſtendum.

*Qui ſignificare volet, ſe nequaquam detrectare certamen, ſed abunde ſuppetere quo partes tueatur ſuas, vſurpabit illud ex Iliad. ν.*

Τοῦμοι δ' ἐγχεά τ' εἰσι καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι,
Καὶ κόρυθες, καὶ θώρηκες λαμπρὸν γανόωντες.
*Et mihi ſunt haſtæ teretes, clypeiq́; rotundi,*
*Tum galeæ, tum thoraces procul igne micantes.*

Ne mihi vacuam abſtergas, μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς.

*Subaudiendum autem γνάθον, χεῖρα, aut ſimile quiddam. Apparet eſſe comminantis alapam.*

*Vide, Iniuria, Vis.*

# Miniſtri, Miniſterium.

### ¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

MInister, qui inſeruit, ſeruus, qui miniſtrat Eccleſię politiæ, familiæ, cuidam δοῦλος, διάκονος, ὑπηρέτης. Hebræi Sacris inſeruientem, Eccleſiæ miniſtrum, *Cohen* appellant à verbo *Kihen*, functus eſt ſacerdotio, adminiſtrauit in Sacris miniſtrauit. 2. Quidem miniſtrum appellant *Meſchareth*, à verbo *Schereth*, id eſt, miniſtrauit in templo, & cultu diuino. Magiſtratuum aliorumq́ue miniſtrorum publicæ ſocietatis, vt eſt ſeruorum in familiis, priuatis nomina vocibus exprimantur *Scharath* dicitur miniſterium ſacrum, quod eſt ceu militia. Hinc στρατεία, θρησκεία, militia, ſeruitus, cultus.

### ¶ Loci Biblici.

Miniſtri Eccleſiæ quales in mundo habentur, *Act. 26. v. 24.* Patrifamilias comparantur, *Matth. 13. 52.* Filios Dei gignere dicuntur, quatenus Dei ſunt inſtrumenta, *1. Cor. 4. 15. Gal. 4. 19. Philem. ver. 10.* Miniſter
Miniſter noſter Chriſtus, *Matth. 20. 28. Marc. 10. 45. Heb. 8. 2.* Miniſter
ſit, qui primatum quærit, *Matth. 20. 26.* miniſtri Dei ſunt, Paulus,
Apollo, & huiuſmodi prædicatores, *1. Cor. 2. 1. & c. 4. 1.* miniſtri Dei
quales, *Leuit. 21. 17.* miniſtri verbi à Deo petendi, *Matth. 9. 38.* diligendi ſunt, *Theſſ. 5. v. 12, 13.*

Miniſtrorum elogia: In veteri teſtamento appellati ſunt Prophetæ, *Gen. 20. 7. Deut. 24. 10. & paſſim alibi.* Dij, *Exod. 4. 16. & 7. 1.* Videntes, *1. Sam. 9. 9.* Viri Dei, *1. Reg. 9. 6. & 13. 1. 2. Petr. 1. 20.* Speculatores, *Eſa. 56. 10. Ezech. 3. 17. & 23. 7.* In nouo Teſtamento: Angeli, *Apocal. 5. 1.* Diſpenſatores myſteriorum Dei, *1. Corinth. 4. 1. Tic. 1.* Doctores, *Epheſ. 4. 11.* Epiſcopi, *1. Timoth. 3. 1. Tit. 1. 7.* Euangeliſtæ, *Epheſ. 4. 11.* Fermentum, *Matth. 13. 33. Luc. 13. 12.* Lux mundi, *Matth. 5. 14.* Miniſtri Dei, *Tit. 1. 1.* Paſtores, *Epheſ. 4. 11.* Paſtores animarum, *Hebr. 13. 17.* Plantatores, *1. Corinth. 3. 6.* Rigatores, *ibidem.* Sal terræ, *Matth. 5. 13.* Serui Dei, *Tit. 1. 1.* Dei συνεργοί, id eſt, cooperarii Dei, *1. Cor. 3. v. 5. 9.* Chriſti, *Rom. 1. 1.* & Chriſti, *1. Cor. 1. 1. Epheſ. 1. 1. & 4. 11. 2. Cor. 1. 1. Col. 1. 1.* Miniſtri, quo loco habendi, *1. Cor. 4. 3. 1. Theſſal. 3. 12. 1. Tim. 5. 17. Philip.* *Heb. 13. v. 17.*

Miniſtrorum officium, ſeu munus, & vera ædificandi ratio, *1. Cor. 3. v. 6. 10.* Miniſtrorum ſermo qualis eſſe debeat, *1. 17. & 2. 13. 2. Pet. 4. 11. 2. Petr. 1. 16. Epheſ. 4. 29. 2. Tim. 2. v. 15. 25. & 1. 13. Col. 4. 6. Tit. 1. 9.* Duces ſunt & Paſtores animarum, *Heb. 13. 17.* ideoque illis parendum *v. 17.* Licet eis ex Euangelio viuere, *Deut. 24. v. 14. 15. & 25. 4. Matth. 10. 10. Luc. 10. 7. Rom. 15. 27. 1. Cor. 9. 7. Gal. 6. 6. Tim. 5. 17.* ex quibus locis patet miniſtris Verbi deberi victum: Præſtiterunt eum Paulo Philippenſes, *Phil. 4. v. 14. 15.* Miniſtri chari habendi, & honore obſequio præueniendi, *1. Theſſal. 5. 12. 1. Tim. 5. 17. Hebr. 3. 17.* quales eligendi, *1. Tim. 3. 12. Tit. 1. v. 5. 6. 7. 8.* abſolutum Miniſtrorum exemplar pro

plar proponitur, 1, *Tim.* 3, *v.* 1. 2. *Tit.* 1. *v.* 5. 6. 7. 8. officium & prudentia, in increpandis diuerſæ ætatis & ſexus hominibus, 1. *Tim.* 5. *Ver.* 1. 2. 3. probandi ſunt prius quam miniſtrent, 1. *Tim.* 3. 10.

Miniſtrorum etiam malorum opera dignatur vti Dei bonitas, *Matth.* 7. 22. *Marc.* 9. 38. *Luc.* 9, 49. quos & audiri iubet, *Matth.* 23. 3. Miniſtri Verbi dicuntur in Scriptura alios ſaluare, *Abdiæ* 1 21. ſeruare, 1. *Tim.* 4. 16. qui ſunt miniſtri ſalutis per Euangelii doctrinam. Sic dicentur peccata remittere, *Ioan.* 21. 23. quod alioqui ſolius Dei eſt, *Marc.* 2. 7. Miniſter circumciſionis quo ſenſu dicatur Chriſtus, *Rom.* 15. 8. quum eam ſuo aduentu abrogarit. Contra Miniſtros Dei murmurans, murmurat contra Deum, *Exod.* 16. 7. miniſterium reconciliationis accepit Paulus Euangelium nuncians, 2 *Cor.* 5. 18. miniſterium Verbi, prædicatio Euangelii, *Actor.* 20. V. 24. miniſteria vana Chriſtianis data, *Epheſ.* 4. 7. &c. miniſtrationes Spiritus diuerſæ, 1. *Cor.* 12. 5.

Miniſterium verbi commendatur. *Eſa.* 40. 8. & 44. 26. & 25. 7. *Rom.* 10, 15, *Ezech.* 3, V. 7, 17, & 33, 7, *Zach.* 1, *v.* 4, 5, *Malach.* 2, 7, *Pſ.* 119, 89, *Matth.* 5, *v.* 13, 14, & 10, 40, & 24, 35, *Marc.* 13. V. 31, *Luc.* 10, *v.* 16. & 16, 29, 31, & 21, 33, *Ioan.* 17, *v.* 8. 20. *Act.* 24, 26, 28, *v.* 28, 31, *Rom.* 1, 16, & 10. 1. *Cor.* 1. 18. & 2. *v* 4. 13. & 3. 5. & 9, 1, & 14, *v.* 1, 5, 2, *Cor.* 3, 9 & 4, 6, & 5. 20, & 13, 3, *Gal.* 4, V. 14, 19, *Epheſ.* 4, 12, 1, *Theſſ.* 5. 20, 1, *Tim.* 4, 16, *Tit.* 1. 3. *Heb.* 4. *v.* 12, & 8. *v.* 10. 11, & 13, 22, *Iac.* 1, *v.* 18, 21, 22, 1, *Pet.* 1, 23, & 4, 11.

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

*Miniſterium Dei Honorificum.*

In omni virtute dilige eum, qui fecit te, & miniſtros eius non derelinquas, *Eccl.* 7.

Millia millium miniſtrabant ei, *Dan.* 7.

Tunc reliquit eum diabolus, & angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. *Matth.* 4.

Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit honorificabit eum Pater meus. *Ioan.* 12.

Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei, 1. *Cor.* 4.

Sed in omnibus exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros. 2. *Cor.* 6.

*Miniſterium humanum ordinatum.*

Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat. *Pſal.* 100.

Acceptus eſt regi miniſter intelligens, iracundiam illius inutilis ſuſtinebit. *Prou.* 14.

Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum ſuorū habeo amicum regem, 22.

Secundum iudicium populi, ſic & miniſtri eius. *Eccl.*

## ¶ Exempla Biblica.

Miniſterii opera in veteri & nouo teſtamento. *Primo*, Docere verbum Dei, & adminiſtrare Sacramenta. *Exempla:* Leuitæ & Sacerdotes, 2. *Paral.* 17. 9 *Ezech.* 44. 23. Petrus & Apoſtoli concionantur pœnitentiam & remiſſionem peccatorum, *Act.* 2 38. baptizant credentes, V. 14. perſeuerant in fractione panis, *v.* 46. Paulus ſummam ſui officii recitat, *Act.* 20. V. 10. 21. & 26. *v.* 19. 20. *Secundo*, Refutare impia Pſeudoprophetarum & falſorum Doctorum dogmata, *Exempla*: Elias, 1. *Reg.* 18. *v* 21. 22. Ieremias iuſſu Dei refutat Pſeudoprophetarum vaticinia, qui aſſerebant Deum non puniturum gladio & fame Ieroſolymam, *Ier.* 14. *v.* 1. 2. &c. Hananiam grauiter refutat, 28. V. 15, 16. Ezechiel ſimiliter refutat Pſeudoprophetas, & Pſeudoprophetiſſas, *Ezech.* 13. *v.* 3. 18. Stephanos Scholaſticos Libertinorum, Cyrenenſium, Cilicum, &c. refutat. *Act.* 6. 9. &c. Paulus confundit Iudæos & refutat Græcos, & demonſtrat Chriſtum eſſe Filium Dei, 9. 21 Idem cum Barnaba & aliis Antiochiæ refutat Pſeudoapoſtolos 15. 2 quod ipſum in Epiſtolis etiam ſuis ſtrenue & ſerio agit. Apollos vehementer reuincebat Iudæos, oſtendens per Scripturas, quod Ieſus eſſet Chriſtus, *Act.* 18. 28. Petrus refutat Pſeudodoctores, 2. *Pet.* 2. *v.* 1. 12 &c. & 3. 3. &c. 4. V. 2. 3. Ioannes refutat Antichriſti doctrinā, 2. *Ioan.* *v.* 7. *Tertio*, Hortari ad conuerſionem & pœnitentiam, *Exempla:* Prophetæ, *Ier.* 35. 15. Oſeas, *Oſea* 5. 1. & 6. 1. & 14. 2. Baruch, 1. *v.* 13. 14. 15. Ioel, *Ioel*, 2. 12. Ioannes Baptiſta, *Matth.* 3. *v.* 1. 7.

*Vide Clericus, Sacerdos, Epiſcopus.*

---

# Miraculum.

## ¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

Miraculum, Græce θαῦμα, ατος, τὸ, & θαυμαςὸς, ȣ, ὁ, mirabilis. Græca vox θαῦμα fluit à verbo Hebræo *Tama*, miratus eſt cum ſtupore, admiratus eſt, demiratus eſt, obſtupuit. Inde etiam *Timmehon*, *Zach.* 12. 4. Admiratio, ſtupor. admiracula enim adſtantes ſtupent, & nihil aliud poſſunt quam res mirari quarum cauſas ignorant.

Eſt autem miraculum res quæ vnde manauerit, aut qua ... conſtiterit, dignoſcere eſt arduum, *vt elicitur, ex prolog.* ... *primi libri. Val. Max. vel ſic.*

Miraculum eſt, quicquid præter naturæ vſum euenit, & ... admirationem nos trahit. Venit autem miraculum à miror ... autem proprie eſt, re aliqua tanquam noua obſtupefieri. ... mirari eſt, cum voluptate & delectatione intueri. Virgil. ... *olympiacæ miratus præmia palmæ.* Aliquando mirari eſt ... Virgil. *Ille operum cuſtos, illum admirantur & omnes circum...* Hinc admirabile, id eſt, admiratione dignum: admirabundus ... ratione plenus.

## ¶ Loci Biblici.

Miraculis à fide abducens occidendus, *Deut.* 13. 6. mira... Chriſti primum, *Ioan.* 2. 21. miracula Chriſti non omnia ſcrip... 30. doctrinam ſequūtur perinde ac tabulas ſigilla, *Matt.* 10. ... 16. 20, *Act.* 4. *v.* 29. 30. *Rom.* 15. 19. *Heb.* 2. 4. Miracula tempore ... futura prædicuntur, *Eſai.* 35. *v* 5. 6. miracula ſunt confirmatio ... *Marc.* 16. 17. Pſeudoprophetarum, *Ier.* 23. 32. miracula fidem in ... ſtum comitantur, *Marc.* 16. 17.

Miraculorum finis legitimus, *Matth.* 9. *v.* 8. & 13. 31. *Marc.* ... 7. 37. *Ioan.* 6 14. & 11. 45. & 12. 11 *Act.* 9. *v.* 35. 42. & 19. 17. Mira... cuntur ſigna, *Heb.* 2. V. 4. Miracula edere etiam impiis interdum ... ceſſum, *Matth.* 7. *v.* 22. 23. & 24. 24. *Marc.* 12. 22, *Apoc.* 13. 13 & ... 19. 20. Miracula falſa Antichriſti imperio ſtabiliendo conceſſa ... 24. 24. *Marc.* 13. 22. 2. *Theſſ.* 2. 9.

Miraculorum aliorum variis temporibus à variis editorum ... ſcriptis tam veteris quam noui Teſtamenti depromptorum ... tas claſſes per alphebethi ordinem digeſtio & diſtributio; ... petra fluens, *Exo.* 17. *v.* 6. Aquæ amaræ dulceſcentes, 15. V. 25 ... redditæ, 2. *Reg.* 2. *v.* 20. 21. Pallio Eliæ diuiſæ, *v.* 14. Aqua in ... conuerſa, *Ioan.* 2. V. 9. Auricula Malcho reſtituta, *Luc.* 22. *v.* 51. C... te percutiuntur Sodomitæ, *Gen.* 19 *v* 11. Syri. 2. *Reg.* 6. 18. Saulus ... 9. *v* 9. Elymas, 13. *v.* 11. Cœci illuminantur, *Matth* 9. *v* 30. & ... 15. 30. & 20. 34. *Marc.* 8. V. 25. *Luc.* 7. 2. *Ioan.* 9. *ver.* 7. Claudi am... *Matth.* 15. *v.* 30. & 21. 14. *Act.* 3. *v* 7. & 14. 10. Curuata mulier ... tur *Luc.* 13. V. 12. 13. Dæmones eiiciuntur, *Matth.* 8. V. 16. & 9. ... 22 & 15. 28. & 17. 8. *Marc.* 1 *v* 26. 14. 39 & 3. 11 & 5. 8 & 7 29. & ... 16. 9. *Luc.* 4 *v* 35. 41. & 6. 18. & 8. 2. & 9. 42. & 11. 14. & 13 32. *A...* 18. etiam per malos, *Matth.* 7. *v.* 22. *Marc.* 3. *v.* 39. *Luc.* 9. V. 49. ... Febres curantur, *Matth.* 8. V. 15. *Marc.* 1. V. 31. *Luc.* 4 39 *Ioan.* 4 ... *Act.* 28. *v.* 8. Ficus are fit, *Matth.* 21, *v.* 19, *Marc.* 11, V. 13. Hydro... rantur, *Luc* 14 *v.* 4. Iordanis fluuius diuiditur, *Ioſ.* 3. 16. 2, *R...* Leproſi mundantur: Maria ſoror Moſis, *Num.* 12. *v* 15. N... Syrus, 2 *Reg.* 5. 14. Leproſi, *Matth.* 8 3 *Marc.* 1. *v* 42, *Luc.* 5 13 ... Languoribus affecti reficiuntur, *Matth.* 4, V. 23. 24. & 9, 25, & ... & 19. 2. *Marc.* 1, 34 & 3. *v.* 10, 56, *Luc.* 4, V 40, & 6 18, & 7, 21, & ... *Ioan.* 5, V 8. *Act.* 5, 16, Manus arida ſanatur, *Matth* 12, 14, *M...* *Luc.* 6, 10. Mare diuiditur, *Exod.* 14, 21, Mare vt ſolidum cal... Chriſto, *Matth* 14, 25, *Marc.* 6. 48. *Luc.* 6. 25 *Ioan.* 6. 19 Mortui ... tam reuocantur, 1. *Reg.* 17. 22. 2. *Reg.* 4. V. 34. 35. & 13. 21. *Matth.* ... 27. 52, *Marc.* 5. *v.* 41. 42. *Luc.* 7. 14. & 8. V. 45. 55. *Ioan.* 11. 44. *Act.* ... & 20. 10. Panes multiplicantur, *Matth.* 14 *verſic.* 19. 20. & ... 37. *Marc.* 6. 4. & 8, *verſi.* 6. 7, *Luc* 9, 16, *Ioan.* 6, 11. Paralytici ſa... *Matth.* 8, 3, & 9, 6, *Marc.* 2, 11, *Luc.* 5, 24, *Ioan.* 58, *Act.* 9. 33. ... innumeri capiuntur, *Luc.* 5, 6, *Ioan.* 21. 6, Portæ carceris aper... *Act.* 5, 15. 12, 10, & 16, 26, Profluuium ſiſtitur, *Matth.* 9. 20, *Mar...* *Luc.* 8, 48, Surdi audiunt, *Marc.* 7. 32. Stater repertus in ore ... *Matth* 17. 27.

Miracula per ſe fieri orant Apoſtoli, *Act.* 4. 36. miraculis ... glorificatur Pater, *Matth.* 15. 31. Miraculis mentientes ſe Chri... *Matth* 24. 24. miraculis noſtram fidem tentat Deus, *Deut.* 13. ... raculis potuit cognoſci Chriſtus, *Ioan.* 10. 25. miraculis proba... Chriſtus à Deo eſſe miſſus, *Act.* 22. 2.

## ¶ Patrum Sententiæ.

Quicquid mirabile fit in hoc mundo, profecto minus eſt, ... totus hic mundus: id eſt, cœlum & terra, & omnia quæ in eis ... quæ certe Deus fecit: nam & omni miraculo, quod fit per hom... maius miraculum eſt homo. Quamvis igitur miracula viſibilium ... naturarum videndi aſſiduitate vileſcunt, tamen ea quum ſapienter ... intuemur, inuſitatiſſimis rariſque maiora ſunt, *Augu.* 11. *de Ci...*

Miracula leguntur in populis, vt credantur, nec in populis ... niſi credita legerentur. Hæc autem vbicunque fiunt, vix à tota ... tate ipſa ſciuntur, vel à quocunque commanentium in loco. ... plerunque fiunt ignorantibus cæteris maxime ſi magna ſit ci... & quando alibi aliiſque narrantur, tanta ea commendat auto... vt ſine difficultate vel dubitatione credantur. *l.* 22. *de ciu. Dei.*

Aliter magi faciunt miracula, aliter boni Chriſtiani, aliter ... Magi per priuatos contractus cum dæmonibus: Boni Chri... per publicam iuſtitiam: mali Chriſtiani per ſigna publicæ iu... *l.* 33. *q.*

Ideo non omnibus ſanctis iſta miracula attribuuntur ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…quidem multa Romanorum arma & corpora, Romanum …re neminem. *Plut.*

…bal Giſconi nuntianti, ſibi admirabilem videri Romano- …ctorum ad pugnam numerum? Imo aliud, inquit, mira- …fugit. Quidnam hoc eſſet. ſciſcitanti Giſconi: Quod ex tam …inquit, hominum multitudine nullus appellatur Giſco. …orus multum timoris detraxit, multumque alacritatis ad- …ribus. *idem.*

*…Maximus.* Salinator, quum ob eius ignauiam & iucuriam …a Romanis defeciſſet, arcem tamen retinuit: quum vero …poſt annos Fabius Maximus oppidum pulſo Hannibale re- …gareteque eum Salinator, vt meminiſſet, opera ſua ſe Ta- …recepiſſe: Quidni? inquit Fabius. Nunquam enim ego rece- …tu amiſiſſes. Notauit tacite Liuii ignauiam. *Plut.*

*Craſſus* militem videns ſine gladio currentem: Heus, inquit, …o, pugno bene vteris, feſtiuiter taxans inermem; cui pro …pugno ſit vtendum. *Eraſ. l. 6. apoph.*

¶ Similitvdines.

*…Nicæ.* Quicunque, milites quidem deliciis effœminat, …exercens, neque laborare iubens, aliorumque nominum obli- …ſimilis eſt gubernatori, qui nautas quidem corrumpit re- …& ſomno totos dies, vectorum autem & nauis pereuntis …habet curam. *De regno Orat. 1.*

*Polyb.* Quemadmodum ſubditi alii pro libertate decertant, a- …tis periculum imminet: Ita ex ſtipendiariis militibus alii …correctione, alii manifeſtum damnum propulſent, con- …*Lib. 1. Hiſt.*

*Vide, Bellum.*

# Minæ.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

Minæ, ἀπειλὴ, ſunt comminationes, & metus incuſſi per verba …ſigna. Plautus in Trucul. Melius te munere certare mecū; …minaciis. Et in Rud. minacias ego iſtas flocci non facio tuas …*Minaces.*

¶ Apophthegmata.

…dicere ſolebat, nulli minandum eſſe non ſolum quod mu- …videatur eſſe potius quam virorum, verumetiam quod mi- …cui velis nocere, eſt inimicum admonere vt ſibi caueat, ti- …ipſi lædendi facultatem adimere. Amicis autem mina, parum …humanum, recte tamen minamur, quoties aliquem hoc reme- …correctum eſſe cupimus, & hac pœna decreuimus eſſe contenti. …*lib. 4.*

*…genes.* Dicente ei quodam valde iactanter, vno ego ictu caput …pingam; At ego, inquit à ſiniſtris aſtans te tremere faciam. …

*…Alcamenis F.* cum audiret quendam in hoſtes minas …tem: Non intelligis, inquit te maximam vindictæ partem …conſumere? Qui enim ſtatuit inimicum vlciſci, minis nil a- …, niſi vt præmonito inimico, ſibi minuat lædendi oportu- … *Plut. in Lacon.*

*…llidas.* Orator miſſus ad Pyrrhum Epiratorum regem, qui …exercitum in regionem Spartanorum induxerat, vt cognoſce- …quid ſibi vellet: cum Pyrrhus diceret, vt regem ſuum Cleony- …perent, hunc in modum reſpondit. Si Deus eſt Cleony- …non timemus ipſum, nihil enim ſceleris in eum commiſimus, …homo eſt, profecto nihilo nobis præſtantior & bellicoſior. Quo …irriſit ſuperbas regis minas. Qui enim ſuperbe minan- …videant ne id quod aliis minantur in ipſos recidat. *Plut. in Lacon.*

*Epictetus.* Si quem, inquit, cum minis & impetu volueris aggre- …memento præmeditati humanum eſſe tibi manſuetumque inge- …, & quod pœnitudo damnumq́; te ſequutura ſint, ſi quicquam …commiſeris. *Stob. ſer. 20.*

*Philippus*, Multa quæſtus apud Romanorum legatos de mori- …calumniis Theſſalorum, tandem elatus ita, hanc vocem ad- …: Nondum omnium dierum ſolem occidiſſe. Hic ſermo non …modo, verum etiam Romanis ſuſpectus, vtriusque gentis …excitauit. *Tit. Liu. 4. Decad. l. 9.*

¶ Similitvdines.

*…* Sicut aliquando tonat ſine fulgetris, idque tonitru terro- …habet: periculo vacat: Ita quorundam minæ terrent, non no- …*Eraſ.*

*Socrates.* Vt tonitrua pueros imprimis, ita minas ſtultos territare …*Stob. ſer. 4. de Imprud.*

¶ Adagia.

Et meum telum cuſpidem habet acuminatam. καὶ ἐμὸν βέλος ὀξὺ …

*Recte vtemur quoties fatebimur nos inferiores quidem eſſe, ve- …non deeſſe quo queamus nocere.* Ouid.

*Et mihi ſunt vires, & mea tela noceant.* Andere Leut haben auch Hände. Der Bauch iſt andern ſo weich/als mir.

Si tibi machæra eſt, & nobis vrbina eſt domi.

*Plaut. in Bacchidib. Quoties malum malo opponitur.*

Æacidinæ minæ.

*Non ſine prouerbij ſpecie dictum eſt, pro atrocibus ac ſuperbiſſimis minis.*

Ψευδόπυρα οἷον τὰ σά.

*De minis ac terriculamentis inanibus: aut quum oſtenditur arte periculum, quum re nullum ſit periculum.*

Complurium thriorum ego ſtrepitum audiui, πολλῶν ἐγὼ θρίων ψόφους ἀκήκοα.

*Senarius eſt prouerbialis, quo minas & inanem clamorem nos contemnere ſignificamus.*

Ollam alere. χύτραν τρέφειν.

*Dicebantur, qui motum oſtenderent quo deterrent quempiam. Suid.*

Ferrum & Flamma.

*Quum exitiabile bellum ſignificamus, ferro flammaq́; rem geri dicimus. Cicero.*

Igni, ferroque minari.

*Qui extremum denuntiant inimicitiam, igni ferroq́; minari dicuntur: venuſtius erit quoties ad animi res transfertur. Idem.*

Tolle calcar. αἶρε πλῆκτρον ἀμυντήριον.

*In eum dici ſolitum, qui iam vltionem parat.*

Qui paratus ad reſiſtendum.

*Qui ſignificare volet, ſe nequaquam detrectare certamen, ſed abunde ſuppetere quo partes tueatur ſuas, vſurpabit illud ex Iliad. ν.*

Τῶ μοι δούρατά τ' ἐστι καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι,
Καὶ κόρυθες, καὶ θώρηκες λαμπρὸν γανόωντες.
*Et mihi ſunt haſtæ teretes, clypeiq́; rotundi,*
*Tum galeæ, tum thoraces procul igne micantes.*

Ne mihi vacuam abſtergas, μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς.

*Subaudiendum autem γνάθον, χεῖρα, aut ſimile quiddam. Apparet eſſe comminantis alapam.*

*Vide, Iniuria, Vis.*

# Miniſtri, Miniſterium.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

MInister, qui inſeruit, ſeruus, qui miniſtrat Eccleſię politiæ, familiæ, cuidam δοῦλος, διάκονος, ὑπηρέτης. Hebræi Sacris inſeruientem, Eccleſiæ miniſtrum, *Cohen* appellant à verbo *Kihen*, functus eſt ſacerdotio, adminiſtrauit in Sacris miniſtrauit. 2. Quidem miniſtrum appellant *Meſchareth*, à verbo *Schereth*, id eſt, miniſtrauit in templo, & cultu diuino. Magiſtratuum aliorumque miniſtrorum publicæ ſocietatis, vt eſt ſeruorum in familiis, priuatis nomina vocibus exprimantur *Scharath* dicitur miniſterium ſacrum, quod eſt ceu militia. Hinc στρατεία, θρησκεία, militia, ſeruitus, cultus.

¶ Loci Biblici.

Miniſtri Eccleſiæ quales in mundo habentur, *Act. 26. v. 24.* Patrifamilias comparantur, *Matth. 13. 52.* Filios Dei gignere dicuntur, quatenus Dei ſunt inſtrumenta, 1. *Cor.* 4. 15. *Gal.* 4. 19. *Philem. ver.* 10. Miniſter noſter Chriſtus, *Matth.* 20. 28. *Marc.* 10. 45. *Heb.* 8. 2. Miniſter ſit, qui primatum quærit, *Matth.* 20. 26. miniſtri Dei ſunt, Paulus, Apollo, & huiusmodi prædicatores, 1. *Cor.* 2. 1. *& c.* 4. 1. miniſtri Dei quales, *Leuit.* 21. 17. miniſtri verbi à Deo petendi, *Matth.* 9. 38. diligendi ſunt, *Theſſ.* 5. v. 12, 13.

Miniſtrorum elogia: In veteri teſtamento appellati ſunt Prophetæ, *Gen.* 20. 7. *Deut.* 24. 10. *& paſſim alibi.* Dij, *Exod.* 4. 16. *&* 7. 1. Videntes, 1. *Sam.* 9. 9. Viri Dei, 1. *Reg.* 9. 6. *&* 13. 1. 2. *Petr.* 1. 20. Speculatores, *Eſa.* 56. 10. *Ezech.* 3. 17. *&* 23. 7. In nouo Teſtamento: Angeli, *Apocal.* 5. 1. Diſpenſatores myſteriorum Dei, 1. *Corinth.* 4. 1. *Tit.* 1. Doctores, *Epheſ.* 4. 11. Epiſcopi, 1. *Timoth.* 3. 1. *Tit.* 1. 7. Euangeliſtæ, *Epheſ.* 4. 11. Fermentum, *Matth.* 13. 33. *Luc.* 13. 12. Lux mundi, *Matth.* 5. 14. Miniſtri Dei, *Tit.* 1. 1. Paſtores, *Epheſ.* 4. 11. Paſtores animarum, *Hebr.* 13. 17. Plantatores, 1. *Corinth.* 3. 6. Rigatores, *ibidem.* Sal terræ, *Matth.* 5. 13. συνεργοὶ, id eſt, cooperarii Dei, 1. *Cor.* 3. v. 5. 9. Serui Dei, *Tit.* 1. 1. Dei & Chriſti, 1. *Cor.* 1. 1. *Epheſ.* 1. 1. *&* 4. 11. 2. *Cor.* 1. 1. *Col.* 1. 1. Chriſti, *Rom.* 1. 1. *Philip.* Miniſtri, quo loco habendi, 1. *Cor.* 4. 3. 1. *Theſſal.* 3. 12. 1. *Tim.* 5. 17. *Heb.* 13. v. 17.

Miniſtrorum officium, ſeu munus, & vera ædificandi ratio, 1. *Cor.* 3. v. 6. 10. Miniſtrorum ſermo qualis eſſe debeat, 1. 17. *&* 2. 13. 2. *Pet.* 4. 11. 2. *Petr.* 1. 16. *Epheſ.* 4. 29. 2. *Tim.* 2. v. 15. 25. *&* 1. 13. *Col.* 4. 6. *Tit.* 1. 9. Duces ſunt & Paſtores animarum, *Heb.* 13. 17. ideoque illis parendum v. 17. Licet eis ex Euangelio viuere, *Deut.* 24. v. 14. 15. *&* 25. 4. *Matth.* 10. 10. *Luc.* 10. 7. *Rom.* 15. 27. 1. *Cor.* 9. 7. *Gal.* 6. 6. *Tim.* 5. 17. ex quibus locis patet miniſtris Verbi deberi victum: Præſtiterunt eum Paulo Philippenſes, *Phil.* 4. v. 14. 15. Miniſtri chari habendi, & honore obſequio præueniendi, 1. *Theſſal.* 5. 12. 1. *Tim.* 5. 17. *Hebr.* 3. 17. quales eligendi, 1. *Tim.* 3. 12. *Tit.* 1. v. 5. 6. 7. 8. abſolutum Miniſtrorum exem-



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

plar proponitur, 1, *Tim.* 3, *v.* 1. 2. *Tit.* 1. *v.* 5. 6. 7. 8. officium & prudentia, in increpandis diuerſæ ætatis & ſexus hominibus, 1. *Tim.* 5. *Ver.* 1. 2. 3. probandi ſunt prius quam miniſtrent, 1. *Tim.* 3. 10.

Miniſtrorum etiam malorum opera dignatur vti Dei bonitas, *Matth.* 7. 22. *Marc.* 9. 38. *Luc.* 9, 49. quos & audiri iubet, *Matth.* 23. 3. Miniſtri Verbi dicuntur in Scriptura alios ſaluare, *Abdiæ* 1 21. ſeruare, 1. *Tim.* 4. 16. qui ſunt miniſtri ſalutis per Euangelii doctrinam. Sic dicentur peccata remittere, *Ioan.* 21. 23. quod alioqui ſolius Dei eſt, *Marc.* 2. 7. Miniſter circumciſionis quo ſenſu dicatur Chriſtus, *Rom.* 15. 8. quum eam ſuo aduentu abrogarit. Contra Miniſtros Dei murmurans, murmurat contra Deum, *Exod.* 16. 7. miniſterium reconciliationis accepit Paulus Euangelium nuncians, 2 *Cor.* 5. 18. miniſterium Verbi, prædicatio Euangelii, *Actor.* 20. *v.* 24. miniſteria vana Chriſtianis data, *Epheſ.* 4. 7. &c. miniſtrationes Spiritus diuerſæ, 1. *Cor.* 12. 5.

Miniſterium verbi commendatur. *Eſa.* 40. 8. & 44. 26. & 25. 7. *Rom.* 10, 15, *Ezech.* 3, *v.* 7, 17, & 33, 7, *Zach.* 1, *v.* 4, 5, *Malach.* 2, 7, *Pſ.* 119, 89, *Matth.* 5, *v.* 13, 14, & 10, 40, & 24, 35, *Marc.* 13. *v.* 31, *Luc.* 10, *v.* 16. & 16, 29, 31, & 21, 33, *Ioan.* 17, *v.* 8. 20. *Act.* 24, 26, 28, *v.* 28, 31, *Rom.* 1, 16, & 10. 1. *Cor.* 1. 18. & 2. *v.* 4. 13. & 3. 5. & 9, 1, & 14, *v.* 1, 5, 2, *Cor.* 3, 9 & 4, 6, & 5. 20, & 13, 3, *Gal.* 4, *v.* 14, 19, *Epheſ.* 4, 12, 1, *Theſſ.* 5. 20, 1, *Tim.* 4, 16, *Tit.* 1. 3. *Heb.* 4. *v.* 12, & 8. *v.* 10, 11, & 13, 22, *Iac.* 1, *v.* 18, 21, 22, 1, *Pet.* 1, 23, & 4, 11.

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

*Miniſterium Dei Honorificum.*

In omni virtute dilige eum, qui fecit te, & miniſtros eius non derelinquas, *Eccl.* 7.

Millia millium miniſtrabant ei, *Dan.* 7.

Tunc reliquit eum diabolus, & angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. *Matth.* 4.

Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit honorificabit eum Pater meus. *Ioan.* 12.

Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei, 1. *Cor.* 4.

Sed in omnibus exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros. 2. *Cor.* 6.

*Miniſterium humanum ordinatum.*

Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat. *Pſal.* 100.

Acceptus eſt regi miniſter intelligens, iracundiam illius inutilis ſuſtinebit. *Prou.* 14.

Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum ſuorũ habeo amicum regem, 22.

Secundum iudicium populi, ſic & miniſtri eius. *Eccl.*

## ¶ Exempla Biblica.

Miniſterii opera in veteri & nouo teſtamento. *Primo.* Docere verbum Dei, & adminiſtrare Sacramenta. *Exempla:* Leuitæ & Sacerdotes, 2. *Paral.* 17. 9 *Ezech.* 44. 23. Petrus & Apoſtoli concionantur pœnitentiam & remiſſionem peccatorum, *Act.* 2 38. baptizant credentes, *v.* 14. perſeuerant in fractione panis, *v.* 46. Paulus ſummam ſui officii recitat, *Act.* 20. *v.* 10. 21. & 26. *v.* 19. 20. *Secundo*, Refutare impia Pſeudoprophetarum & falſorum Doctorum dogmata, *Exempla:* Elias, 1. *Reg.* 18. *v.* 21. 22. Ieremias iuſſu Dei refutat Pſeudoprophetarum vaticinia, qui aſſerebant Deum non puniturum gladio & fame Ieroſolymam, *Ier.* 14. *v.* 1. 2. *&c.* Hananiam grauiter refutat, 28. *v.* 15. 16. Ezechiel ſimiliter refutat Pſeudoprophetas, & Pſeudoprophetiſſas, *Ezech.* 13. *v.* 3. 18. Stephanos Scholaſticos Libertinorum, Cyrenenſium, Cilicum, &c. refutat. *Act.* 6. 9. *&c.* Paulus confundit Iudæos & refutat Græcos, & demonſtrat Chriſtum eſſe Filium Dei, 9. 21 Idem cum Barnaba & aliis Antiochiæ refutat Pſeudoapoſtolos 15. 2 quod ipſum in Epiſtolis etiam ſuis ſtrenue & ſerio agit. Apollos vehementer reuincebat Iudæos, oſtendens per Scripturas, quod Ieſus eſſet Chriſtus, *Act.* 18. 28. Petrus refutat Pſeudodoctores, 1. *Pet.* 2. *v.* 1. 12 *&c.* & 3. 3. *&c.* 4. *v.* 2. 3. Ioannes refutat Antichriſti doctrinã, 2. *Ioan.* *v.* 7. *Tertio*, Hortari ad conuerſionem & pœnitentiam, *Exempla:* Prophetæ, *Ier.* 35. 15. Oſeas, *Oſea* 5. 1. & 6. 1. & 14. 2. Baruch, 1. *v.* 13. 14. 15. Ioel, *Ioel*, 2. 12. Ioannes Baptiſta, *Matth.* 3. *v.* 1. 7.

*Vide Clericus, Sacerdos, Epiſcopus.*

---

# Miraculum.

## ¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

Miraculum, Græce θαῦμα, ατος, τὸ, & θαυμαςὸς, ȣ̃, ὁ, mirabilis. Græca vox θαῦμα fluit à verbo Hebræo *Tama*, miratus eſt cum ſtupore, admiratus eſt, demiratus eſt, obſtupuit. Inde etiam *Timmehon*, *Zach.* 12. 4. Admiratio, ſtupor. admiracula enim adſtantes ſtupent, & nihil aliud poſſunt quam res mirari quarum cauſas ignorant.

Eſt autem miraculum res quæ vnde manauerit, aut qua
conſtiterit, dignoſcere eſt arduum, *vt elicitur, ex prolog.*
*primi libri. Val. Max. vel ſic.*

Miraculum eſt, quicquid præter naturæ vſum euenit, &
admirationem nos trahit. Venit autem miraculum à miror.
autem proprie eſt, re aliqua tanquam noua obſtupefieri.
mirari eſt, cum voluptate & delectatione intueri. Virgil.
*olympiaca miratus præmia palmæ.* Aliquando mirari eſt
Virgil. *Ille operum cuſtos, illum admirantur & omnes circum*
Hinc admirabile, id eſt, admiratione dignum: admirabundus
ratione plenus.

## ¶ Loci Biblici.

Miraculis à fide abducens occidendus, *Deut.* 13. 6. mira
Chriſti primum, *Ioan.* 2. 21. miracula Chriſti non omnia ſcrip
30. doctrinam ſequũtur perinde ac tabulas ſigilla, *Matt.* 10. 1.
16. 20, *Act.* 4. *v.* 29. 30. *Rom.* 15. 19. *Heb.* 2. 4. Miracula tempore
futura prædicuntur, *Eſai.* 35. *v* 5. 6. miracula ſunt confirma
*Marc.* 16. 17. Pſeudoprophetarum, *Ier.* 23. 32. miracula fidem
ſtum comitantur, *Marc.* 16. 17.

Miraculorum finis legitimus, *Matth.* 9. *v.* 8. & 13. 31. *Marc.*
7. 37. *Ioan.* 6 14. & 11. 45. & 12. 11 *Act.* 9. *v.* 35. 42. & 19. 17. Mira
cuntur ſigna, *Heb.* 2. *v.* 4. Miracula edere etiam impiis interdum
ceſſum, *Matth.* 7. *v.* 22. 23. & 24. 24. *Marc.* 12. 22, *Apoc.* 13. 13 &
19. 20. Miracula falſa Antichriſti imperio ſtabiliendo conceſſa
24. 24. *Marc.* 13. 22. 2. *Theſſ.* 2. 9.

Miraculorum aliorum variis temporibus à variis editorum
ſcriptis tam veteris quam noui Teſtamenti depromptorum
tas claſſes per alphebethi ordinem digeſtio & diſtributio;
petra fluens, *Exo.* 17. *v.* 6. Aquæ amaræ dulceſcentes, 15. *v.* 25
redditæ, 2. *Reg.* 2. *v.* 20. 21. Pallio Eliæ diuiſæ, *v.* 14. Aqua in
conuerſa, *Ioan.* 2. *v.* 9. Auricula Malcho reſtituta, *Luc.* 22. *v.* 15.
te percutiuntur Sodomitæ. *Gen.* 19 *v* 11. Syri. 2 *Reg.* 6. 18. Saulus
9. *v* 9. Elymas, 13. *v.* 11. Cœci illuminantur, *Matth* 9. *v* 30. &
15. 30. & 20. 34. *Marc.* 8. *v.* 25. *Luc.* 7. 2. *Ioan.* 9. *ver.* 7. Claudi am
*Matth.* 15. *v.* 30. & 21. 14. *Act.* 3. *v* 7. & 14. 10. Curuata mulier
tur *Luc.* 13. *v.* 12. 13. Dæmones eiiciuntur, *Matth.* 8. *v.* 16. & 9.
22 & 15. 28. & 17. 8. *Marc.* 1 *v* 26. 14. 39 & 3. 11 & 5. 8 & 7. 29. &
16. 9. *Luc.* 4 *v* 35. 41. & 6. 18. & 8. 2. & 9. 42. & 11. 14 & 13. 32. *Act.*
18. etiam per malos, *Matth.* 7. *v.* 22. *Marc.* 3. *v.* 39. *Luc.* 9. *v.* 49.
Febres curantur, *Matth.* 8. *v.* 15. *Marc.* 1. *v.* 31. *Luc.* 4 39 *Ioan.* 4
*Act.* 28. *v.* 8. Ficus are fit, *Matth.* 21, *v.* 19, *Marc.* 11, *v.* 13. Hydro
rantur, *Luc* 14 *v.* 4. Iordanis fluuius diuiditur, *Ioſ.* 3. 16. 2, *Reg.*
Leproſi mundantur: Maria ſoror Moſis, *Num.* 12. *v* 15.
Syrus, 2 *Reg.* 5. 14. Leproſi, *Matth.* 8 3 *Marc.* 1. *v.* 42, *Luc.* 5 13
Languoribus affecti reficiuntur, *Matth.* 4, *v.* 23. 24. & 9, 25,
& 19. 2, *Marc.* 1, 34 & 3, *v.* 10, 56, *Luc.* 4, *v* 40, & 6 18, & 7. 21, &
*Ioan.* 5, *v* 8. *Act.* 5, 16, Manus arida ſanatur, *Matth* 12, 14,
*Luc.* 6, 10. Mare diuiditur, *Exod.* 14, 21, Mare vt ſolidum
Chriſto, *Matth* 14, 25, *Marc.* 6. 48. *Luc.* 6. 25 *Ioan.* 6. 19 Mortui
tam reuocantur, 1. *Reg.* 17. 22. 2. *Reg.* 4. *v.* 34. 35. & 13. 21. *Matth.*
27. 52. *Marc.* 5. *v.* 41. 42. *Luc.* 7. 14. & 8. *v.* 45. 55. *Ioan.* 11. 44. *Actor.*
& 20. 10. Panes multiplicantur, *Matth.* 14 *verſic.* 19. 20. &
37. *Marc.* 6. 4. & 8, *verſi.* 6, 7, *Luc* 9, 16, *Ioan.* 6, 11, Paralytici ſa
*Matth.* 8, 3, & 9, 6, *Marc.* 2, 11, *Luc.* 5, 24, *Ioan.* 58, *Act.* 9.
innumeri capiuntur, *Luc.* 5, 6, *Ioan.* 21. 6, Portæ carceris aper
*Act.* 5. 15. 12, 10, & 16, 26, Profluuium ſiſtitur, *Matth.* 9. 20, *Marc.*
*Luc.* 8, 48, Surdi audiunt, *Marc.* 7. 32. Stater repertus in o
*Matth* 17. 27.

Miracula per ſe fieri orant Apoſtoli, *Act.* 4. 36. miraculis
glorificatur Pater, *Matth.* 15. 31. Miraculis mentientes ſe Chriſtos
*Matth* 24. 24. miraculis noſtram fidem tentat Deus, *Deut.* 13
raculis potuit cognoſci Chriſtus, *Ioan.* 10. 25. miraculis proba
Chriſtus à Deo eſſe miſſus, *Act.* 22. 2.

## ¶ Patrum Sententiae.

Quicquid mirabile fit in hoc mundo, profecto minus eſt,
totus hic mundus: id eſt, cœlum & terra, & omnia quæ in eis
quæ certe Deus fecit: nam & omni miraculo, quod fit per hom
maius miraculum eſt homo. Quamvis igitur miracula viſ
naturarum videndi aſſiduitate vileſcunt, tamen ea quum ſa
intuemur, inuſitatiſſimis rariſque maiora ſunt, *Augu.* 11. *de Ci*

Miracula leguntur in populis, vt credantur, nec in populis
niſi credita legerentur. Hæc autem vbicunque fiunt. vix à tota
tate ipſa ſciuntur, vel à quocunque commanentium in loco.
plerunque fiunt ignorantibus cæteris maxime ſi magna ſit ci
& quando alibi aliiſque narrantur, tanta ea commendat auto
vt ſine difficultate vel dubitatione credantur. *l.* 22. *de ciu. Dei.*

Aliter magi faciunt miracula, aliter boni Chriſtiani, aliter
Magi per priuatos contractus cum dæmonibus: Boni Chri
per publicam iuſtitiam: mali Chriſtiani per ſigna publicæ iu
*l.* 33. *q.*

Ideo non omnibus ſanctis iſta miracula attribuuntur

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…ſſimo errore decipiantur infirmi, æſtimantes in talibus fa… …minora bona, quam in operibus iuſtitiæ, quibus vita æterna …ratur. *ibid.*

…mus aliquid Deum poſſe, quod nos fatemur inueſtigare …ſſe. In rebus enim mirabilibus tota ratio faciendi eſt poten… …ntis. *Idem.*

…mirabilius in rebus humanis, quam diligere inimicos. *Lib.*

…omnes admirari alta montium, & ingentes fluctus maris, & …lapſus fluminum, & Oceani ambitum, & gyros ſyderum, …quunt ſeipſos, & non mirantur. Nam & omni miraculo, …per hominem, maius miraculum eſt homo. *ibid.*

…non fuit Deo impoſſibile, quas voluit naturas inſtituere: ſic …impoſſibile, in quicquid voluerit, quas inſtituit naturas, … *lib.21. de ciuitate Dei.*

…rum Dei cauſa ſi lateat hominem, non ſe obliuiſcatur eſſe …nec propterea Deo det inſipientiam, quia non bene capit …ientiam. *De ſpiritu & litera.*

…phetiſare & virtutes facere & dæmonia eijcere, interdum …meriti, qui operatur: ſed vel inuocatio Chriſti hoc agit, vel …demnationem eorum qui inuocant, vel vtilitatem eorum …dent, & audiunt. *Hieron ſup. Matth.7.*

…ritatis & pietatis miracula amare, quæ tanto ſecuriora ſunt, …ſt occultiora, & de quibus apud Deum eo maior fit retri… …quo apud homines minor eſt gloria. *Greg. in hom.*

…uina mirabilia ſemper debent conſiderari per ſtudium, & …um diſcuti per intellectum. *ibid.*

…contra de occulto Dei conſilio quærere, nihil aliud eſt, quam …eius conſilium ſuperbire. *ibid.*

…tuor mirabiles imitatores fecit Deus: de piſcatore primum …paſtorem: de perſecutore magiſtrum gentium & docto… …publicano primum Euangeliſtam: de latrone primum cœ… *…Chryſoſt. in Matth.*

…totus mundus mirabatur, Chriſtum poſt mortem reſurrre… …cum carne in cœlum aſcendiſſe, & per duodecim Apoſtolos …totum mundum conuertiſſe: huius autem quadruplex …ſcilicet, pecuniæ contemptus, gloriæ deſpectus, ſeculari… …occupationum ſegregatio, & terribilium perpeſſio. *ibid.*

…bilius eſt videre hominem conuitia paſſum, & non mu… …quam hominem vulneratum & percuſſum non cadentem. …

…multis modis apparent mirabiles, aliquando ex magnitudi… …aliquando ex paruitate: aliquando quia raræ: aliquando quia … Secundum magnitudinem attenditur, quando res quæli… …generis modum in quantitate excedit: ſic miramur gigan… …inter homines, cetum inter piſces, gryphonem inter volucres, …tem inter quadrupedes, draconem inter ſerpentes. Secun… …paruitatem conſiderantur quando res quælibet cæteris ſui ge… …quantitate æquari non poteſt, vt tinea & vermes & cynices, & …lia: quæ inter cætera quidem animalia viuunt, ſed cæteris …corporis exiguitate diſpares ſunt: Vide ergo quid magis …, dentes apri vel tineæ, alas gryphi vel cyniphis, caput equi …, crura elephantis vel culicis, leonem vel pulicem, tigri… …teſtudinem? ibi mireris magnitudinem, hic miraris parui… …illis dedit oculos quos vix comprehendere poteſt oculus: & … corporibus ſic omnifaria adiumenta naturæ ſuæ con… …iſſime diſtribuit, vt nihil videas deeſſe in minimis eorum …, quæ natura formauit in magnis. *Hug. de operationibus …derum.*

…tur, quare etiam crocodylus manducans, inferiorem mo… … mouet, & quomodo Salamandra in igne illæſa permanet, … erinatio ſpinas, & docuit eũ, vt ſe potius turbine diſcuſſis …, quibus onuſtus incedens ſtridet quaſi plauſtrum, & for… …hyemis ſuperuenturæ præſcia, granis horrea ſua replet, ara… …que de viſceribus laqueos nectit, vt prædam capiat, iſti ſunt … ſapientiæ Dei. *ibid.*

…adhuc aliud verum & euidens diuinæ ſapientiæ argumen… …quod omne genus ſimile ſibi procreat, & vna ſpecies propaga… …originis formam non immutat: non ouis vitulum: non …gaum: non cerua leporem: non leo vulpem: ſed in ſibi ſi… …propaginem ſuam extendit. Aliud genus eſt fagus, aliud quer… …aliud vnumquodque ſuam ſpeciem habet, & vnumquodque …eris ſeruat ſimilitudinem. Vide folium quomodo intrinſe… …ductis coſtulis huc & illuc intexitur: mirare vnum, mirare …omne, quod eſt vnius generis, vnius inuenies ſimilitudinis, tot … in vno, quot coſtulas in alio: talem formam in vno, qua… …alio, omnis enim natura, quaſi cuiuſdam intrinſecus dictan… …ceptum accepit, nuſquam terminos ſuos excedere præſumit.

### ¶ Sententiae Philosophicae.

Qui rei cuiuslibet inueſtigare probabilem rationem fata… …rerum miracula vbique tollit funditus & euertit. *Plu…tar.*

In facie vultuque noſtro nullas duas in tot millibus hominum indiſcretas effigies exiſtere, quod ars nulla in paucis numero præſtet affectando. *Plin. lib. 20. hiſt. Nat.*

### ¶ Similitvdines.

*Chryſoſtomi.* Vt ante lucem aurora exit, ante noctem autem obſcuritas: Ita in aduentu Chriſti ante illum Prophetæ, & cum illo Apoſtoli in Spiritu ſancto faciebant virtutes. In aduentu verò Antichriſti pſeudochriſtiani, & ante illum, & cum illo in ſpiritu maligno facient virtutes. *in Matth. 11. hom. 29.*

*Vt ſi quis exponat* tibi res quas non libenter audis, ſi tota die audieris, nihil eorum retines, quæ audiuiſti, aut ambulans in via, ſi mens tua aliquo cogitatu fuerit occupata, quamuis omnes videas tranſeuntes, tamen neminem vides: Sic & Iudæi frequenter ſigna videntes, adhuc ſignum petebant, quia hoc videbant, quod videre nolebant. *in c. 2. Matth.*

*Sicut lac* ſine labore, & ſine opere dentium manducatur, & manducantem ſuauitate ſua delectat: ſic & mirabilia, nullum laborem videntibus ponunt, ſed videntes admiratione delectant, & ad fidem molliter irritant. *in 21. Matth. hom. 38.*

*Quemadmodum* viro perfecto ſi dederis lac, fauces quidem eius delectat, membra autem eius non confortat: ſi autem panes manducet, non tantum fauces eius delectat, quam præſtat ei virtutem: Sic & viro perfecto in fide: & maturo ſenſibus, ſi miracula oſtendas, delectatur quidem aſpectu, nihil autem ei proficit ad ædificationem ſenſus, aut ad notitiam veritatis: ſi autem verbum ſapientiæ exponas ei, & ratione delectatur, & ædificatur in fide. *in Matth. 21. hom. 38.*

*Iuſtini martyris.* Quemadmodum quod ſol oritur in malos & bonos, pluitque in iuſtos & iniuſtos, id non eſt eiuſmodi, vt malos & iniuſtos confirmet in malitia & iniuſtitia ad iuſtas pœnas: Ita non confirmat hæreticos in errore, quod quædam miracula fiunt in eis. Si enim miraculorum effectio, pietatis eſſet ſignum & demonſtratio, nunquam Dominus reprobos & ſua familiaritate indignos pronunciaret eos qui dicunt: Domine, nonne prophetauimus, & tuo nomine dæmonia eiecimus, & tuo nomine miracula multa fecimus? Quibus ille dicit: Nunquam noui vos: diſcedite à me malefici. Nonne vos docui, cibum & potum dandum eſſe eſurienti & ſitienti? Multo magis ipſe eorum ſimilia quæ nos docuit, facit, congerens ignem in capita eorum qui fidei datorem non vt dignus eſt, cognouerint. *In reſponſion. ad q. 5. fol. 262.*

*D. Auguſtini.* Sicut hæ omnes ſignificationes pro ſuæ cuiuſque ſocietatis conſenſione animos mouent: nec ideo conſenſerunt in eas homines, quia valebant ad ſignificationem: ſed ideo valent, quia conſenſerunt in eas: ſic etiam illa ſigna quibus pernicioſa dæmonum ſocietas comparatur, pro cuiuſque obſeruationibus valent. *Lib. 2. c. 24. De doctrina Chriſtiana.*

### ¶ Biblica Exempla.

Miraculorum exempla: Creatio mundi, *Geneſ. 1. v. 1.* Diluuium, 7. *v.* 19. 21. in diluuio ſeruata familia Noe, 8. 18. Linguarum confuſio, 11. *v.* 7. Sodomæ & Gomorrhæ excidium, 19. 24. Vxoris Loth in ſalis ſtatuam mutatio, *v* 26. Rubus ardens, *Exod* 3, 2. Virga Moſis in colubrum verſa, 4. *v.* 3. 4. Moſis manus leproſa, ℣. 6. 7. Virga Aaronis in colubrum verſa, 7. 10. Aquæ in ſanguinem mutatæ, ℣. 20. Ranæ, 8. *v.* 6. Muſcæ, *v.* 21. Veſicarum vlcera, 9. 10. Fulgur, grando, & ignis, *v.* 23. 24. 25. Locuſtæ, 10. *v.* 13. 14. Tenebræ, ℣. 22. 23. *Pſal.* 105. 28. *Sapient.* 17. 2. & 19. 16. Primogenitorum clades, *Exod.* 12, 29. Columnæ ignis & nubis, 13. *v.* 2. Mare rubrum diuiſum, 14. *v.* 21. 22. 26. Aquæ dulceſcentes, 15. *v.* 26. Coturnices, 16. *v.* 13. *Numer.* 11. ℣. 31. Man, *Exod.* 16. *v.* 14. Aqua è petra manans, 17. 6. promulgatio Legis, 19. & 20 *cap.* in qua multa concurrunt mirabilia Dei opera: vt ſunt, tonitrua, fulgura, nubes, ignis, inſolitus tubarum clangor, vox Dei, montis tremor, &c.

Vim miraculi etiam habent, Moſis apud Dominum in monte commoratio ad dies quadraginta, *Exodi* 28, *v.* 18. Tabulæ lapideæ digito Dei Legem ſcriptam referentes, 31. *v.* 18. fractio & reparatio earundem, 32. & 34. *capitibus.* Gloriæ Domini apparitio, & Tabernaculi obnubilatio, 40. *v.* 34. Ignis à Domino egreſſus, & deuorans holocauſtum, *Leuitic.* 9. *v.* 24. Nubes operiens Tabernaculum, *Numer.* 9. *v.* 15. Eladi & Medadi prophetatio, 11. 26. Mariæ murmurantis contra Moſen lepra, 12. 10. Mors exploratorum terræ Chanaan, 14. *v.* 27. 28. 29. 30. Core, Dathan, & Abiron interitus, & à terra abſorptio, 16. *v.* 32. 33. Serpentes igniti, quorum antidotum erat aſpectus ſerpentis ænei, 21. ℣. 6. 7. 8. Aſina Balaam loquens, 22. *verſ.* 30. Veſtes Iſraelitarum intra quadraginta annos non attritæ, *Deut.* 8. ℣. 4. Vegeta Moſis ſenectus, 34. *v.* 7. Iordanis refluxus, *Ioſ.* 3. ℣. 16. Ruina muri Ierichuntis, 6, *v.* 20. Lapides pluentes, 10. 11. Sol in medio cœli ſubſiſtens

ſiſtens ad ſpacium vnius diei, *v.*11. Samſon & eius natiuitas miraculoſa, *Iudic.*13.3. Leonis per eum interfectio, 14.6. Strages mille virorum vnica aſini maxilla ab eo edita, 15.15. Fluxus aquæ ex maxilla aſini, *v.*19. Portarum Gaza ad montem deportatio, 16.3. Ædium deiectio & mors, 3. *v.*9. Dagon ante arcam corruens, 1. *Sam.*5. *verſ.*2.3. Percuſſio Philiſtæorum in poſterioribus, *v.* 9. Reductio arcæ, 6.7. Vocatio Saulis ad regnum, 10.1.&c. Ionathæ cum armigero ſtratagema, & Philiſtæorum profligatio, 14.14. Cædes Goliath per Dauidem, 17,49. Liberatio Dauidis à Saule, & aliis hoſtibus infenſiſſimis, 1. *Sam.*18.19.24.25.*&c.cap.* Fames trium amicorum ob violatam fidem Gabaonitarum, 2. *Sam.*21.1. quæ ſeptem viris de familia Saulis ſuſpenſis auertitur, *v.* 6,7. &c. Peſtis, 14. *v.*15. Nebula in domo Dei, 1. *Reg.*8.10. Ignis deuorans ſacrificia, 2. *Paralip.*7. *v.*1. Sciſſio altaris Bethel ad vocem viri Dei, 1. *Reg.*13.4. arefacta manus Ieroboam, & eiuſdem reſtitutio, *v.*4.6 Propheta à leone occiſus, *v.*24. Elias à coruis paſtus, 1. *Reg.*17.6. ab Angelo, 19.5. Farina viduæ, 17, *v.*15.16. Reſuſcitatio Filii viduæ, *v.*22. Holocauſti incenſio et conflagratio cœlitus, 18.38. Fortitudo cibi Eliæ dati, 19. *v.*7.8. Aquæ Eliæ pallio diuiſæ, 2. *Reg.*2.8. Eliæ in cœlum raptus, *v.* 11. Miracula per Eliſæum facta, Aquarum diuiſio, 2. *Reg.*2.14. Aquæ exercitui impetratæ, 3, *v.*20. Oleum viduæ, 4, *v.*2,5. Purgatio Naaman Syri à lepra, 5,14. Giezi ad vocem Eliſæ percuſſus, *v.* 27. Ferrum natans, 6,6. Hoſtium excæcatio, *v* 18. Hoſpiti ſterili filius impetratus, 4,17, eiuſdem reſuſcitatio, 2,34. Aquæ lethales ſalubres redditæ, 2. *v.*29.21. Pulmentum amarum dulce redditum, 4,41. Panes famis tempore multiplicati, *v.*43. Hazaeli præſenti, eorum quæ facturus erat, prædictio, 8.12. Cadauer mortui Eliſæi, 13.21. Ieroſolymitana obſidio ſoluta, & Syri profligati, 7, *v.*6.7. ab Angelo octoginta quinque hominum millia interfecta, 19.35. (*Eſai.*37.36.2. *Paral.*32,21.) Horologium Achaz, 20, *v.*10.11. Æthiopum profligatio, 2. *Paralip.*14.&c. Moabitæ, Ammonitæ, &c. mutuis vulneribus concidentes, 20. *v.*15.16.17.18.19.20.23. Oziæ lepra, 26,19.

Tempore captiuitatis Babylonicæ multa etiam acciderunt admiratione digna : vt ſunt, Somnium Nabuchodonoſor de ſtatua, *Dan.*2.1.*&c.* eius per Danielem repetitio & interpretatio, *v.* 16, 29. Sidrach, Miſach, & Abednagonis liberatio, 3. *v.* 25. 26.27.28. Nabuchodonoſor ex hominibus & humana ſocietate expulſio, 4. *v.*21.22. Danielis ex lacu leonum liberatio, 6. *v.*22. Viſiones miraculoſæ Danieli factæ de futuris euentibus, *Dan.*7.8.9.10 11. *cap.* Ionas à piſce abſorptus, & iterum liberatus, *Ionæ* 2. *v.*1.11. Miraculoſæ etiam res ſunt quod Mardochæus ab Aſſuero honoratur, *Eſther* 6.10. Aman Iudæorum hoſtis ſuſpenditur, 7. *v.*10. mandatum crudele in Iudæos abrogatur, 7.10. *&* 8.8. Miracula item ſunt populi Iudaici ex captiuitate dimiſſio, & templi ac ciuitatis reædificatio, 1. *Eſdræ* 1. 2.3.4.5.6. 7. *cap.* & Nehemiæ 2.3.4.6. *cap.* Catalogum miraculorum Dei, Dauid etiam paſſim in Pſalmis ſuis texit, vt *Pſal.*44.1. *&* 76.1. *&* 78.1. *&* 89.1. *&* 105.1 *&* 106.1. *&* 114.1. *&* 115.1. *&* 135.1. *&* 136.1. *&* 145.1. Et Nehemias, *Nehem.*9. *v.*5.6. *&c.*

Miraculorum aliorum variis temporibus à variis editorum, ex ſcriptis tam veteris quam noui Teſtamenti depromptorum in certas claſſes per alphabeti ordinem digeſtio & diſtributio. Aqua è petra fluens, *Exodi* 17.6. Aquæ amaræ dulceſcentes, 15.25. ſalubres redditæ, 2. *Reg.*2. *v.*20.21. pallio Eliæ diuiſæ, *v.*14. Aqua in vinum conuerſa, *Ioan.*2.9. Auricula Malcho reſtituta, *Luc.*22.51. Cæcitate percutiuntur Sodomitæ, *Geneſ.*16.11. Syri, 2. *Reg.*6.18. Saulus, *Actor.*9. *v.*9. Elymas, 13.11. Cæci illuminantur, *Matth.*9.30. *&* 12.22. *&* 15.30. *&* 20.34. *Marc.*8.25. *Luc.*7.21. *Ioan.*9.7. Claudi ambulant, *Matth.*15.30. *&* 21.14. *Actor.*3.7. *&* 14.10. Curuata mulier erigitur, *Luc.*13. *v.*12.13. Dæmones eijciuntur, *Matth.*8.16. *&* 9.33. *&* 12.22. *&* 15.28. *&* 17.8. *Marc* 1. *v.*26.34.39. *&* 3.11 *&* 5.8, *&* 7.29. *&* 9.25. *&* 16.9. *Luc.* 4. *v.*35. 41. *&* 6.18. *&* 8.2. *&* 9.42. *&* 11.14. *&* 12.32. *Actor.*10.18. etiam per malos, *Matth.*7.22. *Marc.*9.39. *Luc.*9.49. *Act.*9.13. Febres curantur, *Matth.*8.15. *Marc.*1.31. *Luc.*4.39. *Ioan.*4.45. *Actor.* 28.8. Ficus areſit, *Matth.*21.19. *Marc.*11.13. Hydropici curantur, *Luc.*14.4. Iordanis fluuius diuiditur, *Ioſ.*3.16. 2. *Reg.*2.14. Leproſi mundantur: Maria ſoror Moſis, *Num.*12. *v.*15. Naaman Syrus, 2. *Reg.*5.14. Languoribus affecti reficiuntur, *Matth.*4. *v.*23.24. *&* 9.25. *&* 12.15. *&* 19.2. *Marc.*1.34. *&* 3. *v.*10.56. *Luc.*4.40. *&* 6.18. *&* 7.21 *&* 9.1. *Ioan.*5.8. *Actor.*5. *v.*16. Manus arida ſanatur, *Matth.*12.14. *Marc.*5.3. *Luc.*6.10. Mare diuiditur, *Exodi* 14.21. Mare vt ſolidum calcatur à Chriſto, *Matth.*14. *v.*25. *Marc.*6.48 *Luc.*6.25. *Ioan.*6.19. Mortui ad vitam reuocantur, 1. *Reg.* 17.22. 2. *Reg.*4. *v.*34.35. *&* 13.21. *Matth.*9.25. *&* 27,52, *Marc.*5. *v.*41.42. *Luc.*7.14. *&* 8. *v.*54.55. *Ioan.*11.44. *Actor.*9.40. *&* 10.10. Panes multiplicantur, *Matth.*14. *v.*19.20. *&* 15. *v.*36.37. *Marc.*6. 4. *&* 8. *v.* 6.7. *Luc.*9.16. *Ioan.*6.11. Paralytici ſanantur, *Matth.*8 13. *&* 9.6. *Marc.*2. *v.*11. *Luc.*5.24. *Ioan.*5.8. *Actor.*9.33. Piſces innumeri capiuntur, *Luc.*5. 6. *Ioan.*21.6. Portæ carceris aperiuntur, *Actor.*5.16. *&* 12.10. *&* 16.26. Profluuium ſiſtitur, *Matth.*9 10. *Marc.*5.29 *Luc.*8.48. Surdi audiunt, *Marc.*7.32. Stater repertus in ore piſcis, *Matth.*17.27.

Miraculum per ſe fieri orant Apoſtoli. *Act.*4.30. miraculis Chriſti glorificatur pater, *Matth.*15.31. miraculis mentientes ſe Chriſtum *Matth.*24.24. miraculis noſtram fidem tentat Deus, *Deut.* 13.3. miraculis potuit cognoſci Chriſtus, *Ioan.*10.25. miraculis probatus eſt Chriſtus à Deo eſſe miſſus, *Act.* 2.22.

¶ EXEMPLA ECCLESIASTICA, & Profana.

*Diuus Gregorius Magnus* Neocæſarienſis Epiſcopus, ob [...] tia miracula θαυματουργος dictus eſt, quibus Gentiles [...] *Theat. Zuing.*

*Sulpitium Bituricenſem* Epiſcopum dæmones verbo f[...] gros oratione curaſſe, mortuos excitaſſe. *Vincent. refert l.*[...] *&* 29.

*D. Elizabethæ, Andreæ Hungariæ regis F.* Ludouici T[...] Landgrauii vxoris miracula *pete ex Bonfini l.7. decadis 2.*

*Hilarion* habebat hoc donum, vt ex odore corporum [...] earum rerum, quas quis tetigerat, ſciret cui dæmoni, vel [...] ſubiaceret. *Hier, in vita Hilarionis.*

*Virginis Æmiliæ* Diſcipulam extincto igne, tutam ab [...] prehenſione, Veſtæ numen præſtitit : qua odorante, cum [...] quam optimam habebat, foculo impoſuiſſet, ſubito ignis [...] *Val. li..c.1.*

*Claudia* virgo veſtalis, vt auctor eſt Hieronymus, cum [...] ſuſpicionem veniſſet, & ſimulachrum Deæ matris M. ex P[...] adductum, in vado Tyberis hæreret: ad comprobandam [...] dicitiam, cingulo nauem pertraxit. *Liu. lib.9. decad* 3.

*Tullia* virgo Veſtalis, inceſti criminis rea, ſpem ſalutis [...] argumento petere auſa eſt. Arrepto enim cribro: Veſta [...] ſacris tuis caſtas ſemper admoui manus: & hoc hauriam [...] aquam, & in ædem tuam perferam. Audacter & temere ia[...] tis, ſacerdoti rerum ipſa natura ceſſit. *Valer. Maxim. libro* [...] *primo.*

---

# Miſeria.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA

MIſeria, Græce ἀθλιότης, ητος, ἡ, & ἄθλιος, ου, ὁ, miſer dicitu[...] tem miſeria, copia tribulationis, & inopia conſo[...] quando multifarie quis patitur, & à nemine releua[...] *Auguſt. lib. diffin.*

Miſer varie deſignatur ab Hebræis, 1. *Dal.* exhauſtus vi[...] cultatibus, 2. *Chelcah,* i. pauper & contemptus. 3. *han,* affli[...] mnoſus, Gall. *quiſue de deſtreſſe & d'ahan.* 4. *Schomem* [...] De quibus vocibus accurate agit Lexicon trilingue Lug[...] *pag.* 486. *col.*1. *&* 2.

Miſer, ærumnoſus, æger, afflictus, probroſus, pudore ſuff[...] *rem.*45.3. *Iob.*3.20. *Pſal.*38.7. *&* 137.8. *Eſa.*16.4. *Iac.*4.8.

Miſerabilis ita differt à miſer, quod miſer eſt in miſeria [...] tus: Miſerabilis vero miſeratione dignus: Ouid.

*Sicq́; miſer ſemper ne ſis miſerabilis vlli.*

A miſero verbo antiquo, fit miſereſco, hoc eſt, moueor m[...] dia: Virgil.

*His lachrymis vitam damus, & miſereſcimus vltr[...]*

A miſercor etiam venit commiſeratio, quæ eſt vel cum a[...] cuius, vel oratione, vel etiam cogitatione, adducimur, vt [...] reamur. A miſericorde fit miſericorditer & miſeriter.

## ¶ PATRVM SENTENTIÆ.

Qui nequiter vult viuere, nonne tanto miſerior eſſe [...] tur, quanto facilius mala eius voluntas impletur? *Aug*[...] *Virgin.*

Quid miſerius miſero, non miſerante ſeipſum, flen[...] mortem, quæ flebat amando Aeneam, non flente mo[...] quæ flebat non amando ſe? *l.1. confeſſ.*

Magna hominis miſeria, cum illo non eſſe, ſine quo [...] eſſe. In quo enim eſt, procul dubio ſine illo non eſt, & ta[...] non meminit, eumq; non intelligit, neq; diligit, cum illo [...] *Trinitat.*

Conſidera quantum potes, quam magnum bonum ſi[...] ſe, quod & beati miſeri volunt, nam ſi hoc bene conſide[...] debis in tantum eſſe te miſerum, in quantum non appre[...] quod ſummum eſt. *de lib. arb.*

Apud Chriſtianos non qui patitur, ſed qui facit co[...] miſer eſt. *Hier. in epiſt.*

Peccantes quouſque tunc conſideremus amplius mi[...] do eos conſpicimus in culpa ſua, ſine flagello derelictos. *Gr*[...] *Ezech.*

Ille bene nouit in exterioribus miſeriis ſubſiſtere, qu[...] interna ſemper gaudere. *ibid.*

Generalis eſt humano generi miſeria triplex, ſi dilige[...] timus, nam & faciles ſumus ad ſeducendum, & debiles a[...] dum, & fragiles ad reſiſtendum. Si diſcernere volum[...] num & malum, decipimur: ſi tentamus facere bonum, de[...] ſi conamur reſiſtere malo, deijcimur & ſuperamur. *Ber*[...] *mone* 8.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...tas non niſi puro corde videtur: ſic miſeria fratris, ...ro corde ſeruatur. *de 12. grad. hum.*

...s de muliere breui viuens tempore, &c. In ſordibus ...n tenebris confouemur, in doloribus parturimur, ante ...onеramus matres, in exitu more vipereo lacera... quod ipſi non laceramur: primam vocem ploratus e... quidem, vtpote vallem plorationis ingreſſi, vt nobis ...ſ ob ex omni parte poſſit aptari. Multis repletur miſeriis, ...ltiplicibus inquam miſeriis corporis, miſeriis cordis, ...n dormit, miſeriis dum vigilat, miſeriis quocunque ſe ...rem.

...anti tibi quid ſis? occurret ti bi homo nudus, & pauper, ...miſerabilis homo, dolens quod homo ſit: erubeſcens, ...ſit: plorans, quod natus ſit: murmurans, quod ſit homo ...borem, non ad amorem: homo natus de muliere, & hoc ...breui viuens tempore, ideo cum metu repletur multis ...propterea cum fletu vere multis, quia coporis & animæ ...

...de vulua egreſſus ſum, vt viderem laborem & dolorem? ...ur in confuſione dies mei. Si talia locutus eſt de ſe ille ...ſanctificauit in vtero: qualia loquar de me, quem ma... in peccato? Heu me! dixerim, mater: quid me ge... amaritudinis & doloris? quare non in vulua mortuus ...ſus ex vtero non ſtatim perii? cur exceptus genibus la... bus, natus in combuſtionem & in cibum ignis? vtinam ...fuiſſem in vtero, vt fuiſſet meum ſepulchrum & vulua ...tus æternus, fuiſſem enim quaſi non eſſem, de vtero ...ad tumulum. *Innocent. de vtilitate condition. hum.*

...o det oculis meis fontem lachrymarum? vt fleam mi... humanæ conditionis ingreſſum? culpabilem humanæ ...onis progreſſum: damnabilem humanæ diſſolutionis e... Conſiderauerim igitur cum lachrymis de quo factus eſt ...d faciat homo, quid facturus ſit homo. Sanè formatus eſt ...erra, conceptus in culpa, natus ad pœnam: agit praua, ...cent: turpia, quæ non decent: vana, quæ non expediunt.

...s eſt homo de puluere, de luto, de cinere: quodq; vilius ...iſſimo ſpermate, conceptus in pruritu carnis, in feruore ...fœtore luxuriæ, quodque deterius eſt, in labe peccati: ...borem, timorem: quodque miſerius eſt, ad mortem. ... quibus offendit Deum, offendit proximum, offendit ...t turpia, quibus polluit famam, polluit perſonam, pol...entiam. Agit vana, quibus negligit vtilia, negligit neceſ...bus ignis, qui ſemper ardet & vrit inextinguibilis: eſca ...ſemper rodit & comedit immortalis: maſſa putredinis, ...t fœtet & ſordet. *ibid.*

## § Sententiae Poeticae.

Ouid. 5. Triſt. 7.

*...mihi non parcis, fortunæ parcere debes,*
*Non habet in nobis illius ira locum.*
*...ge noſtrorum minimum, minimumq; malorum*
*Iſto, quo quereris grandius illud erit,*
*...uam multa madida celantur arundine foſſæ:*
*Florida quam multas Hybla tuetur apes:*
*...uam multa gracili terrena ſub horrea ferre*
*Limite formica grana reperta ſolent:*
*...m me circumſtat denſorum turba malorum,*
*Crede mihi vero eſt noſtra querela minor.*
*...qui contentus non eſt, in littus arenas,*
*In ſegetem ſpicas, in mare fundat aquas.*
*...empeſtiuos igitur compeſce furores,*
*Vela neque in medio deſere noſtra mari.*

Idem 4. Pont. 15.

*...mpora non miſeræ complectar vt omnia vitæ,*
*A meritis eius pars mihi nulla vacat:*
*...numero tot ſunt, quot in horto fertilis arui,*
*Punica ſub lento cortice grana rubent:*
*...fica quot ſegetes, quot Tmolia terra racemos,*
*Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla fauos.*

Plaut. Truc.

*...uelim mihi inimicos inuidere, quam me inimi-cis meis.*
*...m inuidere, alij bene, tibi male eſſe, miſerum eſt.*
*...i inuident, egent: illi quibus inuidetur, rem ha-bent.*

Cleob. per Auſon.

*...tuna inuidia eſt immeritus miſer.*

Ouid. 4. Pont. 10.

*...i veniunt iſtinc, vix vos ea credere dicunt,*
*Quam miſer eſt, qui fert aſperiora fide.*

Sen. Thyeſt.

*...ras, malorum cenſus accreſcit die,*
*...ne eſt miſerias ferre, perferre eſt graue.*

Tibullus 2. 1.

*Ah miſer! quos hic grauiter Deus vrget: at ille*
*Felix, cui placidus leniter afflat amor.*

Plaut. Capt.

*Miſer homo eſt qui ipſe ſibi, quod edit, quærit, & id ægrè inuenit.*
*Sed ille eſt miſerior, qui & ægre quærit, & nihil in-uenit.*
*Ille miſerrimus eſt, qui cum eſſe cupit, quod edat, non habet.*

Sen. Herc. Oet.

*Nunquam eſt ille miſer, cui facile eſt mori.*
*O quam miſerum eſt, neſcire mori!*

Sen. Troad. Act.

*Nemo ſe credit miſerum, licet ſit:*
*Tolle felices, remoueto multo*
*Diuites auro, remoueto centum*
*Rura qui ſcindat opulenta bobus,*
*Pauperi ſurgent animi iacentes.*
*Eſt miſer nemo, niſi comparatus.*

Sen. Herc. Fur.

*Quemcunque miſerum videris hominem ſcias.*

Sen. Agam.

*Miſeris colendos maxime Superos reor.*

Sen. Herc. Oet.

*Miſera mens incredula eſt.*

Plaut. Caput.

*Quia tute ipſe eges in patria, nec tibi quid viuas domi eſt.*
*Omnes inuenire ſimiles tibi vis, non mirum facis*
*Eſt miſerorum vt maleuolentes ſint, atque inui-deant bonis.*

Sen. Oed. Act. 1.

*Nullus eſt miſeris pudor.*

Sen. Herc. fur.

*Quod nimis miſeri volunt,*
*Hoc facile credunt.*
MEG. *Imo quod metuunt nimis,*
*Nunquam amoueri poſſe, nec tolli putant.*

Terent. Adelph. Act. ſc. 3.

*Omnes, quibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt neſcio quo modo*
*Suſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis:*
*Propter ſuam impotentiã ſe ſemper credũt negligi.*

Sen. Thyeſt.

*Proprium hoc miſeros ſequitur vitium*
*Nunquam rebus credere lætis.*
*Rideat felix fortuna licet,*
*Tamen afflictos gaudere piget.*

Sen. Troad. Act. 4.

*Dulce mœrenti populus dolentum,*
*Dulce lamentis reſonare gentes.*
*Lenius luctus lachrimæq; mordent, &c.*
*Turba quas fletu ſimili frequentat,*
*Ferre, quam ſortem patiuntur omnes,*
*Nemo recuſat.*

Ibidem.

*Æquior caſum tulit, & procellas,*
*Mille qui ponto pariter carinas*
*Obrui vidit.*

Ouid. 14. Met.

*Sors autem vbi peſſima rerum eſt,*
*Sub pedibus timor eſt, ſecuraq; ſumma malorum.*

Sen. Oed.

*Solent extrema ſecuros facere mala.*

Ouid. 5. Met.

*O vtinam à noſtro ſecedere corpore poſſem!*
*Nec mihi mors grauis eſt poſituro morte dolores.*

Ouid. Epiſt. 10.

*Occurrunt animo pereundi mille figuræ,*
*Morsq; minus pœnæ, quam mora mortis habet.*

Sen. Troad.

*Si vis Vlyſſe cogere Andromachen metu:*
*Vitam minare, iam mori votum eſt mihi.*

Ouid. 1. Triſt. 2.

*Nec lethum timeo, genus eſt miſerabile lethi:*
*Demite naufragium, mors mihi munus erit.*

Virg. Aeneid. lib. 12.

*Forſan miſeros meliora ſequentur.*

Lucanus Pharſaliæ lib. 3.

*Et tantum miſeris iraſci numina poſſunt.*

Idem lib. 8.

*Longi pœnas fortuna fauoris*
*Exigit à miſero.*

Iuuenal. ſat. 8.

*Curandum in primis, ne magna iniuria fiat*

*Fortibus*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Fortibus & miſeris: tellas licet omne quod vſquam eſt*
*Auri atque argenti gladium ſcutumq́; relinques,*
*Et iacula & galeam: ſpoliatis arma ſuperſunt.*
*Quod modo propoſui non eſt ſententia: verum*
*Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.*

## ¶ Philoſophicæ Sententiæ.

Præſtans valetudine, viribus, fortuna, acerrimis integerrimisq́ue ſenſibus, etiam ſi libet, velocitatem da, diuitias, honores, imperia, opes, gloriam: ſi fuerit is qui hæc habeat, iniuſtus, intemperans, timidus, hebeti ingenio, atque nullo, is erit profectò miſerrimus. *Tuſc. Cic.*

Ita viuere, vt non ſit viuendum, miſerrimum eſt. *Cic. Caio Mario Famil.7.*

Optime miſerias ferunt, qui abſcondunt. *Curt. lib.5.*

Modum verborum miſero tenere difficile. *Idem, lib.6.*

Parum fidei miſeris eſt. *Salluſt. de bello Iug.*

Quis eſt enim tam compoſitæ fœlicitatis, vt non aliqua ex parte, cum ſtatus ſui qualitate rixetur? Anxia enim res eſt, humanorum conditio bonorum: & quæ vel nunquam tota proueniat, vel nunquam perpetua ſubſiſtat. Huic cenſus exuberat, ſed eſt pudori degener ſanguis. Hunc nobilitas notum facit, ſed anguſtia rei familiaris incluſus, mallet eſſe ignotus. Ille verò vtraque circumfluus, cœlibem deflet. Ille nuptiis felix, ſorbus liberis alieno cenſum nutrit hæredi. Alius prole lætatus filii filiæve delictis mœſtus, illachrymat. Icirco nemo facile cum fortunæ ſuæ conditione concordat. Ineſt enim ſingulis, quod inexpertus ignoret, expertus exhorreat. *Boet. lib. 2. de Conſol. proſa. 4.*

Sapiens miſer plus miſer eſt, quam ruſticus miſer: ſcit enim exaggerare cauſas dolendi, quas ruſticus miſer ignorat. *Sap. pri. Boetij de conſol.*

Miſerum te reputo, quia nunquam fuiſti miſer, tranſiuiſti vitam, & non inueniſti aduerſarium, nimis fuiſti, miſeros reputo qui nimia felicitate torpeſcunt. *Sen. in quad. epiſt.*

Calamitoſus eſt animus futuri anxius: ante miſeriam miſer, qui ſollicitus eſt, vt ea quibus delectatur, ad extremum vſque permaneant: nullo enim tempore conquieſcet, & expectatione futuri, præſentia, quibus frui poterat, amittet. *ibid.*

## ¶ Exempla Historica.

Ἐν τετράδι γεννηθῆναι, id eſt, *quarta luna naſci* dicuntur, qui parum feliciter nati ſunt, vt auctor eſt Euſtathius, in libro Iliadis β. propterea quod *Hercules* hac luna natus feratur, cuius omnis vita laborum plena fuit. Pyrrhus apud Lucium Florum dicebat, ſe ſibi videri Herculis ſidere natum: quod quo pluribus victoriis Romanos concideret, hoc acriores in ipſum coorirentur. *Eraſm. in Chiliadibus.*

*Phaethontem & Tantalum*, quamuis ſcanderint in cœlum, vt perhibent poetæ: propter dementiam tamen in ſummas miſerias inciderunt. *Plut. de Exilio.*

## ¶ Fabulae.

### Aſinus ſylueſtris.

Sylueſtris aſinus proſtratum in ſole manſuetum aſinum cernẽs, beatum illum iudicabat animo ſuo, qui & cute nitida & bene habito corpore eſſet. Mox videns eundem & onera ferre & ab agitatore fuſtibus cædi, non ego te, inquit, magis beatum eſſe duco, intelligo enim cum quanta calamitate tua bona confuſa ſint.

Fabula docet, commoditates coniunctas cum miſeria non eſſe appetendas. Et ait in Tragœdia Medea:

Μή μοι γένοιτο λυπηρὸς εὐδαίμων βίος,
Μηδ᾽ ὄλβος ὅστις τὴν ἐμὴν κνίζοι φρένα.
*Ne ſit moleſta, beata vita mihi quoque,*
*Neque copia mentem meam quæ mordeant.*

### Lepores & Ranæ.

Lepores quodam in conuentu de miſeria & fortuna infelice vitæ ſuæ conqueſti, quod & à beſtiis illa & ab hominibus impugnaretur, nam & canibus, & aquilis; & omnibus propemodum feris carniuoris ſeſe direptioni & prædæ eſſe, tum ſibi mortẽ vltro cõſciſcere velle decreuerunt, ſtatuebant enim multo eſſe ſatius ſemel interire, quam ſempiterna formidine agitari. Itaque, re probata vniuerſis ad proximam paludem cuncti impetu maximo ferebantur, vt in aquis demerſi ſuffocarentur. Ranæ autem, quæ forte in herbis iuxta paludem enatis incubabant, incurſione leporum territæ, ſubito omnes in paludem ſe fugientes demiſere. Tum vnus inter lepores reliquis ſapientior; State, inquit, ſocii; neque in vos ipſos grauius quicquam conſulite, Nam nos quoq; vt videtis, quædam animantes metuunt, quas ſcilicet eſſe miſeriores nobis oportet.

Fabula oſtendit, afflictis aliorum miſerias ſolatio eſſe.

*Vide Tit. Aduerſitas, Afflictio, Calamitas, Infelicitas.*

# Miſericordia.

## ¶ Definitio et Etymologia.

Miſericordia, Græce ἔλεος, εος, τὸ, & ἐλεήμων, ονος, ὁ, miſer... citur. Eſt autem miſericordia ægritudo animi ob al... miſeriarum ſpeciem, *ſecundũm Senecam libro de* ... *tia.*

Sed etymon vocis hanc definitionem impugnat. Sæpi... cordatis hominibus aliorum miſeria cordi eſt, cui opem ſe... riter feſtinant, & iubet Apoſtolus, *Rom.* 12.8. vt qui miſeretu... no largitur aliquid, in hilaritate faciat. Non ſignificat igi... tiam cordis, ſed opus benignitatis & clementiæ ex amor... cum hilaritate cordis ipſi miſero præſtitum. Neq; Hebræ... *cham*, i. Miſereri, amare, diligere. Vnde *Rachum*, miſericor... ca ἔλεος; vllam animi ægritudinem ſua notatione ſignific... tantum aut amorem & cordis propenſionem erga miſeru... pſum amoris effectum. Plura vide in Lexico trilingui Lug... 486. & 487.

Miſericordia eſt triſtitia in alienis malis, *ſecund. Ioann. D... lib. 2. c. 24.*

Miſericordia eſt ægritudo ex triſtitia alterius iniuria lab... Nemo enim parricidæ, aut proditoris ſupplicio miſericord... mouetur, *ſecund. Cic. lib. 4 Tuſc. q.*

Miſericordia eſt alienæ miſeriæ, in noſtro corde compa... vtique ſi poſſumus, ſubuenire compellimur, *ſecund. B. A... ciuitate Dei, & prima part. q. 21. art. 3.*

Miſericors à compatiendo alienæ miſeriæ, vocabulum ... tus, & hinc appellata eſt miſericordia, quia miſerum cor fa... miſeria, *ſecund. Iſid. lib. Etymol.* Veteres etiam miſero pro m... miſereo pro miſereor dicebant. Ennius: *Miſerete manu... rum: Quo me animã priuem.*

Miſeratio, Græce οἰκτιρμὸς, ὁ, dicitur; & eſt vſus ſeu aff... ſericordiæ, quæ eſt virtus, *ſecund. B. Thom. ſuper Pſalm. 24...* citur à miſeror, aris, quod ita differt à miſereor, eris: quod... paſſiuum affectum habet, eſt enim corde anxium eſſe e... miſeria. Miſereri verò actiuum eſt, & eſt verbis aut lachrym... pe dolorem, quem ex alicuius miſeria habemus, oſtendere. ... reor fit miſericordia, quæ eſt ægritudo cordis, ex miſeri... iniuſtè laborantis ſuſcepta: nam dolor ex parricidæ, au... ris, aut alterius ſcelerati ſupplicio ſuſceptus, mollities qu... mi, non miſericordia eſt. A miſeris fit miſeratio, quæ ſigni... ſericordię, qua ex alicuius infelicitate mouemur. Item à m... fit miſericors, qui ex alicuius calamitate dolorem animo ... miſerando miſerator, qui opus aliquod miſericordiæ exh... miſeretur. Item miſereor genitiuo vel datiuo iungitur. ... *O virgo miſerere mei.* Miſerator accuſatiuo. Virg. *Aut m... amantem eſt.* Hæc omnia à miſer veniunt.

## ¶ Biblici Loci.

Miſericordia, pro officiis humanitatis, *Matth.* 9. v. 13. & ... ſynecdochen, pro gratia, *Iudæ* v. 2. miſericordia reſipiſcent... miſſa, *Deut.* 30. v. 2. 3. *Eſai.* 55. 7. *Ierem.* 12. 16. & 36. 3, *Ezech...* 18. 30. miſericordia miſericordi promittitur, *Matth.* 5. 7. m... dia commendatur, *Prou.* 11. 17. *Matth.* 6. 8. *Zach.* 7. 9. *Luc.* 6... 4. 32. *Luc* 3 13. 1. *Petr.* 3. 8. miſericordia ſacrificiis anteferen... v. 6 *Matth.* 9, 13. & 12. 7.

Miſericordiæ bona. *Prou.* 21. v. 21. miſericordiæ oper... exhibenda, 1. *Sam.* 13. 6. 2, *Paral* 28. v. 9 15. *Pſal.* 113. v. 5. 9. *Prou...* & 14. 21 & 15 27. & 24. v. 21. 31. & 19. 7. & 25. 21. *Eccl.* 4. v. 1... 18. *Eſai.* 59. 2. *Oſe.* 6. 11. *Mich.* 6. 8. *Zach.* 7. 9. *Matth.* 5. 7. & 9. 13 ... & 10. 33 & 25. 41. *Marc.* 9. 40, *Luc.* 6. 35. & 10. 33. *Rom.* 12. 13. ... *Coloſſ.* 3. 12. 1. *Tim.* 5. 10. Miſericordiæ viſcera, id eſt, tenerrim... & ſumma miſericordia, induenda, *Coloſſ.* 3. 12.

Miſerationis multæ Deus, *Exodi* 34. v. 6, *Pſalm.* 86. ... 145.

Miſeretur Deus cuius vult, *Exodi* 33. 19. *Rom.* 9. 15. miſer... propter promiſſiones ſuas, 2. *Reg.* 13. 23, vt miſereatur noſt... randum, *Num.* 6. v. 2. miſereatur tui Deus, benedictioni... *Gen.* 43. 29.

Miſeratio, benignitas, nempe Dei, *Exodi* 34. 6. *Nehem.* 9... v. 14. 22. *Eſa.* 63. 7. *Ion.* 4. 2. Miſeratio beneficium quod D... gno confert homini, *Geneſ.* 32. 10. Miſerationes Dei, 1. *Par...* *Nehem.* 9. 27. 31. *Pſalm.* 25. 6. & 40. 12. & 51. 3. & 69. 17. & 103... 77. & 145. 9. *Eſa.* 54. 7. & 63. 15. *Ierem.* 16. 5. *Thren.* 3. 22. *Dan...* *Oſe.* 2. 19.

Miſeratio, miſericordia hominis erga hominem, *Iob* 31. ... 7. 9. *Philip.* 2. 1. *Heb.* 10. 28.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

omo, *Iudic.*5.27.*Eccl.*5.15.1.*Cor.*15.19. *Apoc.*3.17.
us,i.propitius eſt hominibus, *Geneſ.*39.v.21. *Deut.*8.
6.2.*Reg.*13.23.*Pſal.*30.11.& 60,3.& 103.13. *Eſai.*54.8.
7.v.3.6 *Ion.*3.10.*Rom.*9.v 15 16.18. & 11 32. *Philipp.*2.
Chriſtus Deus homo, inter homines verſans. *Mat-*
14.& 20.34.*Marc.*1.41.& 5.19.& 6.34. Miſeretur ho
*Exodi* 2.6.*Ruth.*2.19. *Pſal.*37.v.21.26.& 103.13. & 112.5.
& 19.17.*Matth.*18.33. *Rom.*12.8. *Iud.*v.22.
cordia Dei erga homines, *Exodi* 20.6.& 34.7. *Deut.*7.v.9.
& 24.14.2.*Paral.*1.8.*Nehem.*9.v.19.28 32 *Pſal.*5.8.&
& 51.3. & 86. v.5.13.15. & 89.v.2.3 25.29.34.50. &
17. Denique liber Pſalmorum totus eſt in amplifican-
homines miſericordia, *Eſai.*54.v.8.10. & 63.7. *Ierem.*33.
v.22.32.*Oſe.*2.v.19.23.*Ioel.*2.v.13.*Abac.*3.v.2.*Zach.*1.v 16.
4.58.70.78 *Rom.*9.v 23.& 11.30. & 12.1.2 *Cor.*1 3. & 4.1.
*Epheſ.*2,4,1.*Timoth.*1.v.13.16. *Tit.*3.5. *Iac.*2.13. 1.*Petr.*1.3.

cordia Chriſti mediatoris, cum hominibus in terra ver-
7.13.& 10.33.
cordia, benignitas hominis erga proximos. *Geneſ.*20.13.&
14.& 47.29.*Ioſ.*2.12.*Iudic.*1.24.1.*Sam.*15.6 2.*Sam.*2.5.6.
*Pſal.*109.16.*Prou.*22.9.*Oſe.*6.7.*Matth.*9.13.& 23.v.23.*Iac.*

cors Deus, *Exod.*22.27.& 34.6.*Nehem.*9.17. *Pſal.*78.38. &
8. Vide Miſerator Deus, *Ioel* 2.13.*Ion.*4.2.*Luc.*6.36. *Iac.*5.
ericors Chriſtus, *Hebr.*2.17. Miſericors homo, *Prou.*11.17.
*th.*5.7.*Luc.*6.36.*Eph.*4.32.1.*Pet.*3.8.

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

*Miſericordia Dei eſt generalis, nullum excludendo.*

ſerebor, cui voluero. & clemens ero, in quem mihi placue-

ator Domine Deus, miſericors, & clemens, patiens, &
rationis, ac verax: qui cuſtodis miſericordiam in millia,
iniquitatem, & ſcelera, atque peccata: nullúsque per ſe
: qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus, in
ac quartam progeniem. 34.
enim ſum Dominus Deus tuus, & faciens miſericordiam in
millia, diligentibus me, & cuſtodientibus præcepta mea.

qua Dominus Deus tuus ipſe eſt Deus fortis & fidelis, cu-
pactum & miſericordiam diligentibus ſe, & his, qui cuſto-
præcepta eius, in mille generationes 57.
ericordia Domini plena eſt terra. *Pſal.*32.
Domine Deus miſerator & miſericors, patiens, & multæ
rdiæ. 85.
rator & miſericors Dominus. 144.
Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia o-
*ibid.*
Deus noſter ſuauis & verus es, & patiens, & in miſeri-
ponens omnia. Etenim ſi peccauerimus, tui ſumus, ſcien-
tudinem tuam: & ſi non peccauerimus, ſcimus quoniam
ſumus computati. *Sap.*15.
ratio hominis circa proximum ſuum, miſericordia autem
per omnem carnem. *Eccl.*18.
parabitur in miſericordia ſolium *Eſai.*16.
quia tu Deus clemens & miſericors es, patiens & mul-
rationis, & ignoſcens ſuper malitia. *Ion.*4.
voluntas ante Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt, vt pereat
puſillis iſtis. *Matth.*18.
autem qui diues eſt in miſericordia. *Epheſ.*2.

*Salutaris, mœrentes conſolando.*

miſericordia tua Domine ſuper nos, quemadmodum ſpera-
te. *Pſal.*32.
ſecundum altitudinem cœli à terra corroborauit mi-
ſuam ſuper timentes ſe. 102.
modo miſeretur pater filiorum. *ibid.*
gratia Dei & miſericordia eſt in ſanctos eius & reſpe-
ctos eius. *Sap.*5.
miſericordia Dei in tempore tribulationis: quaſi nubes
tempore ſiccitatis. *Eccl.*15.
tionum Domini recordabor. *Eſa.*63.

*Reuertentes ſuſcipiendo.*

enim & clemens eſt Dominus Deus veſter, & non auertet
ſuam à vobis, ſi reuerſi fueritis ad eum. 2.*Paral.*30.
bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requi-
num Deum patrum ſuorum. *ibid.*
pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini.
enim maieſtas ipſius eſt, tanta eſt & eiuſdem miſericordia.

magna miſericordia Domini, & propitiatio illius con-
ad ſe. 17.

Ad punctum in modico dereliqui te: & in miſerationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui: dixit redemptor tuus Dominus. *Eſa.*54.

Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti. *Thren.*3.

Vnde debuit per omnia fratribus ſimilari vt miſericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt propitiaret delicta populi. In eo enim, in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt & eis qui tentantur auxiliari. *Heb.*2.

Non enim habemus pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum autem per omnia ſimilitudine abſque peccato. Adeamus, ergo, &c. *Vide in tit.* Gratia 4.

*Miſericordia ad proximum Deo placet.*

Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam, timorem Domini dereliquit. *Iob.*6.

Diligit miſericordiam & iudicium. *Pſal.*32.

Beatus, qui intelligit ſuper egenum & pauperem. 40

Quia miſericordiam & veritatem diligit Dominus Deus. 38.

Miſericordia & veritas te non deſerant. Circunda ea gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam & diſciplinam bonam coram Deo & hominibus. *Prou.*3.

Qui credit in Domino, miſericordiam diligit. 14

Facere miſericordiam & iudicium, gratius eſt Domino, quam victima. 31. & *Matth.*9.

Qui facit miſericordiam, fœneratur proximo ſuo. *Eccl.* 28.

Qui facit miſericordiam, offert ſacrificium. 35.

Miſericordiam & iudicium cuſtodi, & ſpera in Deo tuo ſemper. *Oſe.*1.2.

Indicabo tibi ô homo! quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te. Vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo. *Mich.* 6.

Miſericordiam volo, & non ſacrificium. *Matth.*9.

Iudicium ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam. *Iacob.*2.

*Bonum auget gratia.*

Benefacit animæ ſuæ vir miſericors. *Prou.* 11.

Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. 24.

Qui ſequitur iuſtitiam & miſericordiam, inueniet vitam, iuſtitiam & gloriam. 21.

Omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operum ſuorum. *Eccl.* 19.

Gratia ſicut paradiſus in benedictionibus, & miſericordia in ſeculo permanet. 40.

Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. *Matth.*5.

Pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. 1. *Tim.* 4.

*Corporalis ſubſtantia.*

Clementia præparat vitam. *Prou.*11.

Miſericordia & veritas præparant bona. 14.

Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & ſuper eos miſericordia liberabit. *Eccl.* 40.

Sed & illi viri miſericordiæ 44.

*Miſericordia eſſe debet ordinata erga proprium ſubiectum.*

Miſerere animæ tuæ placens Deo, & contine, & congrega cor tuum in ſanctitatem. *Eccl.* 30.

Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt: deinde pacifica, modeſta, tractabilis, bonis conſentiens, plena miſericordiæ & fructibus bonis, iudicans ſine ſimulatione. *Iacob.* 3.

*Erga proximum.*

Iucundus homo, qui miſeretur, & commodat. *Pſal.* 111.

Homo indigens miſericors. *Prou.*10.

Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare non ceſſes. Si dixeris, vires non ſuppetunt, cui inſpector eſt cordis, intelligit, & ſeruatorem animæ tuæ nihil fallit. 14.

Qui miſericordiam habet, docet, & erudit, quaſi paſtor gregem ſuum. *Eccl.*18.

Ne auertas faciem tuam à proximo tuo, & ab auferendo partem, & non reſtituendo. 41.

Miſericordiam, & miſerationes facite, vnuſquiſque cum fratre ſuo. *Zach.* 7.

Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt. *Luc.* 6.

Eſtote inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis. *Epheſ.*4.

## ¶ Patrum Sententiae.

Miſericordia eſt animi condolentis affectus, cum additamento beneficii, vt compatiamur proximo, & largiamur de proprio. *Aug. de defin.*

Nihil ad miſericordiam ſic inclinat, atque proprij periculi cogitatio. *ad Gal.*

Vide quid tibi debeatur, & quid dederit, qui gratias dedit. Data eſt venia peccatori: datus eſt ſpiritus & ſpes iuſtificationis: data

eſt cha-

eſt charitas & dilectio,in qua omnia bona facias : ſuper hæc dabit & vitam æternam & ſocietatem angelorum. Totum de miſericordia. Merita tua nuſquam iactes , quia & ipſa tua merita Dei dona ſunt. *Idem in Pſal.* 244.

Non eſt quo fugias à Deo irato , niſi ad Deum placatum. *ſuper Pſalm.*74.

Beati illi qui ſubueniunt miſeris : quoniam eis rependitur,vt per miſericordiam Domini de miſeria liberentur , nam idipſum videtur iuſtum , vt qui à potentiore adiuuari vult, adiuuet inferiorem, in quo eſt ipſo potentior. *de ſerui. dom.*

Melius eſt,vt nullus ſit miſer , quam vt tu facias miſericordiam. Qui enim vt faciat miſericordiam, optat eſſe miſericors, crudelem habet miſericordiam : quomodo ſi medicus , vt exerceat artem ſuam, optat eſſe multos ægrotos,crudelis eſt medicina. *ſup. Pſalm,*

Miſericordia, eſt alienæ miſeriæ in noſtro corde compaſſio, qua vtique ſi poſſemus , ſubuenire compellimur. *libro 9. de ciuitate Dei.*

Longe melius & humanius & piorum ſenſuum accommodatius,in Cæſaris laude locutus eſt Cicero, vbi ait : Nulla de virtutibus tuis nec admirabilior nec gratior miſericordia eſt. *Ibid.*

Multo miſericordius operatur,quis circa animas infirmorum, qui bonæ famæ ſeruorum Dei conſulit : quam erga corporum ægrotantium , qui panem eſurientibus tribuit. *De opere monachorum.*

Nec omiſſo iudicio , ſis etiam pauperi in mala cauſa miſericors, cui ſi parcis,cultello percutis cor, & tanto nequiorem reddis, quanto iuſtam ſibi facere videt. *lib.1.apoc.*

Plurimum intereſt,quo animo quiſque pareat : ſicut enim aliquando eſt miſericordia puniens , ita & crudelitas parcens. *Epiſtola* 64.

Omnis ſumma diſciplinæ Chriſtianæ in miſericordia & pietate eſt quam aliquis ſequens ſi ludibrium carnis patitur,ſine dubio vapulabit. *Amb in 1. ad Tit.4.*

Miſericordia largior,vbi fides promptior. Nihil tam commendat Chriſtianum,quam miſeratio charitatis. *De offic.*

Vana vendere opus eſt,vt quis fide ſyncera & perſpicaci prudentia miſericordiæ munus impleat , ſane ſi quis in ſua declinat emolumenta,crimen eſt : ſi verò pauperibus erogat , & captiuum redimit,miſericordia eſt. *ibid.*

Omnes rei approbati , tam Iudæi quam Græci indigent miſericordia. *Idem 3.c. epiſt. ad Rom.*

De diuina miſericordia amplius ſperandum eſt , quum humana præſidia deficiunt. *Idem in hexa.*

Natura hominum prona eſt ad clementiam, & in alieno peccato ſui quiſque miſeretur. *in epiſt.*

Miſericors & miſerator Dominus, longanimis & multæ miſerationis: ſuauis Dominus omnibus,& miſericordia ſuper opera illius. Tantas audis miſericordias, & in tua virtute audes confidere ? *Idem ad Pel. l. 2.*

Miſericordia affectio eſt,quæ nec voluntate coercetur,nec rationi ſubijcitur: ſed ipſas pias mentes ad compaſſionem dolentium neceſſario cogit affectu : ita etiam , vt ſi peccatum eſſet miſereri, & ſi multum vellem,non poſſem non miſereri. Eſt timor plus humilis fructuoſus , qui cuilibet quantumlibet peccatori facile miſericordiam promeretur,talis timor generat,nutrit & ſeruat humilitatem, manſuetudinem,patientiam,& longanimitatem. *ibid.*

Miſericordia à miſero corde vocata eſt,eo quod vnuſquiſque intuetur quempiam miſerum , & ei compatiens de dolore animus tangitur : ipſe cor miſerum facit,vt eum à miſeria liberet cui intendit. *Greg. in Moral.*

Eſt magnum animi turbati ſolatium,vt homo pulſatus vitiis cum ſe quaſi nudari virtutibus conſpicit , ad ſolam diuinæ miſericordiæ ſpem recurrat. *Idem l.2 mor.*

Sunt quidam miſericordes de iis, quæ ad ipſos non pertinent: qui ſcandalizantur,quod non datur omnibus abundanter,ſic tamē, vt ipſi ne in modico quidem grauentur : qui ſi miſericordes eſſent, de ſuo facere deberent miſericordiam : ſi non poſſent de terrena ſubſtantia, & voluntate bona darent eis,qui contra eos fortaſſe peccare videntur,darent dulce ſignum,verbum bonum,quod eſt ſuper datum optimum , vt eorum mentes ad pœnitentiam reuocarent. Denique his omnibus, quos in peccato eſſe cognoſcerent, compaſſionem impenderent & orationem , alioquin miſericordia illorum nulla eſt, & miſericordiam conſequentur nullam. *Bernhardus ſermon.4.*

Septem in me video miſericordias Domini,quas & vos ipſi facile inueneritis in vobis, prima eſt, quod à multis peccatis adhuc in ſeculo poſitum cuſtodiuit. Prima quidem non inter omnes,quas mihi impendit, ſed prima inter has ſeptem. Quis enim non videat, quod ſicut in multa cecidi , ſic & in alia poteram cecidiſſe peccata, niſi omnipotentis pietas me conſeruaſſet ? Fateor & fatebor, niſi quia Dominus adiuuit me, paulo minus cecidiſſet in omne peccatum anima mea. Secunda miſeratio,quæ non poterit explicari ſermone,quam benigna,quam libera,quam gratuita : ego peccabam, & tu diſſimulabas , non continebam à ſceleribus , & tu abſtinebas à verberibus : prolongabam ego multo tempore iniquitatem, & tu

Domine pietatem tuam. Tertia,quod viſitauit cor me
uit,vt amara fierent , quæ male dulcia prius erant.
pœnitentem miſericorditer ſuſcepiſti, vt in eorum n
rer , de quibus Pſalm. Beati quorum remiſſæ ſunt i
Quinta, per quam mihi continendi deinceps, & eme
di præſtitiſti virtutem,nec recidiuam paterer, & eſſet n
ror peior prior priore. Poſtquam in his quinque mi
malo liberaueris,in duabus aliis, bona largieris, hæ d
promouendi , qua videlicet munus bonæ conuerſatio
& ſpes obtinendi , qua donas homini indigno , & pec
toties experta bonitate vſque ad cœleſtia ſperanda præ
*mon.*88.

Magnæ miſericordiæ ſunt quatuor filiæ, ſcilicet A
tudinis,Subtractio opportunitatis, Virtus reſiſtendi, & S
ctionis. *in ſerm.*

Peccata aliqua minima ſunt,alia magna,alia medioc
ptèrea triplici egent miſericordia,parua,mediocri,& m
*med.*

Deus triſtatur non de ſua iniuria,ſed de noſtra perdit
rex benignus audiens criminoſas perſonas , lege quidem
lente,ipſe mortis ſententiam dictat aduerſus eas : tamen
dia inſtigante lachrymas fundit ſuper ipſas, & vult eas a
non poteſt,contradicente ſibi iuſtitia , quoniam miſeri
eſt verè miſericordia, ſi ſic facta ſit, vt iuſtitia per eam n
natur. Si autem contempta iuſtitia, miſericordia obſer
miſericordia non eſt miſericordia , ſed fatuitas. Iuſtitia
miſericordia non eſt iuſtitia,ſed crudelitas : ſicut & miſe
ne iuſtitia , non eſt miſericordia , ſed fatuitas. *Chryſoſ*
*Matth.*

Miſericordia eſt ſalutis præſidium, fidei ornamentum,
tio peccatorum,hæc eſt,quæ iuſtos probat,ſanctos robor
tores oſtentat. *ibid.*

Habens intellectum curet omnino, ne taceat : ha
affluentiam , vigilet , ne à miſericordiæ largitate torpe
artem qua regitur , magnopere ſtudeat vt vſum & vtil
proximo partiatur : habens loquendi locum apud d
mnationem pro retento talento timeat , ſi non quotidi
let , apud diuitem pro pauperibus intercedat. *Raba*
*thæi* 25.

Qui eſurientem pane verbi reficit, & ſitientem pot
refrigerat,qui errantem in domum patris reuocat, qui in
protegit,qui infirmum fide aſſumit & confirmat, qui tr
oppreſſo ſubuenit , compatiendo vel conſolando , veram
nem adimplet. *Rab. ibid.*

Miſericordia conſiſtit in eleemoſynis largiendis, in
lerandis, in conuitiis remittendis, & imperitis corrig
*dem.*

Miſericordiæ virtus tanta eſt:vt ſine illa cæteræ,etſi ſin
non poſſint. Quamvis enim aliquis fidelis ſit,caſtus,& ſo
liis maioribus ornatus inſignibus , ſi miſericors tamen n
ſericordiam non meretur. *Leo Papa in ſer. de apar.*

In illo magno ſummoque iudicio tanti æſtimabitur ve
tis benignitas,vel tenacitatis impietas , vt pro plenitudine
virtutum & pro ſumma omnium commiſſorum , & per v
lum illi in ignem mittuntur æternum , & per vnum bon
troducuntur in regnum. *ibid.*

Benigni quippe principis eſt, ad clementiæ commod
ſilire terminos æquitatum , quando ſola eſt miſericor
mnes virtutes honorabiliter cedere non recuſant. *Ca*
*Epiſtol.*

Egentibus iuſtum eſt,non diuitibus ſubueniri, fundi
mittit in plenum : nam illud potius reconditur , quod
congregatur. *ibid.*

Miſericordia ſubſequitur ad cuſtodiam,ſed præcedit a
conferendam:nam ſi ſolum ſequeretur,nemo donatam
ſi tantum præcederet,nullus poſſet collata ſeruare. Gra
ſunt inſidiæ,quas à tergo diabolus parat : & niſi miſeric
quatur,facilime fragilitas humana decipitur , tunc enim
quis vitium tranſiſſe credit,incuitata magis ignoratione
*Sup. Pſal.*

Miſericors eſt, cum credat,quia nullis beneficiis pro
præſtet : miſerator eſt quum res cadentes ſua pietate
*Caſſ. in Pſal.*

Differunt miſericordia & miſeratio , ſicut fons & ri
ricordia enim quaſi fons eſt affectus : miſeratio quaſi
ctus. *Hugo.*

In regno cœli coram omnibus angelis in conuent
tium,quod Abel paſſus ſit,quod mundum conſeruauit N
Abraham fidem ſeruauit , quod Moyſes legem tulit , q
crucem Ieſu primus aſcendit, Deus tacet : & clamat ſolum
per comedit dicens , eſuriui , qui enim miſericors eſt,
dignus eſt. *Pet. Rau. in ſer.*

Præcedentis miſericordiæ beneficium perdidit , qui
rienti ſemel ſufficere quod donauit : ille autem ad Deu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cordiæ fructus præmittit: à quo pauper nunquam triſtis ab- Val. in ſerm.

Captiuorum etiam redemptio magnum atq; præclarum iuſtitiæ eſt, quod idem ipſe Tullius approbauit. Itaq; hæc benignitas quam reip. eſt vtilis, redimi à ſeruitute captiuos, locupletari Hanc ego conſuetudinem benignitatis, largitioni munerum longe antepono. Hæc eſt hominum grauium, atque magno- Proprium igitur iuſtorum opus eſt, alere pauperes, ac redimere captiuos cum apud iniuſtos etiam ſi qui hæc faciant graues, ac ma- appellentur. His enim maximæ laudis eſt benefacere, quos ne- ſperauit eſſe facturos. Nam qui bonum facit, vel conſanguineo, vel proximo, vel amico, haud vllam, vel certe non magnam laudem meretur, qui facere debet: ſitque impius ac deteſtabilis, niſi fecerit id quod ab eo & natura ipſa, & neceſſitudo exigit: & ſi facit, non tam gloriæ aſſequendæ, quam reprehenſionis vitandæ gratia facit. Qui autem facit alieno & ignoto, is vero dignus eſt laude: quoniam, vt faceret, ſola ductus eſt humanitate. Ibi ergo iuſtitia eſt, vbi ad benefaciendum neceſſitatis vinculum nullum eſt.

Non minus magnum iuſtitiæ opus eſt, pupillos & viduas deſtitutas & auxilio indigentes tueri, atq; defendere, quod adeo vniuerſis lex illa præſcribit: quandoquidem boni quique iudices ad officium ſuum iudicant pertinere, vt eos humanitate naturali fo- ac eiſdem prodeſſe nitantur. *Lactant. Firm. lib. 6. c. 12.*

Homo miſericordiæ diuinæ inexhauſto pelago fretus, ſuauiter ætatem degit. *G. Pachymer. lib. 10.*

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Ouid. 13. Met.

*Tantum miſerere, preceſq;*
*Supplicis exaudi: tibi enim ſuccumbimus vni.*

Sen. Troad.

*Pedibus admoueo tuis.*
*Miſerere matris, & preces placidus pias,*
*Patiensq; recipe, quoq; te celſum altius*
*Superi leuarunt, mitius lapſos preme.*

Claud. epig. Satisfactionis apud Hadrianum.

*precor, heu! me redde mihi, grauibusq; medere*
*Vulneribus, vitamq; iube famamq; reuerti.*
*Quæ per te cecidit per te fortuna reſurgat.*
*Achilleis remeauit Thelephus herbis,*
*Cuius pertulerat vires, & ſenſit in vno*
*Lethalem placidamq; manum: medicina per hoſtem*
*Contigit, & pepulit, quos fecerat ipſe, dolores.*

Plaut. Capt.

*Nunc obſecro te vnum hoc,*
*Quoniam nobis Dij immortales animum oſtenderunt ſuum,*
*Vt qui erum me tibi fuiſſe, atq; eſſe nunc conſeruum velint:*
*Quod antehac pro iure imperitabam meo, nunc te oro per precem,*
*Per fortunam incertam, & per mei te erga bonitatem patris,*
*Perq; conſeruitium commune quod hoſtica euenit manu:*
*Ne me ſecus honore honeſtes, quam ego te, cum ſeruiebas mihi.*
*Atq; qui fueris, & qui nunc ſis, meminiſſe vt memineris.*

Claud. 2. Eutrop.

*ſpes vna mihi, pro fronde Mineruæ*
*Hæc tibi protendo lacrymas ſuccurrere ruenti.*
*Eripe me tandem, ſeruilibus eripe regnis,*
*Neue ades cunctos paucorum crimine damnes,*
*Neu nouatos meritis offenſa prioribus obſtet.*
*Iam iam flecte animum: ſuprema pericula ſemper*
*Dant veniam culpæ.*

Virg. 1. Æn.

*Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.*

Sen. Troad.

*Ag. Cur dextra Regi ſpiritum eripuit tua?*
*Pyr. Mortem miſericors ſæpe pro vita dabit.*

Phocylides.

Ναυηγοῦντι βροτὸν καὶ ἀλίτροπον μὴ δ' ὑπαλύξῃς.
Βέλτιον ἀντ' ἐχθροῦ τυχέειν φίλου εὐμενέοντος.
*Errantemq; mortalem & naufragum ne ſubterfugias.*
*Bonum eſt pro inimico adipiſci amicum beneuolum.*

Ouid. lib. 2. de Ponto eleg. 9.

*Regia (crede mihi) res eſt, ſuccurrere lapſis.*

Iuuen. Satyra 8.

*Miſerere inopum ſociorum.*

Idem Satyra 15.

*Molliſſima corda*
*Humano generi dare ſe natura fatetur,*
*Quæ lachrymas dedit, hæc noſtri pars optima ſenſus.*

Statius in Thebaide.

*Pulchrum eſt vitam donare petenti.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Nemo miſericordiam conſequi dignus eſt, qui nemini miſeretur: neque dignus eſt venia, qui nemini dat veniam. *Ex orat. contra Midiam.*

Quam quiſque natura legem erga reliquos omnes habet, eandem viciſſim erga ipſum alios habere æquum eſt. *Ex orat. 1. contra Ariſto.*

Abſit, iudices, pauperes deſpiciatis, ſufficiens enim ſatiſq; graue eis eſt ſupplicium ipſa paupertas) neque eos, qui labore & induſtria ex æquo & bono viuere volunt. *Ex orat. 1. cont. Ariſt.*

Miſericordia eſt vicina miſeriæ, habet enim aliquid trahitq; ex ea: imbecilles oculos eſſe ſcias, qui ad alienam lippitudinem & ipſi ſuffunduntur. *Sen. l. 1. de clementia.*

Fruſtra rogatur qui miſereri non poteſt, grauis tamen pœna eſt, quem poſt facti pœnitet. Mali cauſa eſt, qui requirit miſericordiam *In Prou.*

Petant etiam innocentes miſericordiæ auxilium. *Qui. l. 13.*

Eorum miſereri oportet, qui propter fortunam non propter crimen in miſeriis ſunt. *Cic. Rhet. vet. l. 2.*

Nulla de virtutibus plurimis, admirabilior nec gratior miſericordia. Homines enim ad Deos nulla re propius accedunt, quam ſalutem hominibus dando. Nihil habet fortuna maius, quam vt poſſit: nec natura melius, quam vt velit ſeruare. *Cicer. in Orat. pro Q. Ligario.*

Omnes homines qui de rebus dubiis conſultant, ab odio, amicitia, ira atque miſericordia vacuos eſſe decet: nam animus haud facile verum prouidet, vbi illa officiunt. *Saluſt. in Catilinaria.*

Nam etſi egregium eſt, hoſtem abiicere, non minus tamen laudabile infelicis ſcire miſereri. *Val. Max. l. 5.*

Tutiſſimum, nec minima laude dignum videtur, alienis inſtrui pro tempore calamitatibus, externæque exemplo miſeriæ aſſueſcere virtuti, probiſque moribus, atque animum vacuum ira, clementia atque miſericordia imprimis comparatum habere: & quum aliquid cuiquam mortalium (veluti res humanæ ſæpe ferre ſolent) aduerſi acciderit: non iam velut feris beluis eſſe duros, ſed generi ſuo male affecto miti affectu ignoſcere, & afflictis pro humanitate commiſereſcere mortalibus oportet. Innumeris namque fortunæ caſibus & inopinatis euentis, fortunas, corpus vitam denique ipſam omnem quiſque obnoxiam trahimus: nil ætatis nobis, nil momenti terrore, periculo, inſidiiſve vacat. Hinc ciuiles ſeditiones terrent, illinc latrocinia, & prædationes infeſtant: aliunde ſemper aliud incumbit, bella, caſus, euenta, incurſus: ipſa demum rerum omnium mutabilitas, incompertis penitus homini cuncta modis momentiſque inſidiantur: in quibus euitare incumbens aſſidue, per occultas vias & incertos exitus, periculum difficilimum eſt admodum illi qui intra ſocietatem cœtuſque hominum degere perrexit. *Diod. Sicul. hiſt. libro 13.*

Dant animum ad loquendum liberè vltimæ miſeriæ. *Liu. Decad. 3. lib. 9.*

Qui multum in ſuorum miſericordia ponunt, ignorant quam celeriter lacrymæ inareſcant. *Curt. lib. 5.*

Miſericordia non parum confert ad leuandas communes mortalium miſerias. *Dionyſ. Hal. l. 2.*

Sicut optimi qui miſerati afflictos, bene ſibi ſperandum putant, ſi non inſolenter vtantur alieno infortunio. *Appian. l. de bel. Pun.*

Flagitiorum deformitas aufert miſericordiam. *Tacit. Annal. libro 11.*

Syracuſanis poſt victorias de Athenienſibus terra marique reportatas, & de captiuorum capitibus conſultante, Nicol. Syracuſanis multa pro concione in medium protulit, vt ciuium ſuorum animos flecteret ad miſericordiam. Inter alia, hæc, Videte ne quid inſolens & inhumanum per elationem commiſeritis. Quænam, obſecro, pietas, quod ſeueritatis exemplum, quod ſpecimen maieſtatis prudentiæve, aut modeſtiæ eſſe poteſt, proſtratum, atque ad pedes procumbentem hoſtem iugulare? Quæ deinde gloria ipſum eundem nudum vinculis conſtrictum vlciſci vlterius, & ſæuire odiis pergere? Nam qui dejectos à fortuna ferocius, neglecta miſeratione inſectatur, quive aduerſus calamitatibus & miſeriis obrutos iram & crudelitatem retinet, hic vtique ſuæ conditionis primum oblitus, imbecillitati humanæ vim afferre videtur. Nemo enim vnquam poſt cœlum conditum in hac vita tanta poteſtate, tanta ſapientia præditus, inueniri potuit, qui fortunæ naturam percipere vel illius volubilitatem ſiſtere valuerit: quæ quidem ſuopte ingenio calamitatibus & humanarum rerum, vti conſpicere licet exagitatione exagitationibusque variis in dies graſſata, tranquillitati ſecundiſque euentibus inſidiatur: quos ipſamet nunquam rata fide, nunquam tuto, vel ſine fraude proſequi videtur. Ac veluti ſui ipſius muneris clementiæve ſumma ſemper inuidia flagrans, ac pœnitentia beneficii à ſe collati, mox vi diuerſum adducta deſæuit, nec, infeſtiſſima, quicquam diu lætum inconcuſſumque eſſe ſinit.

Indignum ſanè, atque atrox nimium videtur, miſeros illos qui ad fidem noſtram & humanitatem, veluti ad aram quandam, confugerunt, ſpe noſtræ benignitatis & clementiæ, & per crudelitatem & ſæuitiam fraudari. Nam qui contra nos ira odioque implacabili flagrando perrexere, in pugna cæſi viribus veſtris, omnes interierunt: iſti vero ſeſe dedentes in veſtram poteſtatem, gladiis ſimul cum ira depoſitis ſupplices pro hoſtibus veſtræ clementiæ facti ſunt. Qui autem in ipſa pugna hoſti arma corpuſque dedunt, eos viribus diffiſos eam vltimam ſalutis ſpem tentare conſtat: quod ſi ſua ſpe deluſi, contra rapiantur ad ſupplicia, calamitatem quidem cogentur illi in

ſperatam ſubire: verum qui id coegerint, auerſo ſane immaniq; ingenio exiſtimabuntur. *Diod. Sicul. l.* 13.

Soli miſericordiæ omnes virtutes cedere honorabiliter non recuſant, *Caßiod. l.* 2. *epiſt.* 9.

## ¶ Apophthegmata.

*Phocion*, nec ex templo aram nec ex humana natura miſericordiam tollendam eſſe dicebat. *Stob. ſer.* 1. *de virtute.*

*Demoſthenes*, Iuſtum eſt, inquit, miſereri, non improborum hominum, ſed eorum qui immerito infelices ſunt. *Stob. ſer.* 44.

*Xerxes* videns Helleſpontum nauibus ſuis conſtratum omnia littora atque Abydenorum plana hominibus referta, iactauit ſe beatum, moxque miſericordia ductus fudit lachrymas, Artabano cauſam huius mutationis quærenti dicens, ſubiit animum meum cogitatio quam breuis ſit hominum vita, quando ex tam numeroſa hominum multitudine poſt centeſimum annum nemo ſuperfuturus eſt. *Herod. lib.* 7.

*Ageſilaus* audiens, in bello ciuili Græcorum multos hinc inde cecidiſſe in pugna, & Spartanos eſſe victores nullo lætitiæ ſigno dato, ſed miſericordia ductus ingenti edito gemitu, Heu Græciam! inquit, quæ tot milites bello inteſtino perdidit, quot ei ſi incolumes ſint ad debellandos barbaros ſint ſatis. *Plut. in apoph.*

## ¶ Similitudines.

*Chryſoſtomi.* Paulus non dixit miſereri ſimpliciter, ſed induite viſcera miſericordiæ: vt ſicut veſtimentum ſemper nobiscum eſt, ſic eleemoſyna. *Hom.* 35. *epiſt. ad Hebr.*

*D. Auguſtini.* Sicut eſt aliquando miſericordia puniens: Ita eſt crudelitas parcens. Quis enim non crudelem verius dixerit eum qui puero pepercerit, volenti obſtinatiſſime de ſerpentibus ludere? Quis autem non miſericordem, qui talia prohibens contemptorem verborum etiam verberibus emendauerit? *Epiſt.* 54. *ad Macedonium.*

*Antiſthenes.* Vt impii iudicandi ſunt, qui aram è fano deripiunt: Sic qui miſericordiam ex humana natura tollere conantur. *Apud Stob. ſer.* 1. *de prudentia.*

## ¶ Biblica Exempla.

Miſericordiæ *exempla*: Dei erga Ioſephum, *Gen.* 39, *v.* 22, Iſraelitas, *Exod.* 15, *v.* 13, Erga populum ſuum, 2, *Reg.* 13, *v* 13, Filiæ Pharaonis erga Moſen, *Exod.* 2, *v.* 6. Rahab erga exploratores, *Ioſ.* 2, 12. Cinæi erga Iſraelitas, 1, *Sam.* 15, *v.* 6, Gabaonitarum erga Saulem, 2, *Reg.* 8, 5, Dauidis erga Miphiboſeth, 2, *Sam.* 9, *v.* 7. Chriſti erga languidos, *Matth.* 9, *v.* 36, & 14, *v.* 14, & 15, *v.* 32, & 20, *v.* 34, *Marc.* 1, *v.* 41. Samaritani erga ſaucium, *Luc.* 10, *v.* 33.

## ¶ Exempla Profana.

*Gulielmus III. Rex.* Siciliæ & Neapolis Panormi coniectus fuerat in vincula ob tyrannidem, ſubſtituto Rogerio F. quem cum ad vindicandam patri factam iniuriam populus propenſum videret, in palatio obſidere cœpit. Is dum per feneſtram proſpicit, in caput vulneratus, periit: populus miſericordia infelicis patris, qui quem nuper regem creatum, nunc mortuum audiret, motus, eductum è carcere in integrum reſtituit. *Collenucius l.* 3. *Hiſt. Neapol.*

*Duo conſulares exercitus* Romanorum a Samnitibus ad Caudinas furcas circumuenti, & ſub iugum miſſi fuerant. Hi ante noctem: quamvis potuiſſent, Capuam ingredi cum nollent. *Campani* faſces, purpuram, lictores conſulibus: veſtimenta & commeatum aliis ex commiſeratione dedere, poſt Capuam ingredientibus, Senatus & populus obuiam ſeſe effudit, multaque hortando monendoque conſolati ſunt dolentes. *Sabellic. lib.* 5. *Enn.* 4.

## ¶ Hieroglyph[ica.]

Ægyptii ſacerdotes *miſerationem per vulturem fem[ore] ...*ſtro proſcindentem exprimebant: illa enim centum ... quibus in filiorum educatione detinetur, nunquam ... longius prouolat, vni illi curæ intenta, ne pullos deſerat. ... 17. *pag.* 169. *B.*

*Genu miſericordiæ* ſedem eſſe, antiqua omnis ſuperſtitio ... tur: vt memoriæ auris, irriſionis naſus habetur. *Idem* ...

*Cedrus ſiue citrus*, arbor fructus gignens odore ac ... ſtantiſſimos, *miſericordiæ pietatiſq;* ſymbolum eſt, propter ... vtiliſſimaſque mortalium generi vires. *Erud. quidam* ... *pag.* 588. E.

## ¶ Fabulae.

### Panthera.

In foſſam delapſa panthera, accurrentibus ruſticis ... innocentem, & quæ nullis ipſorum vnquam damnum ... gant. Hoc alii fieri oportere cenſent: alii inſuper miſeræ ... bum offerunt. Neque defuere tamen, qui fuſtibus & ſaxis ... multarent: & pro mortua ſemianimem relinquerent. No[cte] ... ra cum vires ſuas recollegiſſet, ſaltu è foſſa euaſit, & in ſy[lvas] ... pit. Poſtea in illius loci ruſticos hoſtiliter graſſabatur, ac ... bus iratæ impetum vniuerſis: Ego ſcio & noui, inquit, qui ... caſus dolori fuerit, qui mihi cibos proiecerint: ſed neque ... ignorantur, à quibus pulſata & icta vulnerataque ſim.

Fabula monet, vt miſeris & in mala præcipitatis, parcere ... ne fortuna inſtaurata, accepta damna & contumelias vi[ndicent].

*Vide Clementia, Commiſeratio, Eleemoſyna.*

---

# Modeſtia.

## ¶ Definitio et Etymolog[ia.]

Modeſtia, Græce σωφροσύνη, ης, ἡ, & σώφρων, ονος, ὁ, mode... tur. Eſt autem modeſtia in animo continens moder[atio] cupiditatum. *ſec. Cic. l.* 3 *Rhet. nouor.*

Modeſtus, Hebr. *Hanav*, vnde *Hani*, miſer, pauper. ... verbum *Hanav* cum verbo *Hanah*, conſiderauit attente ... pius miſeriis & ærumnis exercitatus conſiderat & cog... pſum. Inde naſcitur modeſtia, quæ in vtraque fortuna m... net.

Modeſtia eſt, per quam pudor honeſtatis, claram & ſtabi[lem] parat authoritatem. *ſec. Cic. Rhet.*

Modeſtia eſt ſcientia eorum, quæ aguntur aut dicun[tur] ... candorum. *ſec Cic. lib.* 1. *Offic.*

Modeſtia à moderor, quod modo cum accuſatiuo, mo[do] datiuo iungitur, deſcendit: hinc etiam moderatio, quæ *ſec.* ... *ſec. Secunda, q.* 157. *art.* 3. prouenit ex quadam dulcedine a... qua quis horret omne, quod poteſt alium contriſtare. Et ... Seneca, quod temperantia eſt quædam lenitas animi: Nam ... tas animi è contrario, videtur eſſe in eo, qui non veretur al... triſtare, Cic. Temperantem Græci σώφρονα vocant, eamque ... σωφροσύνην, quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum m... tionem appellare. Nonnunquam etiam modeſtiam. A mod... moderator, hoc eſt, rector & gubernator. Moderor autem ... venit.

## ¶ Divisio.

**Modestia**, *qua moderamur alia, non moderanda per temperantiam, continentiam, clementiam & manſuetudinem, & ſunt quatuor ſcil.*

- *Interior motus animi, in alia tendentis, quem moderatur Humilitas; Cui opponitur Superbia.*
- *Deſiderium pertinentium ad cognitionem, quod moderatur.*
  - *Studioſitas, cui opponitur Curioſitas.*
  - *Bona ordinatio, qua diſcernitur quid faciendum, dimittendum, ... ordine, & in hoc firmiter perſiſtere facit. Cuius oppoſitum Innominatum ...*
- *Corporales motus & actiones, vt decenter fiant & modeſte tam in his quæ ſerio, quam quo ioco aguntur. Quos moderantur tres virtutes (Secundum Andronicum Peripat.) ſcilicet.*
  - *Ornatus, quo in agendis decentia obſeruatur; Cuius oppoſitum In... tum.*
  - *Auſteritas qua in colloquijs, & quibuscunq; alijs adhibetur moder... ius oppoſitum Innominatum.*
  - *Eutrapelia ſecundum Ariſt. quæ eſt modeſtia circa ludos, dicta vel facta ioco ſa tribus obſeruatis, B. Tho. ſec. Secun. q.* 168.
    - *Primo vt ſint verba vel fa[cta non] turpia, vel alias nociua.*
    - *Secundo vt non ſoluatur ... grauitas animæ.*
    - *Tertio, vt alia verba vel fa[cta] ... cra congruant perſonis, locis, tem[poribus] & alijs circumſtantijs.*
- *Humilitas ſecundum Andronicum, quæ eſt habitus non ſuperabun[dans] ... ſumptibus & præparationibus, vt idem Andronicus dicit, qua exclud[it] ... intentionem in exteriori cultu.*

...eſtibus, & ... Per ſe ſufficientia quæ faciat vt non quærantur delitiæ in ſuperfluo cultu: & eſt habitus contentus, quibus oportet & determinatiuus eorum, quæ ad viuere conueniunt. Hæc a Macrobio Parcitas dicitur.

*Simplicitas ſecundum eundem Andronicum, qua excluditur ſuperflua, ſolicitudo: vnde dicit, quod eſt habitus contentus his, quæ contingunt. Hæc a Macrobio Moderatio vocatur.*

...lici Loci.

...atio in rebus omnibus tenenda, 1. *Cor.* 7.35. & 14 40. 1. *Tim.* ... Moderationis *exemplum*: *Paul.* 1. *Cor.* 3.12. & 9.22. ...Modeſtia, vt pris neceſſaria, commendatur, *Rom.* 12. *v.* 3, 16. *Gal.* 5. ...Phil. 4. 5. *Col.* 3.12. *Tit.* 3, 2. 1. *Pet.* 3 8.

## ¶ Patrvm Sententiæ.

...omnibus moribus noſtris nil fiat, quod cuiusque offendat ...tum, ſed quod noſtram deceat ſanctitatem. *Auguſtin. in re-...*

...in re conſilio, non infra deiici, non ſupra attolli, non euadere in ...non extendi in latius. Tene medium, ſi non vis perdere mo-... hus medius tutus eſt, medium, ſedes modi, & modus virtus. ...*l. 1. de conſider.*

...lior eſt gradus lentior per iter rectum, quàm velocitas feſtina ...*Leo Papa in ſerm. de pentec.*

...is eſt vox confuſa lætitiæ, inſultationem immoderata hilari-... denuntians. *Caſſ. ſup. Pſal.*

...inia eſt indecens motus diſſoluti animi, & corporis ex intem-...carnali prodiens. *ibid.*

...um eſt ſub amore principis cuſtodire modeſtiam, quæ tam ... quam rara eſt: quia gaudia ſemper animos inquietant mo-...m raro lætis rebus interuenit. *Caſſ. l. 4. epiſt.*

...deſtia eſt, cultum & motum & omnem noſtram occupatio... citra defectum, & citra exceſſum ſiſtere, de qua Horatius,

*Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines,*
*Quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum.*

...in ipſo motu, geſtu, inceſſu, tenenda verecundia. Habitus e-...mentis in corporis ſtatu cognoſcitur: hinc homo cordis noſtri ...dior, aut leuior, aut iactantior, aut turbidior, aut contra gra-... & conſtantior, & purior & maturior æſtimatur. Itaq; vox quæ-...eſt animi corporis motus.

...geſtus probabilis, in quo ſit ſpecies authoritatis, grauitatisq; ...tranquillitatis veſtigium, ita tamen vt ſtudium deſit, atque ... ſed motus ibi ſit purus ac ſimplex.

...molliculum & infractum aut vocis ſonum, aut corporis ge-...non probo, ita neque agreſtem, neque ruſticam naturam imi-... effigies enim forma diſciplinæ, forma honeſtatis eſt.

...pulchritudinem viuendi tenere, conuenientia cuiq; ſexui ... reddere: hic ordo geſtorum optimus, hic ornatus ad o-...nationem commodus.

...natura informet. Si quid ſane in natura vitii eſt, induſtria ... *Amb. Offic. l. 1. c. 18.*

...mones proferamus libra iuſtitiæ examinatos, vt ſi grauitas in ... ſermone pondus, atque in verbis modus, temperantia cor-... animi munditiam, iuſtitia miſericordiam, prudentia pa-...tudo manſuetudinem. *Lib.* 3.

... turpe faciendum bono viro, etiamſi ex omni parte lateat.

## ¶ Sententiae Poeticae.

Hor. 1. Epiſt. 6.

*Inſani ſapiens nomen ferat, æquus iniqui,*
*Vltra quam ſatis eſt, virtutem ſi petat ipſam.*

Plaut Pœn.

*Modus omnibus in rebus ſoror eſt optimum habitu.*
*Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex ſe.*

Auſ. de ſeptem ſapient.

*Ex Mitylenæis nimium nil Pittacus oris,*
*Menſuram optimum ait Cleobulus Lindius in re.*

Sen. Troad.

*Moderata durant.*
*Nec vnquam.*

Iuuenal. 19.

*Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli.*

Ex Græcis Comicis.

Ὅτ' εὐτυχεῖς μάλιστα, μὴ μέγα φρόνει.
*Minus inſoleſce quo magis beatus es.*
Ἴσος μὲν ἴσθι πᾶσι κἂν προέχῃς βίῳ.
*Æquabilem geras te, ditior licet.*
Γνῶθι σεαυτὸν πανταχοῦ ἐστι χρήσιμον.
*Cognoſce teipſum, monitum vbiq; commodum.*
Βούλου δ' ἀρέσκειν πᾶσι μὴ σαυτῷ μόνον.
*Placere cunctis, non ſoli tibi, velis.*
Ἄνθρωπον ὄντα σαυτὸν ἀναμίμνησκ' ἀεί.
*Fac ſemper vt hominem eſſe te viuas memor.*

Εἰ θνητὸς εἶ βέλτιστε, θνητὰ καὶ φρόνει.
*Mortalia modo cogita, vt mortalis es.*

Menander.

Ταμεῖον ἀρετῆς ἐστιν ἡ σωφροσύνη μόνη.
*Promptuarium virtutis eſt modeſtia ſola.*

Euripides in Medea.

Στέργοι δέ με σωφροσύνα,
Δώρημα κάλλιστον θεῶν.
*Amat autem me modeſtia,*
*Donum pulcherrimum deorum.*

Idem in Hippolyto.

Φεῦ φεῦ! τὸ σῶφρον ὡς ἅπανταχῆ καλόν,
Καὶ δόξαν ἐν βροτοῖς κομίζεται.
*Heu heu! modeſtia quomodo vbiq; pulchrum quid,*
*Et gloriam bonam inter mortales affert!*

## ¶ Sententiæ Philosophicæ.

Modeſtia eſt pudici & honeſti habitus cum laudabili profectu verecundia. *Cic. Rhet.*

Modeſtia eſt ſeruata propria virtute, omnibus iuſte pieque moribus conuenientium ſe contemperare, *ibid.*

Si diſputarem nec manum iactarem, nec vocem attollerem, ſed iſta Oratoribus reliquiſſem, contentus ſenſus meos ad te pertuliſſe, quos nec exornaſſem, nec abieciſſem, non delectent verba noſtra, ſed proſint. Sit talis ſermo, vt res potius quam ſe oſtendat. *Senec. 66. Epiſt.*

Modeſtiæ partibus vtimur, ſi nimias libidines, honoris, pecuniæ ſimiliumque rerum, vituperabimus, ſi vnamquamque rem certæ naturæ termino diffiniemus, ſi quoad cuique ſatis ſit, oſtendemus, & ſi nimium progredi diſſuadebimus, & modum vnicuique rei ſtatuemus. *Cic. Rhet. nouor. l. 3.*

Honeſtum igitur intelligemus, quod tale eſt, vt detracta omni vtilitate, vllis præmiis fructibusque per ſeipſum iure laudari, quod quale ſit, non tam diffinitione, qua ſum vſus, intelligi poteſt (quanquam aliquantum poteſt) quam communi omnium iudicio, & optimi cuiusque ſtudiis atque factis. Qui permulta ob eam cauſam faciunt, quia decet, quia rectum, quia honeſtum eſt, & ſi nullum conſecuturum emolumentum vident. *Cicer. de finibus bonor. & malor.*

Vt enim conſuetudo loquitur, id ſolum dicitur honeſtum, quod eſt populari fama glorioſum.

Non poteſt iucunde viui niſi honeſte. *Idem l. 2. de finibus bonor & malor.*

Si vero ineſt in oratione modeſtia, & grauitas, nihil admirabilius fieri poteſt, eoque magis, ea ſi ſunt in adoleſcente. *Idem libro de Offic.*

Non minus in milite modeſtia, quam virtus atq; animi magnitudo deſideranda eſt. *Iul. Cæſ. l. 7.*

Loquentem, non mouere manum Chilo volebat. *Laert. Diog. de vita & moribus Philoſ.*

Conſtat enim animi virtutes, præcipueque modeſtiam ſanitati multum conferre corporis, & frequenter qui plus corpori ſeruiunt, plus obeſſe. *Franciſ. Pet. de vita ſolit l. 1. c. 2.*

Modeſtus huiusmodi eſt, vt imminui ſua non difficulter patiatur. *Ariſt. 5. Ethic. c. 8.*

Modeſtus eſt circa quæ & æquus: nemo circa iuſta, quæ omiſſa à Legislatore, non ſatis ad vnguem definita ſunt. *Moral. mag. cap. 2.*

Modeſtia eſt voluntaria ad id quod optimum iudicatur, conceſſio, in geſtu corporis compoſitio. Speuſippus in Platonis definitio. Modeſtia difficilia diffidenter aggreditur, & quaſi inuita, & compulſa. *Ficin in Plat. de Repub. dial. 5.*

Modeſtia eſt moderatio cupiditatum rationi obediens. *Franciſc. Pat de regno. l. 6. c. 19.*

Modeſtiæ magiſtri in republica eſſe debent: nam nil vtilius populo morato. *Idem de repub. l. 3. c. 7.*

Quum vident homines eum, cui maxima facultas eſt inſolenter agendi, modeſte ſe gerere, nolunt alii, quibus minor eſt facultas, quidquam inſolentius agere. *Xenoph. de inſt. Cyri. l. 8.*

Pudore, modeſtia, ac iuſtitia, omnes ciuilis ſocietas conſeruatur. *Dionyſ Halic l. 6.*

Modeſtiæ fama, neq; Summis mortalium ſpernenda eſt, & à diis æſtimatur. *Tacit. Annal. l. 15.*

Pudor eſt modeſtia rara in hominibus virtus, rebus præſertim turbatis: ac prope ignota militibus. *Aurel victor.*

Continentia & moderatio in altiſſima quaque fortuna, eminentia bona. *Curt. l. 6.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Maxima laus eſt, vt vnius viri, ita etiam totius ciuitatis ſecundis ſucceſſibus non corrumpi, ſed æquo & moderato animo bona ſua ferre *Dionyſ.Halic.l.6.*

Rerumpub.principes qui moderatè ſe geſſerunt, patrias ſuas ſeruant. *idem, ibid.*

Non vi, ſed manſuetudine, humilioris fortunæ homines vincendi ſunt: neque indecora, ſed neceſſaria exiſtimanda eſt moderatio, præſertim vero ſi animo beneuolo vtamur erga ciues qui nobiſcum viuunt. *idem, l.7.*

Felicitatis & moderationis diuiduum contubernium eſt. *Valer. Max.l.9.c.5.*

Modeſtia ſanè decet omnes omnium ordinum homines, in primis vero principes viros, vt intelligant & meminerint in omni actione eſſe Deum, à quo proficiſcuntur & emanant omnia. *Ph. Cominaus, l.1.*

## ¶ Apophthegmata.

*Socrates.* In nauigando gubernatori, in viuendi ratione melius ratiocinanti parendum eſſe dicebat. *Anton. & Maxim. ſer. de animi humil.*

*Liuia* Auguſti Cæſaris vxor, interrogata quibus rationibus Auguſtum ſibi ſubieciſſet? reſpondit, Multa modeſtia, quod ea quæ placerent Auguſto, faceret libenter: quodque ſe ſcire diſſimularet, quibus ille rebus domi frueretur. *Dion in Tib.*

*Pythagoras* poſtquam veniſſet Phliuntem, & cum Leonte Phliſiorum principe docte & copioſe quædam diſſeruiſſet: Leon ingenium & eloquentiam hominis admiratus, quæſiuit ex eo: Qua maxime arte confideret? cui Pythagoras reſpondit: Se nullam quidem artem ſcire, ſe eſſe philoſophum, id eſt, ſapientiæ ſtudioſum: huius verecundia, ſapientis cognomen arrogans, quo ſe prius vendiderant σοφοὶ, vertit in titulum modeſtiæ. *Eraſmus libro ſeptimo apoph.*

*Socratis* illud omnium maxime celebratur quod dicebat, Se nihil ſcire, niſi vnum, quod nihil ſciret. Inquirebat enim de ſingulis tanquam ambigens, nō quod reuera nihil haberet certo cognitum: ſed hac ironia & ſuam declarabat modeſtiam, & aliorum redarguebat arrogantiam, qui ſe profitebantur nihil neſcire, cùm reuera nihil ſcirent. Sophiſtæ quidam publice profitebantur, ſe ex tempore reſponſuros ad omnem propoſitam materiam: horum arrogantem inſcitiam ſæpenumero confutabat Socrates, atque hoc ipſum, vt ipſe quidem interpretatur, ab Apolline iudicatus eſt ſapiens, quod quamvis omnium rerum ignorantiam cum cæteris haberet communem, eo nomine tamen illos ſuperaret, quod ſuam inſcitiam agnoſceret, cum illi hoc quoque neſcirent, ſe nihil ſcire. *Eraſm. lib.3. apoph.*

*Arceſilaus* ſi quando probabat aliquid dicere ſolitus eſt, φημ' ἐγὼ, id eſt, aio, ſiue mihi videtur, ſiue fateor. Si quid diſplicebat, dicebat, οὐ συγκαταθήσεται τούτοις ὁ δεῖνα, id eſt, his non aſſentiretur ille, nominato quopiam: ſimul & in aſſeuerando ſeruans modeſtiam, & in contradicendo fugiens inuidiam. *Laertius libro quarto capite 6.*

*Ageſilaus* cum ex Ægypto in patriam proficiſci vellet, in portu Menelai morbo lethali correptus eſt, verum cum iam mortis hora inſtaret, ſuis prohibuit, ne corporis ſui imaginem vel ſtatuam in honorem eius erigerent. Si quod inquit præclarum facinus geſſi, hoc erit monumentum mei, ſin minus, ne omnes quidem ſtatuæ illuſtrabunt mei memoriam. *Plutarchus in Laconicis.*

*Idem.* Audiens Megarenſem adoleſcentem iuueniliter de ſua ciuitate iactantem: Sermones, inquit, tui opus habent magnis viribus. Modeſte reprehendit adoleſcentem, qui magnifice quidem loquebatur, viribus autem careret. *Plutarchus in Laconicis.*

*Alexander* videns diuinos ſic honores tribui, vulneratus in bello ait, cur me Deum vocatis, qui me videtis ſanguinolentum ac vulneratum ſentire humanam imbecillitatem? *Plutarchus in apophthegm.*

*Auguſtus Caeſ.* Si quando filios ſuos dimitteret ad peregrinos, modeſte eos ſic hominibus commendauit, vt benefacerent, ſi mererentur. *Suet.*

*Poſtquam Ageſilaus* ingenti ſtrage fregiſſet Corinthiorum vires, eoſque intra mœnia compuliſſet, multis hortantibus vt vrbem oppugnaret: negauit id ſuæ virtuti conuenire, qui peccantes ad officium cogeret, non qui nobiliſſimas Græciæ vrbes ſubuerteret. Et hoc vt eſt eximiæ cuiuſdam moderationis, ita quod adiecit, admirabilem viri prudentiam arguebat: Si inquit, eos extinguere voluerimus, qui nobiſcum aduerſus barbaros ſteterunt, ipſi nos expugnauerimus vel quieſcentibus hoſtibus, qui ſubuerſis ſociis, nullo negotio, quando volent, nos opprimemt. *Plutarchus in Laconicis.*

*Agis*, quodam dicente, Philippum effecturum ne Lacedæmoniis pateret iter in Græciam: Nobis, inquit, Agis ſenior, ô hoſpes noſtra patria ſufficit ad illic viuendum. Pectus ad vtrumque paratum, & ad proferendum imperium ſi contingat, & ad boni conſulendum [...] tunam licet mediocrem: cum [...] em vulgus nec [...] ſapienter adminiſtrent, nec [...] entur ditionis [...] *Plut. in Lacon. apoph.*

*Ageſilaus.* Lyſandro defuncto, Ageſilaus numeroſam [...] tem aggregatam comperit, quam ille ex Aſia domum [...] tim contra Ageſilaum inſtituerat. Id primum indigne [...] laus, deſtinarat omnibus oſtendere, cuiuſmodi ciuis [...] viueret, fuiſſet, ac perfecta, oratione quadam quam [...] der poſt ſe reliquerat de rebus nouandis, & mutatione rerum publ. quoniam arguebat Lyſandrum pernicioſum fuiſſe [...] ſeditionis auidum, euulgare voluit. Attamen cum [...] dam ſene ac rerum perito intellexiſſet, hoc non bonum [...] Nolumus refodere Lyſandrum, ne in mortuos ſæuire [...] fruſtra. *Plut. in Lacon.*

*Pelopidas.* Cum fortis quidam miles per calumniam [...] deferretur, vt qui ei conuiciatus eſſet: equidem dixit [...] ſpicio verba autem non audiui. *Stob. ſer. 10. Ant. in Meliſ. [...] 53. Max ſer. 10.*

*Theopompus.* Vxori obiurganti, quod regnum humilius [...] nus eſſet filiis traditurus quam accepiſſet: Hactenus igitur [...] maius quo diuturnius. Quæ moderata ſunt, in longum [...] rant, & hoc ipſo meliora ſunt. *Plut. in Lacon.*

*Socrates*, Quum ei relatum eſſet, quidam de te male [...] tur, Verberet me etiam, inquit, modo abſentem. *Maxi[...] mon. 10.*

*Idem.* Quidam à Socrate ſalutatus, non reſalutauit, [...] nequaquam moleſte tulit Socrates: amicis autem [...] bus, & ob hominis inciuilitatem indignantibus [...] nos præteriret, peius affectus corpore quam nos ſumus, [...] quam illi ſuccenſeremus: cur igitur illi ſuccenſeam, qui [...] fectus eſt animo, quam nos ſumus? *Eraſmus libro ter[...] thegmat.*

*Idem.* Aiunt eum colapho percuſſum, nil amplius dixiſſe [...] moleſtum eſſe, quod neſcirent homines quando cum galea [...] deberent. *Sen lib.3. de ira c.11.*

*Zeno Citticus*, cum eſſet à quodam interrogatus, quo [...] fectus eſſet erga conuitia? Perinde, inquit, atque ſi legatus [...] reſponſo dimittatur. Significans, eos qui non habent, [...] ſpondeant, ad conuitia ſolere confugere: eaque non plus [...] tere fieri quam ſi nihil eſſet reſponſum plane. *Laertius [...] pite 1.*

*Cleanthes* Soſitheus poeta coram populo Cleanthem [...] hoc carmine proſcidit.

Οὓς Κλεάνθους μωρία βοηλατεῖ,

Id eſt,

*Quos Cleanthis fatuitas agitat.*

Tanto conuitio tactus, nil quicquam mutauit de vultu. [...] tientia delectati auditores, applaudentes philoſopho Soſitheum [...] cerunt. Cum Soſitheus diceret, ſe pœnitere quod illum [...] reſpondit Cleanthes, Abſurdum fore, ſi cum poetæ frequenter [...] dant Libero patri & Herculi, nec illi ſuccenſeant, ſi ipſe ob le[...] uitium indignaretur. De diis enim multa probroſa ſcripſerunt [...] vti cum Bacchum faciunt mollem, timidum ac temulentum [...] culem faciunt ſeruientem Omphalæ, vsque ad ſandalia con[...] tum caput. *Laert. l.7.c.1.*

*Antigonus.* Nihil facilius fuit Antigono, quam duos [...] res duci iubere, qui incumbentes regio tabernaculo faciebant [...] homines & periculoſiſſime & libentiſſime faciunt, de rege [...] exiſtimantes. Audierat omnia Antigonus, vtpote cum [...] tes, & audientem palla intereſſet: quam ille leuiter commouens [...] longius (inquit) diſcedite, ne vos rex audiat. Idem quadam [...] cum quoſdam ex militibus ſuis exaudiſſet omnia mala [...] tes regi qui ipſos in illud iter & inextricabile lutum deduxiſſet, [...] ceſſit ad eos qui maxime laborabant, & cum ignorantes [...] uarentur explicuiſſet, Nunc (inquit) maledicite Antigono [...] tio in has miſerias incidiſtis, ei ante bene optate, qui vos [...] ragine eduxit. Idem tam miti animo hoſtium ſuorum [...] quam ciuium tulit. Itaque cum in paruo quodam caſtello [...] obſiderentur, & fiducia loci contemnentes hoſtem, multa in [...] mitatem Antigoni iocarentur, & nunc ſtaturam humilem [...] collitum naſum deriderent: Gaudeo (inquit) & aliquid boni [...] in caſtris meis Silenum habeo. Cum hos dicaces fame [...] captis ſic vſus eſt, vt eos qui militiæ vtiles erant, in cohortes [...] beret, cæteros præconi ſubiiceret: id quoque ſe negauit fa[...] fuiſſe, niſi expediret his dominum habere, qui tam malam [...] rent linguam. *Sen. l.3. c.22.*

*Iſocrates.* Cum quidam apud eum obtrectatoris ſermones [...] ferret, ac diceret, me præſente ille hæc in te maledicta [...] Niſi tu, inquit libenter audiſſes, nunquam conuiciatus eſſet. [...] *ſerm. 10.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*[Xeno]crates* ingratitudinis, à Platone inſimulatus, nunquam in[...]one graue commotus eſt, ſed & illi qui ipſum ad reſponden[dum] Platoni inſtigaret: Hoc, inquit, quod nunc facio, mihi bonum [&] commodum eſt. Et prudentiſſime homine ſilentium impo[ſuit]. *[Æli]an. lib. 14. de var. hiſt.*

*Demonax.* Sophiſta quidam cum Demonactem accuſaret, dice[ret]: Cur me toties tam acerbe calumniaris? Quia, inquit, Demo[nax] [co]ntemtris male loquentes *Max. ſer. 10.*

*[Diog]enes.* Multorum improborum calumniis peti, neque inde[corum] neque detrimentoſum eſſe dicebat. At ab vno aliquo bono [vitu]perari, & decorum & commodum eſſe iudicabat. *Maxim. ſer[m.]*

*[Ag]eſilaus*, cum honeſtos viros ad cœnam inuitaſſet, accumben[tibus] [o]mnibus & cibum iam guſtare volentibus, videns abeſſe pa[...]: Quam, inquit, res eſt apta conuiuiis apparandis, eſſe ſapien[...]. Dedit vir prudentiſſimus philoſophicæ moderationis exem[plum], qui incandeſcebat iis, qui pro officio menſam neceſſariis re[...] [deb]ebant. *Laert. l. 4. c. 6.*

*Ageſilaus*. Eos à quibus odio proſequebatur clandeſtino, in du[...]eligebat, magiſtratus factos euehebat, ſi quid ab eis impro[bè] [ag]eretur patrocinabatur: atque hac arte reddebat eos ex clan[deſtinis] hoſtibus amicos. Quid hac animi moderatione pulchrius [...] qui mederi maleuolis maluit quam vlciſci. *Plutar. in apoph.*

*Idem.* Cum quidam Ageſilaum Lacedæmoniorum regem inter[rogaret], quid apud Spartanos Lycurgi leges profuiſſent? moderate [reſpondit]: Omnium voluptatum docuerunt contemptum. *Plut. in [apoph.]*

*Philippus.* Demochares ad illum Parrheſiaſtes, ob nimiam & pro[teruam] linguam appellatus, inter alios Athenienſium legatos vene[rat]. [Ab]ſoluta benigne legatione, Philippus, dicite mihi, inquit facere [quid] poſſim, quod ſit Athenienſibus gratum. Excepit Democha[res]: Te, inquit, ſuſpendere. Indignatio circumſtantium ad tam in[humanum] reſponſum exorta eſt: quos Philippus conticeſcere iuſſit, [& Theſſ]item illum ſaluum incolumemque dimittere. At vos cæte[ri legati], inquit, nunciate Athenienſibus, multo ſuperbiores eſſe [qui ta]lia dicunt, quam qui impune dicta audiunt. *Senec. lib. 3. de ira, [...]*

*Pſammetychus*, quum videret Cambyſis milites per vrbem ca[ptam] diſcurrentes, percontatus eſt Cambyſem, quid agerent? Quũ[que ille] reſpondiſſet, Diripiunt vrbem tuam, opeſque tuas populan[tur]: Nequaquam, inquit, ô Rex, nihil iam hic meum eſt: tuum eſt, [quo]d diripiunt. Ea vox commouit Cambyſem, vt ſuos à diſcepta[tione] [reuo]caret. *Eraſ. l. 6. apoph.*

*Pompeius* de ſe libere profitebatur, quod omnem magiſtratum [...] geſſerat, & citius eſſet nactus quam ipſe expectaſſet, & citius [de]poſuiſſet, quam ab aliis expectatum eſſet. Quod cito ſuſcepiſſet [imp]erium, vel fortunæ fuit, vel præmaturæ virtutis: quod mature [depo]ſuit, animi moderati erat, non ad tyrannidem ſpectantis, ſed ad [rei] publicæ commodum. *Plut. in Rom. apoph.*

*Auguſtus Cæſ.* Timagenes hiſtoricus multa conuicia in eum & [...]iomum voce & ſcriptis effutiuerat, deinde apud Aſinium [Pollionem] diuerterat, vbi de Cæſare Auguſto hiſtorias ſcriptas in [ignem] repoſuit. In vrbe Roma Cæſar maledicum homuncionem tu[...], & duntaxat Pollioni dixit, θηριοτροφεῖς, id eſt, feram a[lis]. Paranti demum excuſationem obſtitit, Fruere, inquit, mi Pollio, [...] cum Pollio diceret, ſi iubes Cæſar, ſtatim illi domo mea [interd]icam. Hoc me, inquit Auguſtus putas facturum, cum vos in [gratiam] reduxerim? Vides quid potentiſſimus monarcha fecerit, & [quanta] animi moderatione ſit vſus. *Senec. l. 3 de ira, cap. 23.*

*T. Veſpaſianus.* Syluius liberalis, quum in defenſione diuitis rei [...]que mordens dixiſſet. Quid ad Cæſarem, ſi Hipparchus ſeſter[tium] milies poſſidet? Notans Veſpaſianum, velut inhiantem rei fa[milia]ribus: Cæſar non modo non offenſus eſt, verum etiam dictum [ap]probauit, quaſi ſimpliciter prolatum. *Suet.*

*Alex. Seuerus.* Epigramma quod in laudem Peſcennii Nigri fue[rat] [in]ſcriptum illius ſtatuæ ad viuum effictæ, quum præfecti ſua [cen]ſerent eradendum, Seuerus noluit, dicens: Si talis fuit, ſciant omnes [qua]lem vicerimus: ſi talis non fuit, putent nos omnes talem viciſſe. *[Æli]us Spartianus.*

*Otho imper.* iam moriens, vocauit ad ſe Cocceium fratris ſui fi[liu]m, quem ſic admonuit: O fili, habuiſſe te patruum Cæſarem nec [pe]nitus obliuiſcaris, nec admodum memineris. Docere autem vo[lebat] adoleſcentem, vbique moderandum eſſe animum: vt ſi cogita[ret] ſe patruum habuiſſe Imperatorem, virtutem amplecteretur, ne [de]honeſtamento eſſet anteceſſoribus: & interim tamen non adeo ſuperbiret, vt alios præ ſe contemneret. *Suet.*

*Idem.* Vbi iam mori deſtinaſſet, ſenſit eos qui ab ipſo deficere & [abi]re cœptabant, pro deſertoribus corripi ac detineri. Itaque vetuit [ne] cuiquam fieret iniuria, dicens: Adiiciamus vitæ & hanc noctem, [ad] profundam veſperam vſq; patente cubiculo, ſi quis adire vel[let], poteſtatem ſui conueniendi fecit. *Suet. in Vita Othonis Syluij.*

¶ ADAGIA.

Demittere ſeſe ad aliorum mediocritatem.

*Vbi quis moderatur, data opera, vires ſuas ad aliorum mediocri[ta]tem: conuenit illud Homeri:*

Ἠδ' ἐ μάλ' ἡνιόχευεν ὅπως ἅμ' ἑποίατο πεζοὶ.
Ἀμφίπολοί τ' Ὀδυσεύς, τε, νόωσ' ἐπέβαλλεν ἱμάσθλην.
*Hæc ita lora regens pedes vt comes iret Vlyſſes,*
*Tum comitum quoq; turba, modo, rationeq; certa*
*Inſtigat ſcuticaq;.*

Noſce teipſum. γνῶθι σεαυτόν.

*In quo modeſtia, mediocritatiſq; commendatio eſt, ne nobis vel maiora, vel etiam indigna ſequamur. Iuuenalis.*

*E cœlo deſcendit, γνῶθι σεαυτόν.* Beſihe dich ſelbſt. Greiff in dein eygnen Buſen. Karth auß deiner Handt/wiltu gewinnen.

In ſe deſcendere.

*Eſt ſua ipſius vita quempiam inſpicere. Perſius:*

*Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere nemo:*
*Sed præcedente ſpectatur mantica tergo.* Ein jeder denck an ſich ſelbſt/ſo dencket er weiter.

In tuum ipſius ſinum inſpue. εἰς τὸ σοῦ κόλπον πτύε.

*Iubet hominem aliena vitia taxantem, in ſuum ipſius ſinum inſpuere.* Speye in dein eygnen Buſen.

Ter abſtergere.

*Refert Athenæus lib. 2. priſcos depellenda mala ſolitos ter abſtergi.*

Τρὶς δ' ἀμαξωμένοισι θεοὶ διδόασιν ἄμεινον.
*Ter vero abſterſit, melius bona numina donant.*

Secum viuere.

*Confine eſt cum illo: Tecum habita.*

Contrahere vela.

*Pro eo quod eſt, reprimere ſeſe, & cautius agere.*

Intra tuam pelliculam te contine.

*Quo vetamur obliti ſortis noſtræ, maiora conari, quam pro noſtra facultate.*

Tecum habita. *Perſius.*

*Tecum habita, & noris, quam ſit tibi curta ſupellex.*

*Domi tuæ viuito, vt intelligas quã ſit tenuis fortuna tua.* Streck dich nach deiner Decke.

Efficimus pro noſtris opibus mœnia.

*Vulgo dicitur hodie, puſillæ auiculæ puſillos nidulos conſtruunt.* Kleine Vögel/kleine Neſt. *Item*, Kleine Pferdt/kleine Tagrenſe.

Manu ſerendum non Thylaco. τῇ χειρὶ δεῖ σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ.

*Modus omni re ſeruandus. Ductum ab agricolis.*

Ita fugias, ne præter caſam.

*Terent. in Phormion Donatus ad hunc modum enarrat: Ita fugito ne tuam caſam prætermittas, quæ ſit tibi tutiſſimum receptaculum.* Entlauffe doch dir ſelbſt nicht. Lauff hin wo du wilt/ du wirſt allenthalben den Wirth daheim finden.

Arabicus tibicen. Ἀράβιος αὐλητής: *Menander.*

*In eos dici ſolitum, qui à ſemel cœptis nunquam deſiſtunt.*

Ne vities Muſicam. μὴ κακύνει τὴν Μουσικήν. *Plutarch.*

*Id eſt, ne loquaris diſcrepantia, ne noua moliaris.*

Nihil minus expedit, quam agrum optime colere. *Plin.*

*Admonet adagium, modum rerum omnium vtiliſſimum.*

Ne quid nimis. μηδὲν ἄγαν.

*Homerus Odyſſ. o.*

Νεμεσσῶμαι, δ' ἐμὴ ἄλλῳ
Ἀνδρὶ ξεινοδόκῳ ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλέῃσιν.
Ἔξοχα δ' ἐχθαίρῃσιν, ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα.
*Mihi nequaquam is placet hoſpes,*
*Qui valde præterq; modum ſimul odit, amatque,*
*Sed puto rectius eſſent ſint mediocria cuncta.* Zu viel iſt vngeſund. *Item*, Zu wenig vnd zu viel/verhindert alle Spiel.

Dimidium plus toto. πλέον ἥμισυ παντός. *Plato.*

*Quo commendatur aurea mediocritas.*

Vbi paueris, impera. πασσάμενος ἐπίτασσε.

*Conueniet, vbi quis imperioſior eſt in eos, de quibus nihil eſt metus.*

Domus recta.

*Seneca domum rectam vulgo vocat, non quidem opulentam & ambitioſam, ſed cui nihil deſit iuſta ſupellectilis.* Ich lob ein gut Haußgemach.

Neque Lydorum carycas. μήτε Λυδῶν καρύκας, μήτε μαζίγων ψόφος.

*Dici ſolitum, quoties mediocrem vitæ rationem, aut conditionem ſignificarent quæ pariter & à ſummis delicijs, & ab extremis malis abeſſet.*

Neque peſſimus, neque primus, οὔτε κάκιστος, οὔτε πρῶτος.

*Mediocritatem hoc pacto ſignificare licebit. Lepidius fiet ſi ad ingenij laudem transferatur.*

Funem abrumpere nimium tendendo. ἀποῤῥαγήσεται τεινόμενον τὸ καλῴδιον. *Lucian.*

*In eos, qui extrema experiuntur, alienant à ſe eos, cum quibus agunt, & vniuerſæ rei iacturam faciunt, dum plus ſatis attenti ſunt ad lucrum.* Wann man die Seyten zu hoch zeucht/zerſpringen ſie. Zuuiel zerreiſt den Sack.

Ne ſuprema pedem calceus. μὴ ὑπὲρ τὸ πόδα τὸ ὑπόδημα. *Luc.*

Id eſt: *Ne maiora viribus ſuſcipias, aut ne magnificentius te geras, quam pro tua conditione.*

Meſſe tenus ptopria viue. *Perſius.*

*Sumptum facito pro modo facultatum tuarum. Ad eandem ſententiam pertinet illud Horatij:*

*Tuo te metire pede.*

Iucundiſſima nauigatio iuxta terram, ambulatio iuxta mare. πλοῦς μὲν ὁ παρὰ γῆν, περίπατος δ' ὁ παρὰ θάλατταν ἥδιστος. *Plutar.*

*Recte torquebitur ad eam ſententiam, vt dicamus, ita demum eſſe iucundiſſimum vnumquodq; ſi diuerſi generis admixtum temperatumq; adhibeatur. Veluti ſi in luſibus nonnihil eruditionis aſpergas, rurſum in ſtudijs aliquid ludicrum admiſceas.* Neben dem Schiff iſt gut ſchwimmen. Neben dem Weg oder Pfadt iſt gut zu Fuß gehen.

Iucunda rerum viciſſitudo. μεταβολὴ πάντων γλυκύ. *Ariſtot.*

*Id eſt: Iucunda rerum omnium viciſſitudo. Varietas enim tantam in omni re vim habet, vt commendatione nouitatis, interdum & peſſima pro optimis placeant.*

Iniquum petendum, vt æquum feras. *Quint.*

*Iactatur & vulgo verbum huiusmodi: Qui annititur, vt auream quadrigam ſibi comparet, vnam certe rotam aſſequitur.* Beut das halb/ſo wirſtu nicht betrogen.

Summum cape, & medium habebis. ἄκρον λάβε, καὶ μέσον ἕξεις.

*Admonet ad res ſummas & egregias niti: ſic enim futurum, vt ad mediocritatem perueniamus.* Begere an den Tiſch/ſo kommeſtu auff die Banck.

Paſtillos Ruffinus olet, Gorgonius hircum.

*Dicendum vel in duos aliquos, diuerſis laborantes vitijs, vel in eundem ſui diſſimilem, nempe modo loquaciorem quam ſat ſit, modo impendio taciturnum, interdum pueriliter ineptum, interdum Catone ſeueriorem.*

Arcus tenſus rumpitur. τόξον μὲν, ὥς φασιν, ἐπιτεινόμενον ῥήγνυται, ψυχὴ δ' ἀνιεμένη.

*Arcus quemadmodum, aiunt, quum intenditur, rumpi ſolet, contra animus quum remittitur.* Wo man den Bogen zu viel ſpannet/ſo zuſpringt er.

Oportet agrum imbecilliorem eſſe, quam agricolam,

*Hoc ænigma explicuit ſic Vergilius, ſpecie non minus prouerbiali:*

*Laudata ingentia rura:*
*Exiguum colito.*

*Conueniet in eos, qui ſuſcipiunt munus, cui gerendo ſunt impares.*

## ¶ Biblica Exempla.

Modeſtiæ *exempla:* Abraham, *Gen.* 23. v. 9. Fratres Ieroſolymitani. *Act.* 11 v. 18. & 15. *v.* 12. Paulus, 26. v. 25. 1. *Cor.* 7. *v.* 35. 2. *Cor.* 12. v. 2. 1. *Theſſal.* 4. *v.* 1. *Tit.* 1. *v.* 5. *Philemon, v.* 14.

## ¶ Emblema.

Emblema XXVII. Andr. Alciati.

*Aſſequitur, Nemeſisq; Virûm veſtigia ſeruat,*
*Continet & cubitum duraq; frena manu.*
*Ne male quid facias, neve improba verba loquaris:*
*Et iubet in cunctis rebus adeſſe modum.*

## ¶ Fabulae.

Monedula.

Captam quidam monedulam alligatam filo deuincto ad pedem filius donat filiolo ſuo cum qua luderet. Illa impatiens humanæ conſuetudinis occaſionem nacta in ſiluas auolat, implicito autem filio arboris ramis, cum iam fame ſibi moriendum intelligeret: Me miſeram, inquit, & ſtolidam auem! quæ hominum ſeruitutem fugiens in mortem & exitium me coniecerim.

Fabula indicat, quod homines declinantes mediocria mala in maxima interdum incurrant.

Aſinus & Equus.

Videbatur aſino beatus eſſe equus, qui tam accurate & copioſe paſceretur, cum ſibi ne paleæ quidem poſt maximam de fatigationem abunde præberentur. Forte autem bello exorto, cum in præliũ ab armato equus ageretur, & circumuentus ab hoſtibus, poſt multiplices labores pugnæ, tandem ſaucius collaberetur: Hæc igitur omnia conſpicatus aſinus, quam paulo ante fortunatum eſſe equum cenſuerat, tam miſerum & infelicem tum eſſe iudicabat.

Docet fabula, non eſſe principatus & opes propter ſplendorem appetendas, ſed in conſideratione inuidiæ & diſcriminum, in quibus principes & opulenti verſantur, boni conſulendam tenuam fortunam, & mediocritatem vitæ. Itaque & Plato Vlyſſis animam elegiſſe ait vitam hominis priuati, & non negotioſi, neglectis omnibus aliis honoribus & opulentia, potentiaque præclaris.

# Mœror.

## ¶ Definitio et Etymolog.

Mœror qui λύπη appellatur, eſt ægritudo flebilis. *Franciſ. Patric. de regno, li.* 5. *cap.* 16. Hebr. Mœror *Aniah*, dicitur, à verbo *Anah*, ſuſpirauit, genuit cum angore cordis. Et *Hotſab*, à verbo *Haſab*, mœrore affecit, contriſtauit.

## ¶ Biblicvs Locvs.

Mœrore conſumitur: inobediens, *Deut.* 28. 65.

## ¶ Sententiae Poeticae.

Ex Græcis Comicis.

Οὐκ ἔστι λύπης (ἄνπερ ὀρθῶς τις σκοπῇ)
Ἄλγημα μεῖζον τῶν ἐν ἀνθρώποις φύσει,
*Natura nullum grauius homini dat malum*
*Mœrore, (ſi quis vt decet conſideret.)*
Πολλῶν φύσει τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις κακῶν
Ὄντων μέγιστόν ἐστιν ἡ λύπη κακόν.
*Obnoxij quum plurimis ſimus malis,*
*Eſt maius alio quolibet mœror malum.*
Λῦπαι γὰρ ἀνθρώποισι τίκτουσι νόσους.
*Morbos hominibus inuehere mœror ſolet.*
Ἔργον γε λύπην ἐκφυγεῖν· ἡ δ' ἡμέρα
Ἀεί τι καινὸν εἰς τὸ φροντίζειν φέρει.
*Difficile mœrorem effugere: dies enim*
*Subinde curas procreat nobis nouas.*
Βιοῦν ἀλύπως θνητὸν ὄντ' οὐ ῥάδιον.
*Mortalis vllus vix ſit exors triſtium.*
Οὐκ ἔστι λύπης χεῖρον ἀνθρώποις κακόν.
*Mœrore grauius hominibus nullum malum.*
Ἀεὶ τὸ λυποῦν ἐκδίωκε τοῦ βίου.
*Semper fugato triſte quicquid eſt procul.*
Τοιοῦτος ὁ βίος ἐστὶν ἀνθρώπου, γύναι,
Εὐφραινόμεσθ' ἔλαττον ἢ λυπούμεθα.
*Hac conditio hominibus ſua eſt vita omnibus:*
*Vt gaudia ſuperentur à mœroribus.*

## ¶ Sententiae Philosophicae.

Mœror bonus eſt, quam à maioribus mœroribus, qua[...] qui in ipſo ſunt, liberet, aut quum maiores voluptates qua[...]rores inducit. *Plato in Protagora.*

Mœſta vbi ſemel prorupere: difficilius reticentur. *Tacit. An. lib.* 4.

## ¶ Similitvdines.

*Chryſoſtomi.* Quemadmodum mari ſeſe tollente, & fluctib[...]dique ad ſummum eleuantibus, ſub procella ſcapha inunda[...] & anima vndique mœrore circundata, velocius demerg[...] quempiam dantem habuerit manus: & quæ ſalutaris in [...] mœſtitia eſt, exitialis immoderata fit. *De pœnitent. ſer.* 10.

*Archytæ Pythagorici.* Sicut corpori dolorem ferentia, qu[...] relinquimus: Sic & animis quæ mœrorem & perturbation[...]riunt. *In libro de doctrina morali. Meminit & Stobaus in ſerm[...] virtute, quæ eſt in ordine prima.*

# Moleſtia.

## ¶ Definitio et Etymolog.

Moleſtia, Græce ἀχθηδών, ὄνος, ἡ, à latronis grauitate eff[...]roſam moleſtiam à voce ἄχθος ſignificat, eſt animi ægr[...] permanens. *Franc. Patric. de regno lib.* 5. *c.* 21.

Moleſtia Hebr. *Dheaba*, à verbo *Daab*, Tabuit: nam ex ægr[...]ne animi tabes corporis naſcitur. & *Deaghah*, à verbo *Daagh*, S[...]citus fuit, ſolicite metuit, anxie curauit. Vide etymon mœroris.

## ¶ Sententiae Philosophicae.

Moleſta ſuſtinere difficilius, quam à iucundis abſtinere. *Ariſt. Ethic. c.* 9.

Moleſti, aut non ſuauis conuerſatione nemo vti poterit. *& Ethic. cap.* 5.

Moleſtiam aſſidue ſuſtinere nemo vult. *idem ibid. cap.* 6.

## ¶ Apophthegmata.

*Socrates* interrogatus quomodo quis ſine moleſtia vitam ag[...] negauit id vllo modo fieri poſſe. Non enim licet, dixit, ciuitatem aut domum inhabitanti & cum hominibus verſanti, ſine moleſtia degere. *Stob. ſer.* 97.

*Idem* interrogatus quid bonis moleſtum eſſet? reſpondit, Proſperitas impiorum. *Ant. & Max. ſer. de Dolore.*

## ¶ Similitvdo.

*Iſocratis.* Vt in morbis, ita etiam in ſucceſſu fortunæ con[...]tium multitudo afficit moleſtia. *Apud Stob. ſer.* 2. *de imprudentia.*

## ¶ Adagia.

Ferire frontem.

*Qui ſupra modum & impotenter indignantur, frontem ferire [...]cuntur.*

Lippo oculis ſimilis.

*Et adagium hoc & explicationem eius Plantus in Perſa hab[...] Act.* 1. *his verbis.*

*Ego neque libenter ſeruio neque ſatis ſum hero ex ſententia. Sed [...] ippooculo me herus meus magnum abſtinere haud quit ta- [...] quin mihi imperet, quin me ſuis negotijs præfulciat.*

Ne beſtiæ quidem ferre poſſent.

Prouerbialis Hyperbole, *qua vtemur ſignificaturi, prorſus mole- [...] ac intolerabilem quempiam eſſe.*

Tota hulcus eſt. ὅλη ἕλκος.

*Conueniet in hominem moleſtis admodum moribus.*

Onus nauis. ἄχθος νεώς.

*In inertes & inutiles.*

Improbitas muſcæ,

*In improbum & ſubinde redeuntem, etiamſi turpiter repellatur, [...] tabit illud Homeri, ex Iliad. ρ.*

Καὶ οἱ μυίης θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἐνῆκεν,

Ἥτε καὶ εἰργομένη, μάλα περ χροὸς ἀνδρομέοιο,

Ἰσχανάᾳ δακέειν.

*Atque illi muſcæ vim intra præcordia miſit,*

*Quæ quamuis depelle viri ſit ſæpe repulſa,*

*Aſſultat morſura tamen.*

Quos non tollerent centum Ægyptii. οὓς οὐκ ἄροιντ' ἂν οὐδ' ἑκατὸν [Αἰγύπτιοι].

*De moleſtijs dici ſolitum, ac moribus intolerandis: ſeu faſtis præ- [...]*

Aegyptius laterifer. Αἰγύπτιος πλινθοφόρος.

*Quadrare videtur in ſordidum, atque infimæ ſortis hominem, [...] qui moleſtis abiectisq; laboribus premitur. Suidas.*

In culmo arare. ἐπὶ καλάμης ἀρῶν.

*Dicuntur, qui labore nunquam intermiſſo, vim mentis exhauri- [...] aut qui nunquam deſinunt ab amicis petere, quod dent. Sui- [...]*

Qui conturbat omnia.

*In eum, qui maximas vndique ciet turbas, apte torquebitur il- [...] Homeri:*

Πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας

Παντοίων ἀνέμων.

*Omnes omnigenum ille procellas*

*Ventorum ciet.*

Anno ſenior fio.

*Quoties aliquid nobis magnopere moleſtum ſignificamus, ſeneſce- [...] etiam vulgo dicimus. Homerus indicat, tædio moleſtiaq; con- [...] ſenium.*

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι.

*[...] mortales inter mala multa ſeneſcunt.* Du machſt mich [...]

Vt ſici oculis incumbunt. ὥσπερ τὰ σῦκ' ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔφυ.

*De iis dicebatur qui pertinaciter vrgerent, premerentq; nego- [...] aliquod. Suidas.*

Ἄγουσι καὶ φέρουσι.

*[...], quod eſt hoſtili more populantur aut vexant.*

Manicoro vinculo χειροβρῶτι δεσμῷ.

*[...] quiſpiam appellauit manicas veſtium Ponticarum, quod ma- [...] ſendebant atterantq;.*

Athos celat latera Lemniæ bouis. Ἄθως καλύπτει πλευρὰ Λημνίας [βοός].

*[...] quis officit aut moleſtus eſt, aut gloriam cuiuſpiam obſcurat, [...] aliquin obſiſtit.*

Aetna, Athon.

*[...] iſtos montes in moleſtia tædijq; prouerbium abijſſe Lucilius [...] Aetna crebris incendijs in Sicilia: Atho verò ob ingentem [...] tudinem vmbra vicinis moleſtus eſt.*

---

# Mollities.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Mollities, Græce ἁπαλότης, ητος, ἡ, & ἁπαλὸς, οῦ, ὁ, mollis. Eſt autem molle, quod cedit in ſeipſum ſecundum ſuperficiem, non econtra circumſtando, *ſecundum Ariſtotelem lib.4. Me- [...]*

Mollities opponitur Perſeuerantiæ. Eſt enim mollis, qui recedit [...], propter triſtitias cauſatas ex defectu electionum, quaſi ce- [...] debili mouenti *ſecundum Ariſt. lib.7. Ethic.*

Mollities eſt etiam contra caſtitatem, quæ alio nomine dicitur [im]munditia ſeu voluntaria pollutio.

Molle iunctum cum homine, modo laudem ſignificat, modo vi- [tu]perationem. Laudem, vt molle ingenium, quod facile diſcit; fa- [...]que inſculpitur. Vituperationem, vt mollis homo, id eſt, effœ- [mi]natus, non ſeuerus, non fortis, non animi conſtantis reſiſtentisq; [...]. Per metaphoram autem, quoniam ea quæ tenera ſunt, pro [vol]untate noſtra facile tractamus, & quocunq; libet ducimus, mol- [le] aliquando pro domito ponimus. Virg.

*Belgica vel molli melius feret eſſeda collo.*

[Et] pro facili, pro maturo, pro opportuno, ac tempeſtiuo, pro remiſ- ſo & contemnendo, pro placido. Hinc fiunt mollities, molleſco, mollifico, mollefacio, & mulceo, quod eſt delinio, quaſi molliceo, vnde demulceo, & malleus, quaſi molleus, quod ea quæ dura ſunt molliuntur ad ignem, vt malleis flagellentur. Cuius diminutiuum malleolus, quod modo paruum malleum, modo nouellum palmitem innatum prioris anni flagello cognominatum ab ipſius mallei ſimilitudine, quia ex ea parte qua deciditur, ex veteri ſarmento prodiens, vtriuſque malleoli ſpeciem præbet. Hinc etiam mulier quaſi mollier dicitur.

## ¶ Philosophicæ Sententiæ.

In doloribus qui ad tactum guſtatumque pertinent, qui ita animo affectus ſit, vt ab iis vincatur: quæ etiam plerisque ſuperant, mollis & delicatus nominatur: qui verò ea vicnit, à quibus pleriq; vincuntur, is conſtans & patiens. *lib.7. Ethic. c.7.*

Qui à ratione deficit iis in rebus, quibus plerique & obſiſtere poſſunt, & obſiſtunt: is mollis & delicatus habendus eſt. *l.7. Ethic. c.7. & lib.2. Mag. Mor. c.6.*

Deliciæ quædam animi eſt mollities, vt ſi quis vatem trahat, nequam in veſte tollenda ſuſcipiat moleſtiam & dolorem, & qui imitatur ac fingit ægrum, non ſe miſerum eſſe putat, cum ſit miſero par ac ſimilis. *ibid.*

Contrarius eſt & continens impotenti & molli ac delicato conſtans & patiens, conſtantia etiam & patientia in reſiſtendo eſt: in vincendo continentia. *ibid.*

Si quis iis voluptatibus ſuccumbat, quibus plerique poſſunt obſiſtere, id denique ſit mirum: præſertim ſi neque natura totius generis, neque morbo impeditus non poſſit obſiſtere. *ibid.*

Intemperans videtur ſi quis eſt ad ludum propenſior, qui tamen mollis dicitur: ludus enim leuamentum eſt: ſiquidem requies. *ibidem.*

## ¶ Apophthegmata.

*Bion* cuidam obijcienti, quod adoleſcentem quendam ad ſe non pellexiſſet: Tenellus, inquit, caſeus non attrahitur hamo. Significans, pueros delicatos non eſſe ad philoſophiam accommodos. *Laert. lib.4. c.7.*

*Zeno*, cum mollis adoleſcens lutoſam viam lente ſegniterque tranſcenderet: Meritò, inquit, ſuſpectum habet lutum, non enim in illo, veluti in ſpeculo licet ſe intueri. *Laert.*

*Plato* diſcipulo nimium effœminato, molli, curandæque cuti deditiſſimo ſubridens, quouſque, ait, tibi carcerem ædificare perges? *Stob.*

*Idem* videns adoleſcentem quempiam ſeſe ornantem molliter: Si ad viros, inquit, fruſtra: Si ad fœminas, iniuſtè. *Laertius libro ſexto*

*Idem* Diogeni Cynico cum à comptiore adoleſcente ac molli propoſita eſſet quæſtio, vt eius nodum ſolueret: Non tibi prius reſpondendum eſſe puto, inquit Diogenes: quam ſublatis veſtibus oſtenderis, vtrum vir ſis, an fœmina. Notauit autem ex cultu virili hominis mollitiem. *Laert. lib.6.*

*Idem*, Quum adoleſcentuli circumſtantes Diogenem acclamaſſent, Canis, canis, ac mox territi fugere cœpiſſent, rogati cur fugerent, dixerunt, ne mordeas nos canis.

*Idem*, Bono, inquit Diogenes, animo ſitis filioli, canis edit betas, Tectè illis exprobrans mollitiem. *Laert l.6.*

*Idem*, Speuſippus quum vehiculo ferretur in Academiam, obuium habuit Diogenem: cui cum ſalue dixiſſet: Attu, inquit, nequaquam ſalue, quia eiuſmodi cum ſis, non diu viuere cupis. Notauit autem mollitiem hominis, quæ plerunque multorum morborum cauſa eſt, vt labor & exercitium ſanitatis. *Laert.*

*Arceſilaus* diuitem quendam immodicè mollem ac delicatum, capillitio arte compoſito, oculis volubilibus ac lubricis, quum is alioqui caſtus & integer haberetur, ita perſtrinxit. Quid refert, inquit, aduerſi an auerſi cinædi ſitis? Senſit autem mentis integritati corporis etiam habitum & cultum oportere congruere. *Laert. libro 4.*

*Anonymus*, Sybarita quidam iter faciens per agros, quum videret quoſdam fodientes, dixit, ſpectando illos fodientes rupturam capere. Ad hanc vocem auditam quidam ita reſpondit: At mihi te audienti latus dolet. Tanta erat Sybaritarum mollities: vt nullum opificium in ciuitatem admitterent, quod cum ſtrepitu exerceretur, quod genus ſunt fabrorum ferrariorum & lignariorum. Atq; adeo ne gallum quidem gallinaceum in ciuitate fas erat alere, ne quid eſſet quod illis ſomnum interrumperet. Iocus autẽ in hoc erat, quod agricola probabilius dixit, ſibi ex tam ſtulta voce dolere latera, quã Sybarita dixerat, ſe ex foſſorum ligone ſentire rupturam. Latera dolent loquenti, non audienti: & rupturam patitur grauiter laborans non ſpectator. *Athenæus, l.12.*

*Cleomenes*, Nicagoras Meſſanus, quum in Aegyptum venales equos optimosque adduxiſſet, factus obuiam Cleomeni Lacedæmonio, ante ſibi cognito, ſalute data interrogauit: cur in Aegyptum profectus eſſet? Quum ille equos optimos, belloque idoneos ſe adduxiſſe, reſponderet: ſubridens Cleomenes, Mallem, (inquit) mimos & cinædos adduxiſſes. Notauit autem eo dicterio

Ptolemæum, qui mollis & effœminatus inter mulieres viuebat. *Plutarch.*

*Anonymus*, Recitanti quod ſcripſit Pindarus, Græciæ fulcimentum eſſe Athenas, Lacon dixit: ruituram Græciam: ſi tali fultura niteretur. Taxauit Athenienſium mollitiem, quæ poetæ elogio non reſponderet: aut certe poetæ vanitatem, qui tali præconio celebraſſet indignos. *Plut. in Lacon.*

*Demonax*, Proconſul Cynicum quendam, è quo publicè erat proſciſſus ob mollitiem, ad ſupplicium abripi iuſſit. Huic deprecator erat Demonax, dicens, homini ignoſcendum eſſe ob ſectæ vitium. At cum proconſul non denegaret veniam, rogaret tamen quo afficiendus ſit ſupplicio, ſi in eodem peccato porro deprehenderetur? Demonax, hominem totum iniungi, ac forcipe velli oportere, pronunciabat. Notans libertatem caſtigandi in Cynico, & mollitiem accuſati, vnguentis enim ſemper delectabatur. *Eraſm. libr. 8. apoph.*

### ¶ Similitudines.

*Nazianz.* Qui corpora amant quoniam fluxa ſunt, inſtar vernis diffluunt floribus: quin nec flamma permanet, quum materia eſt conſumpta, ſed cum illa accedente euaneſcit: Ita nec deſiderium ſubſiſtit, quum marcet feruor: modeſti verò, & qui ſecundum Deum viuunt, poſt quum rei ſunt firmioris, ideo etiam ſtabiliores exiſtunt: ac quantum pulchritudo plus ab eis imaginatione deprehenditur, tanto illos magis ſibiipſi, & amatores eorum inuicem colligat. *De laudibus Baſilij.*

*Maximi monachi.* Quemadmodum vermiculi facilius in molli ligno naſcuntur quam præduro: Sic dolores homines molliores facilius inuadunt quam robuſtiores. *Serm. 28.*

*Thriuert*, Parum liberale eſt, quod quis emaſculet corpus aut faciem: Magis infame eſt, quod vir in gratiam fœminarum effœminet animum, & ad citharam diſcat molliter componere greſſum. *in apoph. 116.*

---

# Moncahus.

### ¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

Monachus, Græca dictio eſt, ἀσκητὴς, μοναχὸς, ȣ, ὁ, & ſolitarium ſignificat, diciturque à μόνος, ȣ, ὁ, ſolus: & eſt is qui viuit ſeparatus ab hominum conuerſatione. Vide Lexicon trilingue Lugdun. pag. 491. & 492.

### ¶ Sententiæ Biblicæ.

Cum voueris votum Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus: & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. *Deut. 2. & Eccl. 5.*

Semita iuſtorum declinat mala, cuſtos autem animæ ſuæ ſeruat animam ſuam. *Prou. 16.*

Omnis enim, qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. 1. *Cor. 9. 2. Tim. 2.*

Et illi quidem corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. *ibid.*

Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit. *idem.*

### ¶ Sententiæ Patrum.

Nimis dolendum eſt, ſi ad tam ruinoſam ſuperbiam monachos ſubigimus, & tam graui contumelia clericos dignos putamus: vt ſcilicet dicatur, quod malus monachus bonus clericus eſt: cum aliquando bonus etiam monahus vix bonum clericum faciat. *Aug. ad Aurelianum.*

O Monache! qui ſtas corpore, flat anima tua, & non pſallis Deo, maledictus homo qui facit opus Dei negligenter. Si pſalterium es, ſi cithara es, quare ſurdus es, & non glorificas Deum? *Hieron. ſuper Pſal.*

Si cupis eſſe quod diceris, monachus, id eſt, ſolus, quid facis in vrbibus, quæ vtique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum. *ibidem.*

Monachus qui non laborat pro fraudatore & fure eſt habendus. *Anonym. apud Soc. Eccleſ. hiſt. lib. 4. c. 18.*

Quid tibi ea videre neceſſe eſt, quorum contemptu monachus eſſe cœpiſti? quem ſenſeris tibi, aut ſemper, aut crebro de minimis loquentem, excepta eleemoſyna, quæ differenter omnibus patet: inſtitorem potius habeto, quam monachum. Prima virtus monachi eſt, contemnere hominum iudicia, & ſemper Apoſtoli recordari dicentis: Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. *S. Hier. in epiſt. ad Pammach.*

Tu ſi Monachus eſſe vis, non videri, habeto curam, non rei familiaris, cui renunciando hoc eſſe cœpiſti, ſed animæ tuæ. Monachum non loquendo & diſcurrendo, ſed tacendo & ſedendo quiſq; nouerit, monachus non doctoris, ſed plangentis habet officium: qui vel ſe mundum lugeat, & Domini pauidus præſtoletur aduentum. Flos quidem & pretioſus lapis inter Eccleſiaſtica ornamenta, monachorum & virginum chorus eſt. *T. Hieronym. ad Ruſticum.*

Diebus patrum noſtrorum tres iſtæ virtutes in amore [...] pud monachos erant, Nuditas rerum omnium, Manſuetudo [...] tinentia: nunc autem Auaritia, Gula & Intemperantia. *Helias* [...] *bas.*

Quid facit monachus in cellis fœminarum? quid ſibi vo[...] uata & ſola colloquia, & arbitros fugientes oculi? Sanc[...] impatientiam non habet. *S. Hier. ad Heliodorum.*

Patres noſtri continentiam, & paupertatem, ac nuditatem [...] omnium vſque ad mortem ſeruauerunt: Nos autem Ven[...] ſtros & Crumenas noſtras dilatauimus. *Abbas apud Io. Moſch.* [...] *prato Spir. c. 130.*

Aegyptiorum monaſteria hunc morem tenent, vt nullum [...] opere laborem ſuſcipiant, non tam propter victus neceſſaria, [...] propter animæ ſalutem, ne vagetur pernitioſis cogitationibus [...] *Hier. in epiſt. ad Ruſticum.*

Magna abuſio & maxima cura eſt vt corpus regulariter [...] tur: & contra regulam ſuis veſtibus anima nuda deſeratur [...] to ſtudio tunica & cuculla corpori procurentur: quatenus [...] runt, monachus non putetur: cur ſimiliter pietas & hu[...] tui, quæ profecto ſpiritualia indumenta ſunt, non prouid[...] *in apolog.*

Habitus noſter, quod & dolens dico, qui humilitatis ſolet [...] ſigne, à monachis noſtri temporis geſtatur ſuperbe. Vix iam [...] ſtris prouinciis inuenimus, quo veſtiri dignemur. Miles & mo[...] chus ex eodem panno patiuntur ſibi cucullam & chlamydem [...] *ibid.*

Labor & latebræ & voluntaria paupertas, hæc ſunt Mon[...] rum inſignia, hæc vitam ſolent nobilitare monaſticam, no[...] tem oculi omne ſublime vident, noſtri pedes omne forum c[...] eunt, noſtræ linguæ in omnibus audiuntur conſiliis, noſtræ m[...] omne diripiunt patrimonium. *Idem in quadam epiſt.*

Super fratrum tranſgreſſiones, non ſuper patrum tra[...] conſtituitur, qui abbas eligitur, mandatorum cultor, & v[...] vltor. *Ber. de præceptis & diſpenſati.*

Monachus ſingularis eſt, qui ad bona propria eſt ſtren[...] bona communia piger, qui in lecto vigilat, & choro dormita[...] *idem Bern.*

Leguminas inquis, ventoſa ſunt, caſeus ſtomachum gra[...] capiti nocet: potum aquæ non ſuſtinet pectus: caules nutri[...] lancholiam: choleram porri accendunt: piſces de ſtagno a[...] toſa aqua meæ penitus complexioni non congruunt: quale[...] vt in omnibus fluuiis, agris, hortis, cellulis reperiri vix poſſ[...] comedas? Puta te quæſo monachum eſſe, non medicum [...] complexione iudicandum, ſed de profeſſione. Parce obſe[...] mum quieti tuæ, parce deinde labori miniſtrantium; parce [...] mini domus, parce conſcientiæ, conſcientiæ non dico tuæ, [...] rius ſcilicet, qui prope te ſedens & edens, de tua ſingularita[...] murat, & de tua ſuperſtitione ſcandalizatur. *Idem ſuper Can[...] mon. 30.*

Qui monachum profiteris, qui crucifixus es, qui debe[...] rides. Dic mihi vbi Chriſtus hoc fecit? Audiſti hoc alicubi [...] quam, ſed contriſtatum ſæpius legiſti. *Chryſoſtom. ſuper epiſt.* [...] *Hebr.*

Summa monachi virtus, humilitas: ſummum vitium [...] perbia eſt. *Iſidor. de ſum. bon. lib. 1.*

Tunc autem ſe monachum quiſque iudicet, quando ſe [...] mum æſtimauerit, etiam cum maiora virtutum opera geſſerit. [...] *dem.*

Multi monachorum amore parentum non ſolum terren[...] ris, ſed etiam forenſibus iurgiis inuoluti ſunt, & pro ſuorum [...] porali ſalute, ſuas animas non perdiderunt. *ibidem.*

Ita inquit Macarius debere monachum ieiuniis operam da[...] centum annis in corpore commoraturum: ita motus anim[...] nare, & iniuriam obliuiſci, iuſtitiasque reſpuere, dolores quoq[...] detrimenta contemnere, tanquam quotidie moriturum. *Iuan.* [...] *lib. 5.*

Hæc apud Aegyptum eſt ab antiquis patribus ſancita ſen[...] operantem monachum dæmone vno pulſari: otioſum vero [...] meris ſpiritibus deuaſtari. *ibid.*

Monachi ſibi clauſtra faciunt, quibus homo exterior [...] poſſit, ſed vtinam clauſtra facerent, quibus homo interior o[...] teneretur. *Hug. de clauſ. ani. lib. 1.*

In choro ſum corpore, aliquo negotio mente, nunc intus m[...] nunc foris exeo: aliud canto, aliud cogito: pſalmodiæ verba p[...] & pſalmodiæ ſenſum non attendo: ſed mente vagus, habitu [...] lutus, oculis attonitus, huc & illuc proſpiciens, quæcunque [...] runtur, perluſtro & perſpicio: habitum monachi, non conuer[...] nem habens in magna corona & ampla: cuculla ſalua mihi o[...] exiſtimo. *lib. de anima.*

Ordo clauſtri & ordo curiæ diuiſus eſt. Ibi ſedes in inſidiis [...] diuitibus in occultis, vt interficias innocentem: hic audis, n[...] di cum conſilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non [...] Ibi inſidiaris, vt rapias pauperem: dum attrahis eum; hic [...] Odiui eccleſiam malignantium, & cum impiis non ſedebo. [...] dextera tua repleta eſt muneribus, hic lauas inter innocente[...] nus. Ibi laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniqu[...] nedi[...]

...Hic benedicitur Deus. Si vis eſſe monachus curialis, laudes non debes, defendis quod non expedit, operaris quod non ... operaris quod non decet. *Hugo de 12. abuſionib.*

Si monachus es, quid facis in turba? Si amas ſilentium, cur declamationibus aſſidue intereſſe delectaris? Tu ſemper ieiuniis & fletibus ... debes, & tu philoſophari quæris? Simplicitas monachi philoſophia eius eſt. Sed docere, inquis, alios volo: non eſt tuum docere ſed plangere. Si tamen doctor eſſe deſideras, audi quid faciendum. ... habitus tui & ſimplicitas vultus, innocentia vitæ & ſanctitas conuerſationis tuæ docere habent homines. *Hugo. de clau. an.*

Solitaria ſane vita, cœleſtis doctrinæ ſchola eſt, diuitiarum artium diſciplina. *Pet. Rau.*

## ¶ Similitudines.

*Chryſoſtom.* Quemadmodum qui intra portum ad gubernaculi clauum aſſidet, is non continuò ſufficiens artis periculum præbet: ... in medio mari collocatus, nauem ſæuiente tempeſtate ... potuit, hunc certe nemo eſt, qui non optimum gubernatorem ... dixerit. Proinde nec monachum ipſi magnopere ac ... admirabimur, quod is apud ſe viuens neque ... neque in multa ac magna peccata prolabatur. *libr. 6. de ...*

*D. Hieronym.* Quæ viuunt in monaſterio, & quarum ſimul magnus eſt numerus, nunquam ſolæ, nunquam ſine matre procedant. ... agmine columbarum crebro accipiter vnam ſeparat, quam ſtatim inuadat & laceret, cuius carnibus & cruore ſatietur. Morbidæ ... relinquunt gregem: & luporum faucibus deuorantur. ... ſanctas virgines, quæ diebus feſtis, propter frequentiam ... pedem domi cohibent: nec tunc egrediuntur, quando ... adhibenda cuſtodia, & publicum penitus deuitandum. *ad ... eandem.*

*Gregor.* Quaſi proſpero flatu nauigabam, cum tranquillam vitam ... monaſterio ducerem: ſed procelloſis ſubito motibus tempeſtas orta eſt, me rapuit in ſua perturbatione, & proſperitatem itineris amiſi: quia quiete perdita mentis, naufragium pertuli. Ecce ... vndis verſor, & tuæ orationis tabulam quæro: vt qui in naui ... perueníre non potuerim, ſaltem poſt damna ad littus tabulam reducar. *lib. 11. Epiſtolarum. epiſt, 125.*

*Driedon.* Quemadmodum is qui ſe exonerat, ſarcinas graues, ... aliaque impedimenta remouens, nō ob id dicitur iam aſcendiſſe ... in culmine montis, ſed in ſtatu præfatæ aſcenſionis cō... & aſcendendo, de hora in horam appropinquat ipſius montis culmini. Ita & is qui accepta cœlitus voluntate prrpetuo contineri ... profiteatur vitam monaſticam, non ex hoc ipſo iam eſt perfectus in vita Chriſtiana, ſed ſe poſuit in ſtatu quidem altiori, quo ... proficere valeat in dilectione, abijciens impedimenta ſeu ... menta. *In præfat. libri de eccleſ. ſcriptores.*

## ¶ Scriptores.

De Monachis & vita Monaſtica vide *Auguſtinum libro de moribus Eccleſiæ, cap. 31. Ioann. Chryſoſtomi libros tres contra vituperatores vitæ Monaſticæ. Ioan. Caßian. in libr. de inſtitutis Cœnobiorum. Albertum Magn. in defenſorio Mendicantium. B. Thom. in opuſculo ... contra impugnantes religionem. B. Bonauentur in Apologia pauperum. & libro de paupertate Chriſti. Thomam Waldenſ. ... & 4. de doctrina fidei, & de Sacramentalibus tit. 9. Albertum ... controuerſia 14. Alphonſum Virueſium Philippica 20. Con... Kallim in euerſione Epithalamij Lutheran. Ioan. à Dauen... in refutatione confeſſionis Auguſtanæ. Ioan. Eccium in Enchiridio. Et ante omnes Robertum Bellarminum Cardinalem lib. 2. Secundæ controuerſiæ Tom. 2, Diſputation.* vbi in præfatione plures autores nominantur, qui de hoc argumento ſcripſerunt.

*Vide Clericus, Sacerdos.*

# Monarchia.

## ¶ Definitio: et Etymol.

Monarchia, Græce μοναρχία, ας, ἡ. Eſt vnius principatus, à μόνος, quod eſt vnus, & ἀρχὴ, principatus. Hunc principatum appellat Suetonius Arbitrium orbis terrarum. Hac qui potitur Monarchia dicitur.

Monarchia in tribus ſpeciebus gubernationum, quas Philoſophi ... cenſuerunt, primas tenet.

## ¶ Sententiae Poeticae.

Homerus 2. Iliad.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεύς.

*Non bonum eſt multorum dominium: ſit dominus vnus,*
*Vnus & rex.*

Eobanus ſic vertit.

*Nec multos regnare bonum, rex vnicus eſto,*
*Vnius Imperium, cui Iupiter aurea magnus*
*Sceptra dedit, iuſsitq; ſuis dare iura tuendis.*

## ¶ Sententiæ Philosophicæ.

Ego perſonam arbitri mihi aſſumens, quemadmodum iamdiu conſueui, vtriusque & ei qui tyrannidem gerit, & qui patitur, conſulam. Et imprimis cuivis tyranno conſuluerim, vt nomen iſtud, remque ipſam declinet, ac in regnum, ſi fieri poteſt, conuertat. Poteſt autem fieri, ſicuti re ipſa oſtendit ſapiens, bonusque vir Lycurgus, qui cum videret genus proprium in Argo & Meſſena ex regno in tyrannidem eſſe translatum, & vtrosque cum ſeipſos tum ciuitates ſuas perdere, metuens ciuitati ſuæ & generi remedium ſalubre imperio regio adhibuit ſenatum, & Ephororum principatum in regni ſalutem. Itaque per tot iam ſæcula durat cum inſigni gloria: quandoquidem lex domina effecta eſt Rex hominum, non autem homines tyranni legum. *Plato in epiſt. ad familiares Dionis.*

Oſtanes hortabatur, rem Perſiam in medium conſtitui. Mihi vero quæ Megabyzus dixit, quatenus ad ſtatum popularem pertinent, recte dicta videntur: quatenus ad ſtatum paucorum, non recte. Propoſitis enim tribus ſtatibus, & his omnibus optimis, vt optime imperet populus, optime pauci, optime vnus, inter hæc multum antecellere vnius imperium ſentio. Nam vnius viri, qui optimus ſit, imperio, nihil melius eſſe conſtat, qui enim huiusmodi fuerit ingenio, plebem poterit ſine omni reprehenſione moderari: vt taceam, ſic præcipue conſilia in aduerſarios trahi ſolere. Porro in ſtatu paucorum, cum plures virtuti incumbant, vehementiora priuatim odia excitari conſueuerunt. Cum enim quisque princeps eſſe optet, & in dicenda ſententia vincere, ad ingentia inter ſe odia euadunt: ex quibus ſeditiones exiſtunt, è ſeditionibus cædes: è cædibus ad vnius imperium deuenitur. Vnde intelligi datur, quanto ſit hoc illo præſtantius. Iam vero plebe imperante, abeſſe non poteſt, quin malitia exoriatur: exorta malitia in Republica, inter malos non odia fiunt, ſed amicitiæ validæ. Qui enim aduerſus Rempub. facinoroſi ſunt, mutuo ſe occultant: idque tam diu fit, dum aliquis populo præpoſitus tales homines compeſcat, videlicet, quem populus inter cæteros admiretur. Hic cum admiratione eſt, tunc vere Monarchus oſtenditur, declarans in hoc Monarchum eſſe omnium præſtantiſſimum. Atque, vt in ſumma omnia colligam: vnde nobilis libertas extitit, an & à quo data? à populone, an ab oligarchia, an à monarcho? ego ſentio, cum ſitis per vnum virum liberati, vos debere talem rem complecti, cum dictam ob cauſam, tum ne patrias leges bene conditas diſſoluatis: quod nequaquam ſatius eſt. *Herodot. libr. 3. Hiſtoriarum.*

Nulla vero ars alia de hoc contendit, quaſi ſit totius humanæ communionis curatio maior mitiorque quam regia. Recte loqueris, poſt hæc nunquid aduertimus Socrates, quam grauiter circa finem delinquimus? Vbi delictum dicis? In hoc inquam, quod etſi artem quampiam bipedis gregis nutricem eſſe putauimus, non tamen illico regiam illam atque ciuilem tanquam abſolutam appellare debuimus. Cur non? Primo quidem oportebat, quoque dicebamus, nomen ad curam magis quam ad nutritionem accommodare poſtea curam diuidere, nam diuiſiones non paruas ſuſcipit. Quas? In diuinum paſtorem, & humanum curatorem. Scite, Curationem item humanam in duo. Quæ? Iſi eam quæ inuitis, & eam quæ volentibus imperat. Quid ergo? In hoc ſane peccantes ineptius quam decebat regem tyrannumque in idem conduximus, cum & ipſi inter ſe & diſſimillimi ſint, & gubernandi modus longe diuerſus. Vera refers. *Plato in Politicis.*

Ἐγὼ δέ φημι πρῶτα μὲν δῆμον ξύμπαν ὠνομάσθαι, ὀλιγαρχίαν δὲ μέρος, ἔπειτα φύλακας μὲν ἀρίστους εἶναι χρημάτων τοὺς πλουσίους, βουλεῦσαι δ' ἂν βέλτιστα τοὺς ξυνετούς, κρῖναι δ' ἂν ἀκούσαντας ἄριστα τοὺς πολλούς, καὶ ταῦτα ὁμοίως καὶ κατὰ μέρη καὶ ξύμπαντα ἐν δημοκρατίᾳ ἰσομοιρεῖν. ὀλιγαρχία δὲ τῶν μὲν κινδύνων τοῖς πολλοῖς μεταδίδωσι, τῶν δὲ ὠφελίμων οὐ πλεονεκτεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ξύμπαν ἀφελομένη ἔχει.

Ego vero primum reſpondeo, popularis ſtatus nomine, intelligi omnem ciuitatem, paucorum vero partem ciuitatis: deinde cuſtodes quidem pecuniarum optimos eſſe locupletes: ad conſulendum autem præclariſſime eos qui pollent intelligentia: cæteros vero nempe vulgus, poſtquam audierit res optime iudicare: & hæc idem ſiue per partes, ſiue per vniuerſum æqualiter diſtribui in democratia. At paucorum ſtatus, pericula quidem populo impartit, commodorum autem non modo plus, verum etiam totum ſibi vendicat, erepta ab aliis ſua portione. *Thucyd. l. 6. in concione Alcib.*

Oligarchiæ & Democratiæ ciuibus in Repub. æqualitatem comparant, & hoc in ipſarum ſtatu egregium eſt, ſi alter præ altero in nulla re polleat, quod ex vſu eſt improbis. Monarchiæ vero plurimum tribuunt optimo: deinde ſecundo, quod poſt primum eſt: deinde tertio ac quarto, ac reliquis eadem ratione pro meritis cuique. Atque hæc, etſi non vbique ita ſe habeant, intentio tamen Reipub. talis. *Iſocrates in Nicocle.*

Atqui ſi hominum inſpicienda ſunt ingenia & actiones, omnes potius approbabunt tyrannides. Quis vero recte ſapiens non

malit

malit in huiusmodi Repub. degere, in qua cuiusque virtus euceſcit: potius quam agere in media plebe, & qualisnam ſit, non cognoſci. Quinetiam tanto faciliorem non immerito ipſam eſſe iudicauerimus, quanto facilius eſt animum ſuum vnius viri instituto accommodare quam multis variisque opinionibus placere conari.

Qui magiſtratus per vices annorum ſubeunt, prius fiunt iterum priuati quam Reipublicæ negotia cognoſcant, eorumque ſibi experientiam comparent. Qui vero ſemper iisdem officiis funguntur, licet ingenii fuerint inferioris, experientia tamen vſuque rerum longe cæteris præferendi ſunt: Ad hæc populus multa negligit, dumq; alter reſpicit alterum, illi vero nihil per negligentiam delinquunt, cum per ipſos omnia fieri oportere ſciant. Item qui in paucorum aut populari verſantur imperio, propter contentiones priuatas reipublicæ damnum inferunt: qui vero in monarchia viuunt, quia non eſt cui inuideant, omnia quam fieri poteſt optime agunt. Præterea populus maleuolentia mutua laborat, & optarent ſinguli, vt & qui ante ſe rempublicam geſſerunt, & qui in præſentia gerunt, peſſime ciuitatem gubernaſſent, vt eo maior in ſe gloria redundaret: Monarchæ autem cum per omnem vitam domini ſint rerum, perpetuam beneuolentiam retinet. Cæterum hoc maximum eſt, quod vulgus applicat omnia ad publica tanquam aliena, Monarchæ tam quam propria. Et in rebuſpublicis conſiliarii adhibentur: illic quidem ciuium audaciſſimi, hic vero ex omnibus delecti ſapientiſſimi. Et vulgus illos maxime colit, qui in turba oratione valent: Monarchæ autem in rebus agendis, reuera doctos. Non modo autem in vulgaribus & quotidianis rebus Monarchiæ præcellunt, ſed etiam militiæ commoditates omnes potiores habent. Eſt enim facultas, tum ad apparatum, tum ad vſum illarum, ſiue latentem, ſiue manifeſtum: item ad perſuadendum nonnullis, alios cogendum: alios precio, alios aliis obſequiis alliciendum, plus Monarchiæ, quam cæteræ reſpubl. poſſint: & hæc non minus quispiam ex ipſis factis & euentu, quam verbis adductus crediderit. *Iſoc. Nic.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Ὅτι κάλλιστον ἡ μοναρχία.

*Nihil melius monarchia.*

*Darius*, nihil melius eſſe monarchia dixit. *Herodot. lib.* 3.

*Democritus*. Imperare natura proprium eſt præſtantiori.

*Anonymus*. Lydus quidam ad Crœſum accedens, ei dixit. Si gemini ſoles forent, periculum conflagrationis rerum immineret. Ita & regem vnum quidem accipiunt Lydi, & ſeruatorem eſſe credunt: duos vero ſimul tolerare non poſſunt. *Stob. ſer.* 45.

*Alexander*. Darius obtulit has conditiones Alexandro, vt ab ipſo acciperet talentorum decem millia, & inſuper Aſiam ſecum ex æquo partiretur. Id cum recuſaret Alexander: Ego, inquit Parmenio, accepiſſem, ſi Alexander eſſem: Et ego, inquit, Alexander, ſi Parmenio eſſem Dario autem hunc in modum reſpondit: Neque terram duos ſoles, neque Aſiam duos reges ferre poſſe. Et hic animi celſitudinem probare poſſis, niſi dictum impotentiam quandam dominandi ſaperet. Sic Plutarchus in apophthegmat regum & Imperatorum. Verum hoc paulo aliter recitat Serinus *in Commentariis, cuius hæc ſunt verba:* Cum Lydis Crœſus imperaret, fratrem in conſortium imperii aſſumpſit: tum quidam ex Lydis accedens, dixit: Omnium in terra bonorum, ô rex, maximum eſt ſol: neque quicquam extaret in terra, ſole non illuſtrante. At ſi gemini ſoles forent, periculum immineret, neq; omnia conflagrantia peſſum irēt. Ita & regem vnum quidem accipiunt Lydi, & ſeruatorem eſſe credunt: duos vero ſimul tolerare non poſſunt, &c. *Stob. ſer.* 45.

*Socrates*. Ei qui animo neſciret vti dicebat melius eſſe vt ſeruus vitam duceret quam liber. Eſſe autem hoc animi, tanquam nauis, gubernaculum tradendum alteri cuipiam, qui didicerit gubernandi homines artem, quam ciuilem quoque & iudicialem, & iuſtitiam vt eſt, ſæpius appellat. *Stob. ſer. eod.*

¶ SIMILITVDINES.

*Roterodami*. Vt vnus Deus adminiſtrat vniuerſa, ſed qui ſit optimus ac ſanctiſſimus. Ita Monarcha res ſit ſaluberrima, ſi detur Deo ſimilis. *in Simil.*

*Vt plures* apparere ſoles, prodigium eſt: Ita plures eſſe Monarchas, aut imperatores. *in Simil.*

¶ SCRIPTORES.

De monarchia & eius ſpeciebus vide *Volater. lib. 36. philologiæ in tit. de politicis*. Quod optimum ſit Monarchia. *Stobæus oſtendit ſer.* 45. porro de Monarchia & cæteris Rerumpublicarum formis videatur. *Plato in Dialogo qui Politicus inſcribitur, ſeu de Regno. Et lib. 8. de Repub. Ariſtoteles in politicis lib.* 3. 4. 5. & 6. *Ethic. l. 8. Et lib. 1. Rhetoricorum. Hermogenes in capite de politiis. Plutarchus in ſeptem ſapientum conuiuio.* Idem de vnius in Repub. dominatione, Statu populari, & paucorum imperio, *Iſocrates in Nicocle, in Areopagitico, in oratione de pace ſeu ſociali. Demonſt. contra Andrationem, contra Timocratem & in λόγῳ ἐπιταφίῳ. Cice. lib. 3. de legibus. In Seſtiana.* Ariſtocratica. *In Philippicis* de Monarchia & Tyrannide *in orationibus ad Cæſarem habitis pro Monarchia. Alcinous cap. 33. Franciſcus Patricius lib. 1. Philoſtratus in d[e] Veſpaſianum inſtituta de optima Republ forma. D[io] man. hiſtor. libro 52. Sigonius libro 1. de antiquo iure Herodot. libro 3.*

*Vide Magiſtratus, Princeps, Rex.*

# Monitio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL[OGIA]

MOnitio, Græce παραίνεσις, ὑπόμνησις, παραίν[εσις] ... *Offic.* Habenda ratio & diligentia eſt, primum ... acerbitate, deinde obiurgatio contumelia care[at].

¶ BIBLICI LOCI.

Monitiones in Eccleſia neceſſariæ, *Coloſſ.* 3. 16. 1. *Theſſ.* ... *moth*, 5. 7. 2. *Tim.* 4. 2. *Heb.* 10. 24.

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Ouid. 2. Pont. 11.

*Ergo quod fuerat ſtimulus factura ſine vllo,*
*Plenius auctorem te quoque nacta facit.*
*Acer, & ad palmæ per ſe curſurus honores,*
*Si tamen horteris, fortius ibit equus.*

Idem 5. Triſt. 15.

*Ne te credideris, quia non facis iſta, moneri,*
*Vela damus quamuis remige puppis eat.*
*Qui monet, vt facias, quod iam facis, ille monendo*
*Laudat, & hortatu comprobat acta ſuo.*

Ouid. 1. Remed.

*Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte,*
*Reſpuit, atque odio verba monentis habet.*

Ouid. 1. Remed.

*Quis matrem, niſi mentis inops, in funere nati*
*Flere vetat? non hoc vlla monenda loco eſt,*

Idem 1. Pont. 4.

*Vtq; Machaonis Pæantius artibus heros*
*Lenito medicam vulnere ſenſit opem:*
*Sic ego mente iacens, & acerbo ſaucius ictu,*
*Admonitu cœpi fortior eſſe tuo.*
*Et iam deficiens ſic ad tua verba reuixi,*
*Vt ſolet infuſo vena redire mero.*

Moſchion.

*Celebre iſtud hominum dictum eſt,*
*Quod alium admonere labor ſit modicus:*
*Iniuriam vero ſibi ipſi illatam ſuſtinere,*
*Omnium eſſe maximum inter homines onus.*

Phil. in Olynth.

*Medicos ægrotis, amicos infortunatis conſulere ...*
*Non difficile eſt alicui male affecto*
*Illum qui bene appetit cibum, dicere, doleas.*
*Et pugilem increpari ab illo qui nunquam certa[uit]*
*Ipſum vero pugnare non eſt facile.*
*Adeo inter ſe differunt dictum & factum.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Monitionis *exempla:* Saræ parentes, *Tob.* 10. *v.* 12. Paulus ... v. 28. Petrus, 2. *Pet.* 1. 13. & 3. 1. Iudas Iacobi frater, *Iudæ v.* ... nes temperandæ, 1. *Tim.* 5. v. 1. 2. *Iac*, 3. 1.

*Vide ſupra Admonitio.*

# Mons.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

MOns, terræ tumor altiſſimus, ab eminendo, qua[ſi] ... dictus. Græc. ὄρος, ab Hebr. *Har.* Cognationem ... nomine *Harah*, grauida mulier, cuius vterus ... intumeſcit, ἄωρος, ſublimis, eleuatus.

¶ LOCI BIBLICI.

Montes à Deo erecti, *Pſal.* 104. 8. Dei contactu fumant ... 144. Babylon mons peſtifer, *Ierem.* 51. 25. Mons Sinai, *Exod.* ...

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Montana loca velut ſpongia superſuſpenſa multam aqu[i]titudinem accipiunt, & aſcendentem vaporem infrigidan[tes] rum in aquam condenſant. *Ariſt. meteor.* 1. c. 1.

Montium eleuationes ad tantam magnitudinem terræ ... ſufficientes ipſius ſphæricam figuram auferre. *Ariſtotel.* ... *text.* 112.

Montes alti ſunt in partibus Aquilonaribus, quia qua[nto] frigidiores in ſuperficie, tanto magis recludunt in ſe vapore[s] diu in terræ ventre congregatos, qui frequenter erumpunt ... tes altos. *Alb. Mag. de nat. loc. diſtinct. cap.* 1.

…tas diuerſas dat proprietates locis ex ſitu & …iles non multum alterant ipſorum natu- …m verſus Aquilonem, locus eſt calidus: …flectuntur radij: & vina fortia generantur. Si ad Meridiem, …ſus Aquilonem, locus eſt frigidus vehementer, tum ex niui- …nem, quia detectus eſt locus vento Aquilonari. Si ad Ori- … & habitatio ad Occidentem erit frigida, & humida. Si ex par- …dentis ſunt montes, & locus ad Occidentem, locus frigidus, …dus erit. Locus iuxta montes niuoſos & frigidos, & inter …s concluſus, eſt omnimode malus. *Alb. Mag. de nat. loc. diſt.* …

# Monſtrum.

### DEFINITIO. ET ETYMOL.

…ſtrum, Græce, τέρας, ατος, τὸ, & τερατώδης, εος, ὁ, ἡ, monſtroſus … Hebr. *Mopech, Deut.* 13. 2. à verbo *Haphabh*, ſplenduit, il- … à *Patah*, perſuaſit, quod monſtra & portenta homines qui- … mala portendunt ad meliorem mentem reuocent, vel à … *ſpher*. Differunt autem ſic, monſtrum, prodigium, porten- … oſtentum. Quod *Monſtra* propriè ſunt, quæ contra naturam … homo cum bruti capite, pedibuſve naſcatur. Hæc & pro- … aliquando dicuntur, quaſi porro aliquid monſtrantia ſiue … *Portenta*, quæ licet naturalia ſint, rarò tamen ſe oſten- … futurum aliquid, cum temporis interuallo denunciant. … verò, quæ ſtatim futurum aliquid indicant, vt ſunt ſereno … tonitrua, cometæ, mulæ partus, & huiuſmodi. *Prodigia*, … naturaliter fiant, ac ſæpe eueniunt, ſemper tamen aliquid … agunt mali. Quapropter prodigium, quidam dictum volunt, … porro agendum. Tales ſunt bubonis eiulatus, abeunti obuiam … coruì cantus, & ſimilia. Hæc tamen ſæpe confunduntur ab … ribus. Et pro eodem ſignificato omnia capiuntur pro eo, quod … aliquid oſtendunt, dicta ſunt.

*Monſtrum* à monſtrando quaſi moneſtrum, quod moneat ali- … futurum. *Prodigium*, quaſi prædicium, quod prædicat, vel à … agendo. Portentum, quod portendat. Oſtentum, quod oſten- … *Vide Peucerum Comment. de Diuinationibus, & Martinum* …

### SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Monſtra licet ſint ex natura, tamen non à natura ſunt per ſe, ſed … materiæ defectum. *in 2. Phyſ. tract c.* 4.

Monſtra quæ à natura producuntur, potius occaſionata quam … dici debent. *Alb. Mag. anim. lib.* 18.

Monſtra propter quatuor cauſas fiunt: primò propter materiæ … nem: ſecundò propter materiæ ſuperfluitatem: tertio … qualitatum improportionabilitatem ad materiam: quarto … continentis malitiam. *Alb. Mag in 2. Phyſ. tract.* 2. *c.* 5.

Monſtra propter diminutionem materiæ tribus fiunt modis: ſe- … diminutionem membrorum tantum, & non ſecundum … rum: ſecundò ſecundum diminutionem, & ſecundum nu- … tertiò ſecundum numerum, & non ſecundum magnitudi- … *ibid.*

Monſtra, quæ fiunt propter diminutionem materiæ ſecundum … tatem magnitudinis, vel ſecundum numerum, vel ſecundum … nem fiunt, vel ex diminutione materiæ, vel ex debilitate … formatiuæ quæ non poteſt formare, niſi partem de mate- … rejicit aliam: & ſic contra, quæ propter ſuperfluitatem mate- … *Alb. Mag in* 2. *Phyſ. tract. c.* 3.

Monſtra magis fiunt in animalibus, quam in plantis: quia ani- … ſemen mollius eſt, & plura exiguntur ad terminationem … quam ſeminis plantæ: & animal eſt difficilis generationis & … facilis. *ibid.*

Monſtra generantur propter corruptionem alicuius principij. … *in poſterior.*

Monſtra ſi duo capita habent, vel duo alia membra, vtrum ſint … animal, vel plura, patet ex hoc, ſi cor vnum habent, ſunt v- … animal, ſi plura, plura. *ibid.*

Monſtra ex homine & cane oriri non poſſunt, quia tempora gra- … in homine & cane plurimum diſcrepant, & nullum naſci … tempore poteſt. *Ariſt. de gen. anim.* 4. *c.* 4.

Monſtra dicuntur, quod prodeant forma multimembri. *ibid.*

Monſtra vnum vel plura eſſe iudicandum eſt, ſi principium, vt … vnum, vnum animal: ſi duo, duo animalia: partes vero ſuper- … agnationes ſunt. *ibid.*

Monſtrà paruæ quadrupedes pariunt: homo autem & grandes … omnes minus, & equi, & aſini: quia paruæ, vt canes, ſues, … oues longe fœcundiores ſunt, quam grandes, & monſtra … fieri ſolent, cum plura ſemina cohæreſcunt & confunduntur. … & aues monſtra edunt. Oua namque vitello pariunt gemina- … Monſtrum autem ex geminatis illis conſiſtit, quorum vitelli nulla intericta membrana diſtinguuntur. *Ariſtot. Problem. ſec.* 10. *text.* 10.

Monſtra in ouis fiunt pro ratione ſeparationis albuminis, & pro quantitate vitelli. *Io. Gra. in* 4. *de gene. ani. c.* 4.

Monſtra vocantur præcantus citharœdorum, quos inarticulate canunt, vt experiantur chordatum diſcordantiam, etſi ſecundum conuenientem melodiæ rationem extenſæ ſunt. *in* 1. *poſt. cap.* 18.

Monſtra nec ſunt naturæ particularis, nec ſecundum particularem naturam: ſed ſunt ſecundum vniuerſalem naturam, quia nihil eſt in vniuerſo præter naturam. *in* 2. *Phyſ.*

Monſtra ſunt peccata naturæ, nec ea facere natura intendit, ideo naturæ finis non eſt monſtra procreare. *Idem ibid.*

Monſtra concreſcere & generari faciunt quædam loca in cœlo, cum illis luminaria conuenerint, & impediunt in propria, & efficaci materia figuram humanam generari. *Alb. Mag. in* 2. *de minor. tractat.* 3. *c.* 2.

# Mora.

### DEFINITIO: ET ETYMOL.

Mora, expectatio, temporis dilatio, cunctatio: διατριβὴ, ὑπερημερία, ἀναβολή. Hebr. *Hikkebah*, à verbo *hakab*, ſupplantauit, quod proprium eorum eſt qui moras nectunt.

### SENTENTIAE POETICAE.

Ouid. 11. Metam.

*Sed mora damnoſa eſt, nec res dubitare remittis:*
*Dum ſupereſt aliquid, cuncti coeamus ad arma.*

Lucan. 22.

*Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis.*

Sen. Thyeſt.

*Serum eſt cauendi tempus in medijs malis.*

Silius 4. Manil. 4.

*Pelle moras, breuis eſt magni fortuna fauoris,*
*Mora ſæpe malorum.*
*Dat cauſas.*

Ouid. 1. Remed.

*Vidi ego quod fuerat primo ſanabile vulnus.*
*Dilatum longa damna tuliſſe mora.*

Ouid. Epiſt. 18.

*Longa mora eſt nobis omnis, quæ gaudia differt:*
*Da veniam faſſe, non patienter amo.*
*Nam mora dat vites teneras, mora percoquit vuas,*
*Et validas ſegetes quod fuit herba facit.*
*Quæ præbet latas arbor ſpatiantibus vmbras,*
*Quo poſita eſt primum tempore virga fuit.*
*Tunc poterat manibus ſumma tellure reuelli,*
*Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis.*

Ibidem.

*Verba dat omnis amans, reperitq; alimenta morando.*

Idem Epiſt. 19.

*Aſſumpſit vires, auctaq; flamma mora eſt.*
*Quiq; fuit nunquam paruus vel tempore longo*
*Ex ſpe, quam dederas tu mihi, creſcit amor.*

Sen. Agam.

*Omniq; nimium longa properanti mora eſt.*

Ouid. 4. Met.

*Ad opem breuis hora ferenda eſt.*

Sen. Agam.

*Proinde quicquid eſt, da ſpatium & tempus tibi,*
*Quod ratio nequit, ſæpe ſanauit mora.*

Ouid. 3. Faſt.

*Differ habent paruæ commoda magna moræ.*

Periculoſam in ſalutis negotio dilationem eſſe.

*Craſtina qui differt meliorem in tempora vitam,*
*Quis recte hunc dicat conſuluiſſe ſibi?*
*An qui promiſit veniam, ſi crimina plangas*
*Craſtina promiſit tempora certa tibi?*
*Qui piger eſt hodie ſuperi ad mandata monarchæ,*
*Ipſius obſequio cras minus aptus erit.*
*Emporij tempus nunc eſt: ſi fluxerit illud,*
*Poſtea iam nulli quærere lucra licet.*

### HIEROGLYPHICVM.

Sunt qui tradant credi ſolitum, *Formicam* eo nunquam exire, quo veſpertilio vel ſemel acceſſerit: atque ideo *Formicam ſub Veſpertilionis ala poſitam, & moræ & tarditatis aut impedimenti* ſignificatum habere. *Pier. Taler. lib.* 25. *pag.* 232. *D.*

*Vide Cunctatio, Feſtinatio, Celeritas.*

### EMBLEMA.

Nunquam procraſtinandum.
Emblema III. Andr. Alciati.

*Alciatæ gentis inſignia ſuſtinet Alce,*

*Vnguibus*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Vnguibus & μηδὲν fert ἀναβαλλόμενος.*
*Conſtat Alexandrum ſic reſpondiſſe roganti,*
*Qui tot obiniſſet tempore geſta breui?*
*Nunquam, inquit, differrre volens, quod & indicat Alce,*
*Fortior hæc, dubites, ocyor anne ſiet.*

---

# Morbus.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

MOrbus, Græce νόσος, κ, ἡ, & νοσώδης, εος, ὁ, ἡ, morboſus dicitur. Hebr. *Choli*, & *Machalch*, à verbo *Machal*, *Machal*, infirmus fuit, infirmatus eſt. Morbum quidam dictum exiſtimarunt quaſi μοῖραν τοῦ βίου, fatum vitæ humanæ, ſeu mortis prænuntium. Eſt autem morbus, habitus cuiuſque corporis contra naturam qui vſum facit deteriorem. Ita dicit Cæcilius Sabinus in libro, quem de edicto ædilium curulium compoſuit, Labeonem Iuriſconſultum diffiniuiſſe, ex Aulo Gellio, *lib. 4. c. 2. Noct. Atticarum.*

Morbus & vitium ita differunt, quod morbus cum acceſſu diſceſſuq; eſt, vt febris, inſania, quæ à Græcis phreneſis dicitur. Vitium verò eſt, vt cæcitas, claudicatio, vecordia.

## ¶ BIBLICI LOCI.

Morbi ex peccato vt plurimum proficiſcuntur; *Matthæi* 9. *v.* 2. *Marci* 2. 5. *Luc.* 5. 20. *Ioan* 5. 14 1. *Cor.* 11. 30.

## ¶ SENTENTIAE POETICAE.

Ouid. Pont. 4.

*Non eſt in medico ſemper, releuetur vt æger,*
*Interdum docta plus valet arte malum.*
*Cernis vt è molli ſanguis pulmone remiſſus*
*Ad Stygias certo limite ducat aquas?*
*Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas,*
*Sanabit nulla vulnera cordis ope.*
*Tollere nodoſam neſcit medicina podagram,*
*Nec formidatis auxiliatur aquis.*

Idem 3. Pont. 7.

*Curando fieri quædam maiora videmus*
*Vulnera, quæ melius non tetigiſſe fuit.*

Ouid. 3. Pont. 9.

*Non eadem ratio eſt ſentire & tollere morbos.*
*Senſus ineſt cunctis, tollitur arte malum.*

Ouid. 1. Remed.

*Opprime dum noua ſunt ſubiti mala ſemina morbi,*
*Et tuus incipiens ire reſiſtit equus.*

Ibidem.

*Principiis obſta, ſerò medicina paratur,*
*Cum mala per longas inualuere moras.*
*Sed propera, nec te venturas differ in horas.*

Perſius 3.

*Elleborum fruſtra, cum iam cutis ægra tumebit,*
*Poſcentes videas: venienti occurrite morbo.*

Remed. Ouid. 1.

*Nam quoniam variant animi, variabimus artes:*
*Mille mali ſpecies, mille ſalutis erunt.*
*Corpora vix ferro quædam ſanantur acuto,*
*Auxilium multis ſuccus & herba fuit.*

Antholog. Sacr. Iacobi Billii.

Quos fructus aduerſa valetudo pariat.

*Quis, bona quot nobis, quot morbus commoda ſecum*
*Afferat adueniens, commemorare queat?*
*Faſtus abit, cadit ambitio, fugit ardor habendi:*
*Cum ludis fugiunt turpia verba procul.*
*Angitur ob noxas mens irrequieta priores,*
*Nec liber ſceleri curſus, vt ante, detur.*
*Ergo (breue vt faciam) ſic ſano corpore viue,*
*Victurum vt ſpondes, cum male corpus habet.*

In morbis conſolationem ab animo petendam eſſe.

*Cum grauis excruciat morbus, cum ſæua podagra*
*Te premit, & lectus debile corpus habet:*
*Vulneris auctorem ſuſcepto vulnere lauda,*
*Vulneris iſta tibi certa medela datur.*
*Vtq; canens cithara, fidium ſi ruperit vnam,*
*Mox citharam è manibus ponit, & ore canit:*
*Ægra ſuos menti ſic cum caro denegat vſus,*
*Gaudia mente tibi, carne iacente para.*

Euripides in Bellerophonte.

Νόσοι δέ θνητῶν αἱ μὲν εἰσ' αὐθαίρετοι,
Αἱ δ' ἐκ θεῶν πάρεισιν, ἀλλὰ τῷ νόμῳ.
Ἰώμεθ' αὐτὰς. ἀλλά τοι λέξαι θέλω,
Εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρὸν, οὐκ εἰσὶ θεοί.
*Morbi mortalium alij ſponte & noſtra culpa fiunt,*
*Alij diuinitus immittuntur, quibus lege*
*Medemur, ſed hoc tibi dicere volo,*
*Si dij turpe quidquam faciunt, iam non ſunt dij.*

Πολὺ μεῖζόν ἐστι τοῦ κακῶς ἔχειν κακὸν,
Τὸ καθ' ἕνα πᾶσι τοῖς ἐπισκοπουμένοις,
Δεῖν τῶν κακῶς ἔχοντα πῶς ἔχει λέγειν.
*Multo moleſtius ipſa ægritudine malum eſt,*
*Quo ſingulis à quibus inuiſitur,*
*Ægrotus quomodo ſe habeat dicere cogitur.*

## ¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Morbi qui faciunt pulmonem durum, aut turbi... mentis, aut caliditatis ægritudinalis exceſſu, vt in febribus... ſpiritum faciunt: quia non poſſunt tollere longe ſurſum... nem, & deprimere, & tandem eum amplius non poſſunt... moriuntur expirantes. *Ariſt. de iuuen,*

Morbi committendi vim habent exuperantiæ nimiæ... exceſſum vel defectum efficiunt: quare morbum conſiſte... eſt. *Ariſt. Problem. ſec. 1. num. 1.*

Morbus ſi per humidam, aut frigidam materiam... tempus accidens contrarium tollere illam poterit. At ſi... tus temporis ſubſequatur, interimet: quo etiam fit, vt qui... leant, ægrotare tempore mutato incipiant: corporis enim... temperamentum mutari neceſſe eſt, quippe, quod non... rum, ætatum, locorum ſtatum idoneo aptum ſit augeri... *ibidem.*

Morbus eſt defectus, aut exceſſus in corporibus comp... teria, & ordinem menſuram non ſuſtinentibus. *Plot. Enn...* *cap. 1.*

Morbi humani cauſas habent à mutationibus quibuſ... trinſecus, vel extrinſecus orientibus, cum curantur ex ſt... miſſo ſanguine, vel ieiunio. *Idem Enn. 2. l. 9. c. 14.*

Morbus nobis moleſtus eſt, quia nihil in nobis habe... cum, ſed eſt penitus alienus, propterea manifeſtior incid... ximè diuerſus nobis occurrit: quæ verò noſtra, noſque... abſque manifeſto ſenſu nobis inſunt. *Plot. Enn. 5. lib. 8...*

Νόσον Homerus peſtilentiam vocat, eamque graſſatam... olim Græcorum, dixit, nullum vnquam huic remedium... præterquam fugæ ac ſeceſſus, quemadmodum hodie vi... men apud Herodianum inuenio, miſerabiliter vrgente... ſte præſertim in vrbe, ob aduenas vndique ſine diſcrimine... nientes, ex conſilio medicorum Laurentum ſeceſſiſſe, q... frigidioris afflatu & odore lauri eius regionis periculum... Valere enim plurimum aiebant ad eius euitandam com... odoramenta. Quocirca in vrbe Roma plerique vnguent... mis nares atq; aures opplebant, ſuffituq; aſſidui vtebantu... *rodianus.* 24.

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Socrates* interrogatus, quid morbus eſſet? reſpondit, Pe... corporis. *Stob. ſer.* 98.

*Plato* dicere ſolebat, ſi me interrogares, quo præſente... melius habeant corpora? reſponderem vtique, ſanitate... morbo remoto. *Ficin. l. 5. de hominis natura.*

*Alcmæon* rogatus, vnde morbi acciderent? reſpondit... ficientem cauſam, propter exceſſum caloris aut ſiccitatis... terialem ob cauſam, abundante aut deficiente alimento... in aliquibus vaſis, vt in ſanguine, medulla aut cerebro: al... autem ab extremis cauſis eos naſci propter quaſdam aqua... nem, laſſitudinem, rerum penuriam, aut his ſimilia. *Stob. ſer...*

*Diogenes*, Earum domorum, in quibus reperitur copi... multos eſſe mures & feles: ſic etiam corpora quæ multum... perent, multos quoq; morbos aſciſcere dicebat. *Stob. ſer. de...* *perantia.*

*Epaminondas*, Tempore belli Leuctrici, quum accepiſſ... dam ſtrenuum virum periiſſe morbo, per iocum dixiſſe fe... de fuit illi moriendi otium in tantis negotiis? Frequen... non minima morbi pars eſt, imaginatio morbi metuſve... giorem ſolet excutere negotiorum ardor. *Eraſ. l. 5. apoph.*

*Democritus* dicere ſolebat, ſi corpus animum in iu... haudquaquam futurum vt ille muneris male adminiſtra... effugeret. Animus in corpore veluti præſidio collocatus... men pleraq; mala corpori ab animo veniunt.

*Anonymus*, Chryſippi diſcipulus medicus non ignobilis... nem regis amicum quendam ex nimia intemperantia mo... rantem, negauit poſſe ſanari, quumq; alter medicus Ep... lippus ſe ſanaturum polliceretur, reſpondit illum ad mo... reſpicere, ſe autem ad animum. *ex Celſ. l. 3.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi*, Exorto aliquo qui ventis & tempeſtatib... ratur, ſume arbuſtum aliquod, & pone in opaco & aqu... co, & videbis, quod multum à fortitudine & dignitate... bitur, quam habuit eo loco, vnde conſtat eſſe tranſlatum... corpore molli reddito & delicato, neceſſe eſt & animum... pare ex corporis morbo. Sicut in chordis contingit. Cum... ſunt ipſi ſonitus molles & delicati, & non conuenienter... etiam artis ratio deprauatur, & cogitur vitio ſeruire chord...

Sic...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] fit in corpore: multas ab eo anima ſuſcipit læſiones, [illegible] neceſſitates. Quando enim multa opus habet ad ſui curationem anima, amaram ſuſtinet ſeruitutem. *Homil. 20. in epiſt. ad* [illegible]

*[illegible] Plutarchi. Vt medica* terra diu retinet ſemina propter aſperitatem [illegible] ſero emergant: Ita morborum ac dolorum cauſæ in hominibus [illegible] quoties diu latent, donec voluptas in febrem erumpat. *in* [illegible]

*[illegible] Thymiamatorum* odores per ſe parum efficaces, admixti oleo maiorem [illegible] vim habent: Ita morborum cauſæ, ſi in corpus incidant, iam [illegible] omnibus collectis abundant. *in moral.*

*[illegible] male affecto* corpore, vitæ ratione morbum accerſunt, ii quaſi [illegible] commouent. *in moral.*

*[illegible] Corpus* ægre affectum ad balneas ac voluptates trahit, quaſi [illegible] ac laceram nauem deducit in mare. *in moral.*

*[illegible] Lactantij.* Sicuti in fidibus, cum aliquid aut interceptum, aut re[illegible] [illegible] eſt omnis canendi ratio turbatur, & ſoluitur: Ita ſi in corpus aliqua membrorum duxerit vitium, deſtrui vniuerſa, cor[illegible] [illegible] omnibus atque turbatis, occidere ſenſum, eamque mor[illegible] [illegible]. *De opificio Dei, c. 16.*

*Chryſoſtomi.* Quemadmodum medicus quum diutina & dura in [illegible] corporibus inhæſit, longo tempore & ſingulari prudentia ſua [illegible] remedia, vt collectus humor ſenſim ſine vitæ periculo diſ[illegible]: Ita fidelis Eccleſiaſtes cum peccatorum morbi in anima [illegible] radices egerunt, ſi radicitus euellere voluerit, non ſemel tan[illegible] [illegible] rumque correctionem adhibebit: ſed ſingulis diebus verbo [illegible] admonebit & curabit, donec morbus peccati abſque vitæ [illegible] ſanetur. *Hom. 1. de Dauide & Saule.*

*[illegible] corporis vulnera* [illegible] tu ipſo fiunt curatu difficilia: Sic natura [illegible] videmus, vt animi morbi ſi irrites exaſperesque, magis [illegible] rebellent, atque incrudeſcant, dominorumque ſuorum [illegible] augeant. *Lib. 6. de Sacerdotio.*

*Quemadmodum* fieri videmus, vt qui fluctu rapiente aut alia vi, [illegible] præcipites feruntur, poſſint quidem interius ſui finem pro[illegible] [illegible] ac ſalutis rationem inire non item. Sic & ipſe ſi in multum [illegible] morborum tumultum irruero, potero quidem ſupplicium [illegible], in dies magis ingraueſcens: mihi autem conſtare, [illegible] admodum, & mihi nunc crepare, conſto, ac morbos huiuſmo[illegible] [illegible] cunque rabientes in non perfacile atque antea. *Lib. 6. de Sacerdotio.*

*[illegible] ſi quem videris* hydropi, aut vitio ſplenis obnoxium aut [illegible] quopiam marceſcentem, temulentiæ ac deliciis indulgentem [illegible] morbum acriorem, adeo non miraris, aut beatum iudicas [illegible] delicias, vt ob hoc ipſum etiam maxime miſerum exiſti[illegible] [illegible] Similiter & de anima cogitato, vbi videris hominem peruerſe [illegible], multaque fruentem proſperitate, neque triſte quicquam [illegible], ob hoc ipſum magis deplora quod quum morbo gra[illegible] [illegible] que tabo ſit obnoxius, tamen deterior ſit, morbum deliciis [illegible] diſſoluta exaſperans. *Ser. 3. de Lazaro.*

*[illegible]* Quod ſi videre vis quales ſint animi morbi: cogita mi[illegible] [illegible], gloriæ cupidos, & puerorum amatores, & ſi quis eſt mu[illegible] [illegible] deditus. Nam & hos in turbis viſos, eoſque miſeratus ſana[illegible] [illegible] tamen putandum eſt, quodvis peccatum eſſe morbum, ſed [illegible] in tota computruit anima. Tales enim videre eſt pecuniæ amatores, totos incumbentes argento, & in huius tum cuſto[illegible] [illegible] coaceruationem: auidos ludorum, gloriolis inhiantes. In[illegible] [illegible] captandis à vulgo vilibusque hominum laudibus. Ac [illegible] conſimilem rationem cogitabis de reliquis morbis quos no[illegible] [illegible], & ſi quis alius eſt horum conſimilis: Quoniam igitur [illegible] randum, quod dictum eſt: Sanauit ægrotos eorum, dixi[illegible] [illegible] non quodvis peccatum eſſe morbum, operæ precium eſt è [illegible] de horum differentia diſſerere. Ait ſane Apoſtolus Co[illegible] [illegible], qui variis peccatis laborabant, ſcribens: Propterea inter vos [illegible] multi, & valetudinarii, & dormiunt multi. Audi ſiquidem [illegible] in his etiam vinculum nectentem, contexumq; facien[illegible] [illegible] diuerſis peccatis, iuxta quod alii quidem ſunt infirmi, alii [illegible] ægroti, videlicet plus quam infirmi: rurſus alii vtriſque peius [illegible] qui dormiunt. Nam qui propter imbecilles animi vires [illegible] ſunt ad labendum in quodvis peccatum, etiamſi non toto [illegible] fuerint obnoxii alicui peccato peculiari, quemadmodum [illegible] ægroti, tamen infirmi ſunt. Porro qui pro Deo quem diligere [illegible], tota anima, toto corde, tota mente, diligunt pecuniam [illegible], aut mulieres, aut pueros, hi peius affecti ſunt quam [illegible] ſintque ægroti. Dormiunt autem, qui quum debeant at[illegible] [illegible] & aduigilare animæ ſuæ, non faciunt id, ſed ex nimia negli[illegible] [illegible] dormitant voluntate, & ſomniculoſi ſunt cogitationibus: [illegible] ſomniantes, carnem quidem polluunt, autoritatem ve[illegible] [illegible], gloriis autem maledicunt. Non enim poſſunt qui ad[illegible] [illegible] ægrotant, capere panes benedictionis Ieſu, verum etiam ſi [illegible] aliquis audire debuerit illud: Probet autem vnuſquiſque ſe[illegible] [illegible] & ſic comedat ex illo pane: reliquaque quæ ſequuntur, hæc [illegible] erit, ſed temere ſumpſerit panem Domini, & poculum [illegible] mus ſit aut ægrotus, aut etiam (vt ita loquar) ex grauedine, quæ naſcitur ex huius panis vi dormiens. *In cap. decimoquarto Matth.*

*Auguſtini.* Vt in corpore dicebamus aliud eſſe, morbos & vulnera curare, quod pauci homines bene facere poſſunt: aliud autem, famem ſitimque ſopire, & cætera in quibus ſubuenire hominem homini vulgo paſſimque conceditur: Sic in animo ſunt quædam, in quibus excellentia illa & rara magiſteria non admodum deſiderantur: vt cum hortamur & monemus, vt hæc ipſa indigentibus exhibeantur, quæ corpori exhibenda eſſe diximus. Cum enim hæc facimus ope ſubuenimus corpori. Sunt vero alia quibus multimodi variique morbi animarum magna quadam & ineffabili ratione ſanantur. Quæ medicina niſi diuinitus populis mitteretur, nulla ſpes ſalutis eſſet, tam immoderata transgreſſione peccantibus. *De vera religione.*

*Polybij.* Vt in vlceribus euenit, vt ſi illis medicamentum curandi gratia adhibeas, vlcus ipſum vi medicaminis refricatum augeſcit: ſi vero curam eius negligas: longe magis ſua ipſius natura extenditur: neque prius deſinit, quam omne ſubiectum corpus corruptum labefactumque ſit: Ita animis quoque conſimiles interdum morbi ac tabes accidunt, vt nullum ex reliquis animalibus homine atrocius atque efferatius fiat: cui ſi interdum veniam aut impunitatem aliquam conceſſeris, aut aliter benignitate eum fueris proſequutus; id omne dolum fraudemque exiſtimans, deterior fit, & erga beneficium longe magis infidus. Si vero te contra oppoſueris, nihil eſt adeo durum, crudele, nefarium, quod non facile aggrediatur, laudem ſibi eam temeritatem exiſtimans, donec ad extremum omnino efferatus animus humanam naturam exuit. *Lib. 1. Hiſt. fol. 38.*

*Demoſthenis.* Quemadmodum corporis morbus non tectus, nec laudatus ſanatur: ſic nec animus male cuſtoditus curatur: *Apud Max. ſer. 26.*

*Ciceronis.* Quemadmodum oculus turbatus non eſt probe affectus ad ſuum munus fungendum: & reliquæ partes, reliquumque corpus; cum à ſtatu motum, officio ſuo ac muneri deeſt: Sic conturbatus animus non eſt aptus ad exequendum munus ſuum: munus enim animi eſt, ratione vti. *Lib. 3. Tuſc. q.*

*Vt medici*, cauſa morbi inuenta curationem iuuentam eſſe putant: Sic nos ægritudinis cauſa reperta, medendi facultatem reperiemus. *Lib. 3. Tuſc. q.*

*Vt natura alius* ad alium morbum procliuior: Sic animus alius ad alia vitia prropenſior. *Lib. 4. Tuſc. q.*

*Senecæ.* Hi quorum pedes dolor repetit, aut vino aut balneo abſtinent, in cætera negligentes: huic, à quo ſæpe infeſtantur, occurrũt: Sic in animo noſtro ſunt quaſi cauſariæ partes quibus adhibenda curatio eſt. *Lib. 2. ep. 69.*

*Confuſis oculis* proſunt virentia: & quibusdam coloribus infirma acies acquieſcit, quorundam ſplendore præſtringitur: Sic mentes ægras ſtudia læta permulcent. *Lib. 3. de ira, c. 9.*

*Vt vlcera* ad leuem tactum, deinde etiam ad ſuſpicionem tactus condoleſcũt: Ita animus affectus, minimis offenditur, adeò vt quoſdam ſalutatio, epiſtola, oratio & interrogatio ad litem euocent. *Lib. 3. de ira, cap. 10.*

*Quemadmodum* in corporibus, dum valida ſunt, nihil ſentitur ex putridis humoribus hinc inde ſparſis; vbi vero infirmitas aliqua contigerit, omnia mouentur, ſiue ruptum quid, ſiue diſtortum, aut aliquid aliud in corpore putredine affectum fuerit: ſic & ciuitatum & tyrannorum, dum foris bella gerunt, obſcura vulgo mala ſunt, quando autem finitum bellum conſeritur, omnia eluceſcunt. *Demoſt. Olynt.*

## ¶ ADAGIA.

Ἰσθμιάζειν.

*Olim iactitatum in eos, qui parum commode, parumq; ſalubriter viuerent. Deſumptum ab Iſthmiorum ludorum tempore, quod inſalubre & morbis obnoxium fuiſſe ob ingentem hominum concurſum, teſtatur Suidas & Heſychius.*

Herculanus morbus. Ἡράκλειος νόσος.

*De morbo inſanabili dicitur. Herculis enim morbus quem & ſacrum & comitialem appellant, ex eorum eſt morborum numero, quibus nulla medicorum ope ſuccurri poteſt. Zenodot.*

Herculana ſcabies Ἡράκλειος ψώρα.

*De ſcabie facili & iucunda, quæ deſideret Herculana, id eſt, calida balnea. Conueniet, opinor, in eos, qui nimio ſtudio aut labore valetudinem offenderunt, vt quibus aliquo laxamento opus ſit.* Das heimlich leiden.

Ipſa ſenectus morbus eſt.

*In ſenum imbecillitatem, quæ vt morbi cæteri abſint per ſe mala valetudo eſt. Terentius in* Phormione. *Cui addatur Senarius ille.*

Φοβοῦ τὸ γῆρας, οὐ γὰρ ἔρχεται μόνον.
*Metue ſenectam, non enim ſola aduenit.*

*Vide Ægritudo.*

# Mores.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

MOs moris, eſt vitæ inſtitutum, conſuetudine firmatum. ἔθος, ἦθος: Heb. *Derec*, via trita, pedibus calcata: & metaphorice, pro conſuetudine ſeu more conſueto. Galli de homine conſuetudinem ſequente, dicunt; *Il va ſon grand chemin.* à verbo *Darac*, calcauit pedibus, inceſſit.

## ¶ BIBLICI LOCI.

Mores gentium, 2 *Reg*. 11. 14. Iſraelitarum, *Act*. 13. 18. Chriſtianorum, *Heb*. 13. 5. corrumpunt bonos mores colloquia praua, 1. *Cor*. 15. 13.

## ¶ SENTENTIAE POETICAE.

*Ελεύθερον φύλασσε τὸν σαυτοῦ τρόπον.*
*Ingenuos ſerua tuos ipſe mores.*
*Καλὸν φύουσι καρπὸν οἱ σεμνοὶ τρόποι.*
*Καρπὸς δ' ἀγαθός ἐστιν εὔτακτος βίος.*
*Bonum progerminant fructum probi caſtiq; mores.*
*Fructus autem bonus eſt bene compoſita vita.*

Sen. Agam.

*Nam ſera nunquam eſt ad bonos mores via.*
*Quem pœnitet peccaſſe, pene eſt innocens.*

Ouid. 3. Art.

*Maius opus mores compoſuiſſe ſuos.*

Plaut. Trin.

*Mores mali quaſi herba irrigua ſuccreuerunt vberrime.*
*Neq; quiddam hic vile nunc eſt, niſi mores mali:*
*Eorum licet iam meſſem metere maximam.*

Plaut. Trin.

*Nunc mores nihil faciūt, quod licet, niſi quod lubet:*
*Ambitio iam more ſancta' ſt, libera' ſt à legibus.*

Ibidem.

*Mores leges perduxerunt iam in poteſtatem ſuam,*
*Ea miſera etiam ad parietē ſunt fixa clauis ferreis.*
*Vbi malos mores affigi nimio fuerat æquius.*

Ter. Heaut.

*Quam multa iniuſta, ac praua fiunt moribus ſcilicet prauis.*

Ouid. de med. faciei.

*Prima ſit in vobis morum tutela: puella*
*Ingenio facile conciliante placent.*
*Certus amor morum formam populabitur ætas.*

Hor. 3. Carm. 7.

*Prima nocte domum claudt: neq; in vias*
*Sub cantu querulæ deſpice tibia*
*Et te ſæpe vocanti.*
*Durā, difficilis mane.*

Ouid. 3. Art.

*Sint modici rictus paruaq; vtrinq; lacunæ:*
*Et ſummos dentes ima labella tegant.*
*Nec ſua perpetuo contendant ilia riſu:*
*Sed leue neſcio quid fœmineumq; ſonent.*

Ibidem.

*Eſt & in inceſſu pars non temnenda decoris.*
*Allicit ignotos illa fugatq; viros.*

Ibidem.

*Carpe cibos digitis: eſt quidam geſtus edendi,*
*Ora nec immunda tota perunge manu.*
*Neue diu præſume dapes, ſed deſine citra*
*Quam cupias paulo quam potes eſſe minus.*

Idem 3. Art.

*Nec coram mixtas ceruæ ſumſiſſe medullas,*
*Nec coram dentes perfricuiſſe probem.*
*Iſta dabunt faciem, ſed erunt deformia viſu:*
*Multaq; dum fiunt turpia, facta placent.*

Ouid 2. Art.

*Certa tibi à nobis dabitur menſura bibendi:*
*Officium præſtent menſq; pedeſq; ſuum.*
*Iurgia præcipue vino ſtimulata caueto,*
*Et nimium faciles ad fera bella manus.*
*Occidit Eurycion ſtulte data vina bibendo:*
*Aptior eſt dulci menſa merumq; ioco.*

Ouid. 3. Art.

*Sed minimus labor eſt ſapienter iactibus vti:*
*Maius opus mores compoſuiſſe ſuos.*
*Tunc ſumus incauti ſtudioq; aperimur ab ipſo,*
*Nudaq; per luſus pectora noſtra patent.*

Ibidem.

*Pertinet ad faciem rapidos compeſcere mores:*
*Candida pax homines, trux decet ira feras.*
*Ora tument ira nigreſcunt ſanguine venæ:*
*Lumina Gorgoneo ſæuius angue micant.*
*Odimus immodicos, experto credite, faſtus:*
*Sæpe tacens odij ſemina vultus habet.*

## ¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Sed cum duo ſint virtutum genera, alterum earum … tione eſſe dicimus alterum earum, quas mortales & volun… Rationis quidem, magna ex parte à doctrina ortum acceſſ… habent: itaque & exercitationis indigent, & temporis.

Morales & voluntariæ moribus, à quibus nomen duxerun… paululum à conſuetudine deflexit, omnino comparantur. … perſpicuum eſt, nullam omnino moralium virtutum ing… nobis natura: nihil enim quod inſitum & innatum eſt, aliter … aſſueſcit: vt lapis, qui ſuapte ſponte deorſum fertur, nunqu… ſublime ferri aſſueſcet, ne ſi miles quidem eum quis ſurſum … ſuefaciat, emittat: eodemque modo, nec ignis deorſum, ne… quicquam aliter, atque ipſius natura ferat, poteſt aſſueſce… igitur à natura, neque contra naturam nobis inſunt virtu… ti factique ſumus ad eas & percipiendas natura, & efficiend… ſuetudine. Iam vero quæ nobis à natura tributa ſunt, eoru… facultates accipimus, deinde officiis muneribuſque fung… *riſtot. 2. Eth. lib.*

Plura moribus, quam viribus vincimus. *Quint. Dec. 3.*

Ea magna voluptas eſt, æqualem ac parem verbis vita… atque ita viuere, vt omnis oratio moribus conſonet. *Cic. in* …

[illegible]s boni approbant verba.

[illegible] nimium moribus facilis, neu nimium difficilis. … *off. Audi.*

Mores iuſti peculium ſunt pretioſiſſimum.

Mos bonus ſtabilior eſt lege. *Socrat. apud Stob.*

Mores mali, quaſi herba irrigua, ſuccreuerunt vberrim… *in Trin.*

Nam ſera nunquam eſt ad bonos mores via
Quem pœnitet peccaſſe, pene eſt innocens. *Sen. in Ag.*

Moroſi, qui ſunt peruerſis moribus. Curioſi qui nim… mnia fieri expoſcunt.

Ille eſt moroſus, qui multorum morum inter ſe co… eſt, vnde ſenectus moroſa, author Seneca: quando res p… nimo hominis cuncta faſtidientis ſatisfacit, ea proprie mo… *Porphyrius.*

Vſque adeo moroſi ſumus, vt nobis non ſatisfaciat i… ſthenes. *Cic. lib. 1. de Oratore.*

*Ἡ δ' ἡ αὐθάδειά ἐστι ἀπήνεια ὁμιλίας ἐν λόγοις.*

Moroſitas in congreſſu & conſuetudine difficultas, au… definiri poteſt.

*Ὁ δ' αὐθάδης τοιοῦτός τις οἷος ἐρωτηθεὶς ὁ δεῖνα ποῦ ἐστιν εἰπ… τά μοι μὴ πάρεχε, καὶ προσαγορευθεὶς μὴ προσαντειπεῖν.*

Moroſum eum iure quis appellat, qui quo aliquis in … gatus, Ne pergas, inquit, mihi moleſtus eſſe. Ac ab aliquo … haud dignum exiſtimat, contra reſalutare, & cum res ſibi … nalis ſit, ementibus quanti vendat, nunquam eloquitur … daturi ſint, rogat. Et iis qui honoris gratia celebritates … ait, minime fore vt exhibeantur. Nec vero quenquam vel … pellentem aut vrgentem, aut pede prementem, venia d… tat, iubente amico ſymbolum conferri, hoc etiam arg… perire conqueritur. Si in via pedem offenderit, execratu… nec ferre poteſt, vt quempiam diutius operiatur, idem … tu, neque ſermonibus, neque ſaltatione oblectatur: nec … faciat, aut ſupplicet, facile adduci poteſt. *Theophraſtus in … ribus.*

Eorum quæ in moribus fugienda ſunt, tria eſſe gene… tioſitatem, Impotentiam, & Feritatem: quorum per… quæ ſint duorum contraria, alterum enim Virtutem, Co… alterum vocamus. *Ariſt. lib. 7. Eth.*

Qui nec facetum quid dicunt ipſi, & tamen eos qui … permoleſte ferunt, agreſtes & duri videntur. At vero, q… facetiis modum quendā adhibent, ii vrbani nominātur, … nis moribus præditi: morum enim hæ ſunt indices mo… enim corpora, ſic mores ex monitionibus iudicantur. …

Interpres Galeni mores bifariam partitur: alios inna… lios acquiſitos. Innati mores ſunt, ex complexione ſin… ne naturali: acquiſiti parantur, & doctrina, & conſuet… illud Menandri: corrumpunt bonos mores colloquia p… *φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. Paulus in ep. 1. ad Cor. 15.*

Mores diſpares diſparia ſtudia ſequuntur. *Cic.*

Mores cum ætate mutantur. *idem in oratione pro C…*

Non ingenerantur mores, tam à ſtirpe generis ac ſe… ex iis rebus, quæ ab ipſa natura bonis à vitæ conſuetud… tantur, quibus alimur & viuimus Carthaginenſes f… mendaces, non genere, ſed natura loci: quod propt… multis & variis mercatorum ſermonibus ad ſtudium … dio quæſtus vocabantur. Ligures montani, duri atq; ag… cuit ager ipſe nihil ferendo, niſi multa cultura, & m… quæſitum. Campani ſemper ſuperbi bonitate agroru… magnitudine vrbis ſalubritate, deſcriptione, pulchritu… copia atque omnium rerum affluentia, primum illa … rogantia, quæ à maioribus noſtris alterum Capua con… lauit; deinde ea luxuries, quæ ipſum Hannibalem arm… ctum voluptate vicit. *idem in Orat. 16. contra Rull in f…*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…tionem morum plærique pro rerum ſtatu conuertunt. …l.41.

…terra mutauit genus aut mores. *Liuius, Decad. 4. libro ſe-*…

…veram virtutem rectaque ratione ſtabilitam nunquam …fortunæ vis in contrarium poſſe conuertere: ita conſilia …bonaſque naturas indigne grauibus calamitatibus affli-… …abſurdum puto credere vna cum fortuna mutari. *Plut. in*…

…lapſi mores ſunt, vti ſuo quam Reipublicæ magisque po-… …quam gloriæ ſtudio plures agant. Hinc rerum ac nominum …rupta: dum plærumque qui potior flagitio eſt, vbi armis ſu-… …, tyrannos amotos damno publico oppreſſos eſſe dicat. …am aliquanti pari libidine, in cœleſtium numerum refe-… …ægre exſequiis digni, quibus ni fides rerum geſtarum obſti-… …quæ neque honeſtos præmiis memoriæ fruſtrari ſinit, neque …æternam illuſtremque famam procedere,) nequicquam …virtus: cum verum illud atq; vnicum decus peſſimo cuiq; …tribueretur, demptum impie bonis. *Aurel. Victor.*

…neque amici, neque inimici homines inter ſe exiſtunt: a-… …enim cuiuslibet, aut morum ſimilitudine in concordiam & …mortales coniungunt, aut moribus diſcrepantes in ini-… …deducunt. *Procop. de bello Vandal. l.2.*

…ciuitatum quam ſingulorum hominum mores ſunt: gentes …aliæ iracundiæ, aliæ audaces, quædam timidæ: in vinum, in …proniores aliæ ſunt. Athenienſium populum fama eſt ce-… …& ſupra vires audacem eſſe ad conandum: Lacedæmonio-… …cunctatorem, & vix in ea quibus fidit ingredientem. Non ne-… …& totam Aſiæ regionem inaniora parere ingenia, & Rho-… …tumidiorem ſermonem eſſe, quod excellere inter finitimas …videantur. *Liu. Dec. 5. l. 5.*

…Rom. Cenſores Lepidum Æmilium Augurem, quod ex mil-… …ædes conduxiſſet, adeſſe iuſſerunt. At nunc ſi quis tanti ha-… …vix vt Senator agnoſcitur: adeo mature à rectis in vitia, à vi-… …à prauis in præcipitia peruenitur. *Vell. Paterc. libro ſe-*…

…ſe homines in reges, velut vnici exempli mores formant. *Liu.* …

…quæ ad felicitatem ciuitatis & virtutem omnium maxi-… …afferrent momentum, ita demum permanere immobilia …iudicabat, ſi moribus & educationi ciuium implanta-… …firmam voluntatem ex his elementis oriri, quæ ne-… …eſt validiſſimum vinculum: eam porro diſciplina (quæ …vicem gerit) apud iuniores effici. *Plutarchus in Ly-*…

…hil prodeſt foris eſſe ſtrenuum, domi ſi male viuitur. Expu-… …licet vrbes, corripiantur gentes, regnis iniiciantur manus: …accuriæ officium & verecundia ſua conſtiterit, partarum …æquatus cœlo cumulus ſedem ſtabilem non habebit. *Valer.* …c.9.

…omnium noſtrum moribus non amplius habitant priſci ani-… …nonnullis grauitas ſuperbiæ, iuſtitia ſtultitiæ, fortitudo in-… …prudentia fatuitatis nomine appellatur. Contra vero quæ a-… …priſcos odioſa erant, hæc nunc extolluntur, & hominibus …admiranda bona videntur: & ignaua ſcurrilitas, maligni-… …pro ſapientia habetur, & qui omnibus in rebus ſunt …dentes, dociles ac tractabiles cenſentur: quæ vitia iam multas …ciuitates euerterunt. *Dionyſ. Halic. l.9.*

…tum in commutandis moribus hominum medius annus va-… …principium plus. *Plinius Panegyr.*

Argumentum morum ex minimis quoque licet capere: Impu-… …& inceſſus oſtendit, & manus mota, & vnum interdum re-… …, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum. *Seneca* …52.

Vbicumque videris orationem corruptam placere, ibi mo-… …quoque à recto deſciuiſſe, non erit dubium. *Idem, epiſto-*…

Non priuatim ſolum, ſed publice furimus. *idem, epiſt. 95.*

## ¶ Apophthegmata.

*Socrates* dicere ſolebat: Neque vinum auſterum aptum eſſe po-… …neque mores agreſtes hominum conuerſationi. *Stob. ſer. 4. de …prudentia.*

*Diogenes* Muſicos in ius vocabat, dicens quod lyræ chordas con-… …parent animi mores negligerent. *Laert. l.6.*

*Aeſchylus* aliquando ſpectans Iſthmia certamina, quum alter pu-… …eſſet cæſus, totumque theatrum exclamaret. O, Chium Io-… …! vide, inquit, cuiusmodi ſint hominum mores: cæſus ſi-… …ſpectatores vociferantur. Solent icti ob dolorem exclamare. …contra, qui dolebat, ſilebat: qui læſi non erant, exclamabant. …l.6. *apoph.*

*Auguſtus Cæſ.* Liuia & Iulia Auguſti Cæſaris filiæ, in gladiatorum ſpectaculo cum omnium formoſiſſimæ eſſent, omnium oculos in ſe conuertebant, comitatus diſſimilitudine. Liuiam quippe cingebant viri graues, Iuliam vero iuuenes laſciuientes & luxurioſi, Auguſtus igitur pater cum hæc vidiſſet, intellexit demum quam diuerſis moribus filias haberet. *Eraſmus libro apophthegm. ex Suet.*

*Alphonſus* cum Syracuſanum quendam equitem truculentis moribus hominem barbarum appellaſſet, atque ille quod præclara patria Græca origine eſſet, nomen barbari abhorrens, iniquo animo ferre iniuriam videretur: Ego, inquit rex, non à patria ſoleo, ſed à moribus barbaros deſinire. Docuit autem non ex patria vel parentibus, ſed ex moribus, ceu leonem ex vnguibus, iudicandum eſſe. *Panor. l.1. de reb. geſt. Alphonſi.*

*Ariſtippus.* Vterque Dionyſium coluit, Ariſtippus & Plato: ſed Ariſtippus à deliciis aulicis, quum adeſſent non abſtinebat, Plato etiam inter regalem luxum frugalitatem ſeruare nitebatur. Itaque quum Plato reprehenderet Ariſtippum, quod adeo lautitiis indulgeret: rogauit, quid ſentiret de Dionyſio, num vir bonus videretur? quum reſpondiſſet, Videri bonum: Atqui ille, inquit, me multo viuit lautius. Proinde nihil vetat, eundem & laute viuere, & bene viuere. *Laert. l.2. c.8.*

*Philippus*: Duo erant fratres, quorum alteri nomen Amphoteros, quod Græcis ſonat ambo; alteri Hecateros, quod illis ſonat vterque: Philippus animaduertens Hecateron eſſe cordatum, ac gerendis rebus accommodum, contra Amphoteron ineptum ac degenerem, inuertit illis nomina, dicens Hecateron eſſe Amphoteron, Amphoteron autem eſſe Vdeteron, id eſt, neutrum. Significans alterum fratrum, videlicet Hecateron duorum in ſe virtutes complecti: alteri nihil relictum. Itaque ei qui Amphoteros dicebatur, mutauit nomen in contrarium, vt οὐδέτερος diceretur, quaſi nullius pretii. *Plut. in apoph.*

*Agis.* Hiſtorici narrant, Agidem puerum in ſummis deliciis eſſe educatum, ſed ſimulatque adoleſcens ad Reip. gubernacula admotus eſt, incredibili mutatione, reiectis priſtinæ vitæ voluptatibus, huc totum animum adiecit, vt Spartam barbarorum ac Græcorum moribus corruptiſſimam ad priſtinam frugalitatem reuocaret, quę res illi fuit exitii cauſa. Vtinam autem cæteri principes, quorum prima ætas fere luxu deliciiſque corrumpitur, ſaltem cum Agide tum animum vertant ad bonam frugem, cum regni habenas accipiunt. *Plut. in Lacon.*

*Themiſtocles.* Adoleſcens in compotationibus ac mulierum amoribus volutabatur. At poſtquam Miltiades factus imperator apud Marathonem deuiciſſet barbaros, iam nullus offendit illum quicquam agentem præter decorum Percontantibus autem, cur mores tam repente mutaſſet? Meltiades (ait) nunc me non patitur ceſſare atque dormire. *Plut. in Themiſt. & in apoph.*

## ¶ Similitudines.

*Lyſidis Pythagorici.* Qui corruptis obſcenisque moribus, ſpeculationes ſermoneſque diuinos immiſcent, non ſecus faciunt quam illi, qui cœnoſo puteo puriſſimam infundunt aquam, quæ cœnum conturbet, & ſuam ipſius contaminet puritatem. *In epiſtola ad Hipparchum.*

*Socratis.* Quemadmodum vinum auſterum non eſt aptum potioni: Sic mores agreſtes non apti ſunt hominum conuerſationi. *Apud Stob. ſer. 2. de imprudentia.*

*Plutarchi.* Vt apicula per omnia circumuolitans, id quod eſt vtile, domum adducit: Ita ſtudioſus ex vnoquoque quod ad mores confert, excerpit. *in mor.*

*Senecæ.* Vt qui variis tempeſtatibus huc & illuc iactatus eſt, nec tamen peruenit, non multum negauit, ſed multum iactatus eſt: Sic qui diu vixit, nec proficit ad bonos mores, non diu vixit, ſed diu fuit. *Apud Eraſ.*

*Senecæ.* Placidus ſapiens, & æquus erroribus, non hoſtis, ſed correptor peccantium, hoc quotidie procedit animo: Multi mihi occurrent vino dediti, multi libidinoſi, multi ingrati, multi auari, multi furiis ambitionis agitati. Omni iſta tam propitius aſpiciet, quam ægros ſuos medicus. Nunquid ille, cuius nauigium multam, vndique laxatis compagibus, aquam trahit, nautis ipſique nauigio iraſcitur? Occurrit potius, & aliam excludit vndam, deinde aliam egerit, manifeſta foramina præcludit, latentibus, & ex occulto ſentinam ducentibus labore continuo reſiſtit, nec ideo intermittit, quia quantum exhauſtum eſt, ſubnaſcitur. Lento adiutorio opus eſt contra mala continua & fœcundia, non vt deſinant ſed ne vincant. *Lib. 1. de iracundia.*

*Dionis Nicæi.* Mare interdum ita tranquillum videre licet, vt & timidiſſimus, opinor, poſſit contemnere. Quid ergo? An propterea illi credendum eſt, & neque anchoras, neque clauum, neque alia ad ſalutem neceſſaria aſſumere oportebit, qui ſit ſoluturus? Videbis enim (ſi ita ſors ferat) paulo poſt incumbente vento, tempeſtatem fortem, & fluctus magnos, immenſiſque montibus pares curuos, albeſcentes. Ita quoque eum qui modo tibi viſus eſt manſuetus, magnamque præ ſe ferre erga te beneuolentiam, & ſtudium leui



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cauſa incidente inuenies ferum atque ſæuum, & nihil non malefacere paratum. *Orat.74.de incredulitate.*

*Plinij.* Eſt Indiæ gens dicta Pandorum quæ in pueritia cano ſit capillitio, in ſenecta nigreſcunt capilli: Ita nonnulli primis annis ſobrii ac modeſti: grandiores iam ad nugas & ineptiſſimas voluptates abiiciunt ſeſe, & quaſi pueraſcunt, *Lib.7.c.2.*

*Roterodami.* Vt ſuccina paleas ad ſe trahunt, magnes ferrum, chryſocolla aurum: Ita quiſque aſciſcit ſibi ſuis aptum moribus. *In ſimil.*

*Plutarchi.* Bion inquit; Quemadmodum quicquid paxillo appenderis, id accipit ſuſtinetque: Ita quibusdam quicquid ſua ſeris, admittunt: quicquid impoſueris, ferunt. *in mor.*

*Vt tigrides*, ſi quis tympanis circumſonet, in rabiem agi dicuntur, adeo vt ſeipſas denique diſcerpant: Ita quæ bonas mentes compeſcunt, feras & agreſtes irritant & efferant: ac quosdam offendit, quod aliis addit animum, puta muſica, eloquentia, &c. *In moral.*

*Plinij.* Ferula ſolis aſinis gratiſſimum eſt pabulum, cæteris animantibus præſentaneum venenum: Ita ſæpe quod alios offendit aliis voluptati eſt. *Lib.24.c.1.*

*Vt gagates aqua* infuſa incenditur, oleo reſtinguitur: Ita quidam quo magis roges, magis frigeſcunt: ſi negligis, vltro capiunt. Aut ſunt quos officiis alienes, neglectu prouoces ad amorem. *Libro 36.cap.19.*

*Aiunt ignem* Chimæræ montis ſemper ardentis, aqua accendi, fœno reſtingui: Ita quosdam magis ores, minus commoueas: ſi dehorteris, vltro volunt *Lib.2.c.109.*

*Eraſmi Roterodami.* Apud Trogloditas lacus eſt, qui ter in die ſit amarus aut ſalſus, ac rurſum dulcis, toties q; etiam nocte, vnde & inſanus dictus: Sic quidam inæquales, nunc aſperi, nunc ſunt blandi: aliquando profuſi, mox ſordidi: iam vehementer amant, iam ſupra modum oderunt. *in ſimil.*

*Vt inter tot hominum* millia nullæ facies ſunt per omnia ſimiles, nec vllæ voces: Ita ſuum cuique ingenium eſt, ſuus cuique mos. *in ſimil.*

*Vt vaſa paria*, quorum alterum plenum ſit, alterum inane; pulſata concentum faciunt διαπασῶν: Ita bene conuenit inter diuitem benignum & pauperem indignum. *In Simil.*

*In rem eandem* diuerſa ſpecula varie reddunt, pro forma ſpeculorum diuerſa: Sic idem factum diuerſi varie interpretantur, pro animorum varietate: quod huic magnum eſt, illi paruum: quod huic pulchrum illi fœdum erit. *in ſimil.*

*Sicut luſcioſi* non cernunt niſi proxime admota, contra ſenes non niſi longiuſcule diſtita: Ita quidam diuerſo laborant morbo. Nam hic negligit amicorum res, neque curat niſi quod proprie ad ſuum pertinet negotium, contra alii ſuarum rerum negligentes, in alienis tantum ſapiunt. *in ſimil.*

## ❡ Historica Exempla.

Inter Platonis placita illud item obſeruatur: Ex variis cœli locis, aſpectibusve diuerſas ingenerari morum κράσεις, ſiue contemperationes. Quo argumento in Græciæ tractu in adipiſcendis diſciplinis videri aptiores multo, quam alicubi homines. Atqui in Phœnicem vergant, Ægyptumve, cumulandæ pecuniæ, id eſt, vt Græce dicam, πρὸς ἀργυρισμὸν, mire credi ſagaces ingenio ad id præcipue facto. In furorem vero, iramque procliues ac lubricos, quotquot barbarorum innutriti bellis comperiuntur. Innuit vel hoc ipſum comicus Ariſtophanes edocens, immanendum eſſe τρόποις ἐπιχωρίοις, id eſt, moribus locorum propriis, atque vernaculis. Retegit & id iactatum apud Græcos νόμος καὶ χώρα, quo fere commonemur, inſtituta diuerſa pro locorum varietate eſſe veluti legem.

Eos qui exuſtas à ſole mundi partes incolunt, conſtat ita caloris exuperantia in extimis extorreri, vt intima frigoris plurimum concipiant proinde inſigniter ad timiditatem degenerare, & effœminatiorem naturam: quo nomine ſeruituti fere mancipati omnes animaduertuntur: dilabitur enim intimus calor, meatibus corporis laxatis, & quodam modo hiantibus ſideris propinqui intemperantia. Argumento eſt cutis nigricans, educti forinſecus inſiti caloris copia. At qui rigentia mundi, pruinis, geluque torpentia terunt, nimio plus audacia præcellunt, candentibus corporum extimis, vtriq; tamen inhumani ferique. Cœleſtium rerum ſtudioſi aliquot, Saturno acceptam referunt meridionalium timiditatem, vitamque æui contractioris. Sicuti Martis Planetæ Septentrionalium ardorem bellicum, & animi præſtantiam. Quando iis ſidera eiusmodi influere, ac prændere exuperantius videantur. Cæterum meridianæ regiones hinc calore, hinc frigore contemperatæ, ad habitumque in primis congruum reuocatæ, tum prudentiora promunt ingenia & ſapientiora; tum imperiis præcipue adnata, factaque: cuiusmodi fere Italiæ ſitum videri Vitruuius opinatur.

Authores ſunt, Germaniæ incolas eſſe immanes animis atque corporibus, & ad inſitam feritatem vaſte vtraque exercere. Priusquam pubertatem attingant, plurimum operimenta neſcire. corporum nuditate gaudentes, diuturnam eſſe illis pueritiam. Virilitatem ingreſſos ſaga denique admittere, aut arborum contegi libris etiamſi obrigeſcant hiemali ſeuitia vel paruis Rheno[...] mentis, magna ſic quoque parte corporis nuda. *Cœlius R[...] Lib.18.c.18. Antiquarum lectionum.*

Quid Germanis animoſius? Quid in curſu acrius? Quo[...] rum cupidius, quibus innaſcuntur innutriunturque, quorum [...] illis cura eſt, alia negligentibus? Quid induratius ad omnem pa[...] tiam? *Senec. de Germanis.*

Pannonicos feroces intelligi Papinius voluit in ſyluis. Pan[...] usque ferox, arcuque horrenda fugaci Armenia. Reliqua [...] Cœlium. *Lib.18.c.21. lectionum antiquarum.*

*Lucani* vt aliorum criminum, ſic etiam luxuriæ & oti[...] agunt. Quod ſi quis homini luxurioſo mutuaſſe aliquid [...] tur, priuatur mutuo dato. Athenis etiam otii cauſæ foreaſes [...] tur.

*Piſidæ* conuiuantes parentibus primitias libant, vt nos Dii[...] σπονδαῖς dictis. Grauiſſimam depoſiti cauſam agunt: & [...] fraudauerit occidunt. Adulterii conuictus, per vrbem vna [...] liere circumducitur ſuper aſino & aliquot dies.

*Æthiopes* præcipue ſorores ſuas honorant: Reges [...] linquunt regni ſucceſſionem non ſuis, ſed fratrum filiis. [...] nullus ſit ſucceſſor, pulcherrimum ex omnibus & pugna[...] creant regem Pietati & iuſtitiæ ſtudent, ædes ipſorum [...] & cum in viis multa iaceant, nemo furatur. *Nicolaus de [...] gentium.*

*Apud Sunitas* quotannis & adoleſcentes & virgines publi[...] cantur, & qui optimus eſſe iudicatus fuerit, virginem qua[...] ducit, deinde poſt eum ſecundus, & ſic deinceps.

*Ex Bœotis* nonnulli eos qui debitum non ſoluunt, in [...] ductos, & ſedere iuſſos, cophino ſuperiecto cooperiunt: [...] hoc paſſus fuerit, ignominioſus fit. Huiusmodi ignomin[...] Euripidis patrem Bœotum genere notatum putant.

*Perſæ*, quod facere illicitum eſt, ne id quidem dicunt. [...] tias agunt ii, qui ab eo flagellari iuſſi fuerint, quod rex co[...] mor fuerit. Ob liberorum numeroſitatem præmia à rege [...] Et pueri inter ipſos verum loqui diſcunt, ceu diſciplinat. [...] ſeu ſubdititium, non verum Perſam exiſtimant, qui patre[...] occiderit.

*Vide Conſuetudo.*

---

# Moroſitas.

## ❡ DEFINITIO: ET ETYMOL.

INter humanæ conuerſationis condimenta varia, duo [...] num quod in ſeriis, alterum quod in ludicris iucundita[...] & affectat. Seria conuerſatio cum quibusvis ſic inſtitu[...] vt inhumana non videatur, quantum quidem per hone[...] bit. Moderatio huius nomine peculiari apud Græcos [...] λανθρωπίαν, humanitatem vocamus, quod homine prop[...] niat conuerſationis natura cupido, quatenus naturæ h[...] officium debet φιλοπροσηγορία autem, εὐπροσηγορία, popu[...] miliaritas, affabilitas, facilitas, Specierum, non generis [...] ſunt voces. Vitia humanitati opponuntur duo. In exceſſu [...] Blanditia, ſui ambitu ἀρέσκους, κόλακας, blandos, obſe[...] adulatores complectens. In defectu Moroſitas, δυσκόλους [...] difficiles, moroſos, intractabiles, contentioſos, litigioſos, [...] ſteros, acerbos, aſperos, inhumanos, inaffabiles ex ſe dene[...] ciens.

Vitium igitur in defectu, Humanitatis nempe vel Mo[...] homines efficit moroſos, importunos, rixoſos, iurgiorum [...] contentionum amantes. Nam cum affabilitate deſtitua[...] θρωποι quidam euadunt, δυσέριδες, δυσάρεστοι φιλόνεικοι, [...] tiam nec dicunt, nec faciunt: non ira adducti, ſed odio [...] minum, & nimio contendendi ſtudio. Quapropter ſicut [...] tas amicitiam ſectatur & captat: ita Moroſitas inimicitia[...] Ariſtoteles moroſos vocat δυσκόλους & δυσέριδας. Δύσκολο[...] ἀπὸ τοῦ δυσκολλᾶσθαι, quia male cum aliis conglutina[...] contra κόλακες, adulatores, ἀπὸ τοῦ προσκολλᾶσθαι, quod [...] quibusvis adhærerent, dicebantur. δυσέριδες vero, quon[...] plici genere τῆς ἔριδος malignam & pernicioſam conten[...] quuntur. Itaque πᾶσι δυσφιραίνοντες ab Ariſtotele apto [...] appellantur: vt quaſi manus illorum ſint contra omnes [...] um contra illos, quorum inhumana Moroſitas multas ha[...] & differentias, ex quibus effigiem eius lector ſibi facile [...] tabit.

Nam hominum aſpectum & congreſſum fugit, alios [...] mittit ad colloquium, compellantes audire detrectat, [...] relinquit, vel paucis verbis excipit, & quidem obſcuris, [...] nigmaticis: proterve loquitur, titulis gaudet indecoris, [...] negligit, auſterum ac tetricum vultum gerit, geſticula[...] ſuperbo atque indecoro, veſtitu inſolenti.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…roſus mores aliorum ferre nequit, neminem audit, afflictis …doler, nihil dat, vel maligne dat, oblata dedignatur, acerbe …ræ ſe contemnit alios, ſibi placet, ſeuerus & ineptus criticus, …riſor, reprehenſionis impatiens, ferox, auſterus, omnium ad… In mortuorum cadauera ſæuus, brutis minime parcens …cladibus & ſanguine gaudens. Horum characterum exem… …toris extant innumera, quorum nonnulla Zuingerus col… …Theatro vitæ humanæ. *Tom. 14. lib. 3.*

…roſitas, morum grauitas, & difficultas tanta vt homini moro… …res placere, nullus ſermo ſatisfacere, nullus homo per om… …eſſe acceptus. Moroſus, δύσκολος, δύσροπος, δυσάρεστος, ά… …Heb. *Kaſcheh*, à *kaſchah*, durus, crudelis, horridus fuit, …iuſmodi homines, ex multis moribus inter ſe contrariis & …pugnantibus, ſed ad malum pronis, conflati. *Cicero de ſe…* …Sunt (inquit) moroſi, anxii, iracundi, & difficiles ſenes; ſi …mus, etiam auari: ſed hæc morum vitia ſunt, non ſenectutis. …*Oratore*, Vſque adeo moroſi ſumus, vt nobis non ſatisfa… …Demoſthenes. *Et lib. de claris Orat.* M. Piſo iracundius re… …ineptias hominum, ſiue moroſe, vt putabatur, ſiue ingenuo …que faſtidio.

¶ Biblici Loci.

…roſitas damnatur in quibusvis, ſub nominibus Inhumanita… …rudelitatis, Ferocitatis, & aliis vitiis Humanitatem, Manſuetu… …Modeſtiam, aliasque virtutes placidis atque honeſtis homini… …uenientes, oppugnantibus.

…empla ſunt Iſmael, Laban, Nabal, Phariſæi, alii innumeri.

¶ Sententiae Philosophicae.

…congreſſu hominum, & vitæ quotidianæ conſuetudine, deniq; …monum ac factorum communicatione, alii blandi ſeu placen… …oſi videntur eſſe, &c. Alii contra, qui in omni re aduerſan… …que magnopere laborant, ne quem offendant: appellantur… …moroſi, contentioſi, pugnaces ac peruicaces, *Ariſt. Ethic. lib. 4.*

…tera quæ pluribus apud Græcos nominibus in ſpecies iram di… …guunt, quia apud nos vocabula ſua non habent, præteribo: et… …amarum nos, acerbumque dicimus, nec minus ſtomachoſum, …olum, clamoſum, difficilem, aſperum: quæ omnia irarum diffe… …ſunt. Inter hos moroſum ponas licet, delicatum iracundiæ …*Senec. de Ira, l. 1. c. 4.*

Quam ſint moroſi qui amant, vel ex hoc intelligi poteſt, moleſte …bam antea, te inuitum iſtic eſſe: pungit me rurſus quod ſcribis, …eſſe iſtic libenter. *Cicero ep. 15. lib. 7.*

Reliquas habes ſupra, tit. Mores.

¶ Sententiae Poeticae.

Ariſtoph.

*Difficile eſt moroſos homines admonere.*

Sophocl.

*Moroſitas obnoxia eſt imperitiæ.*

Euripid.

*Inhumanum eſt in alterius miſeria lachrymas non fundere.*

Eurip.

*Moroſi ſunt ægrotantes difficultatis gratia.*

Idem.

*Moroſi vita non eſt vita, ſed calamitas.*

Menander.

*Inhumana res eſt, duritas vitæ.*

Publius.

*In calamitoſo riſus etiam iniuria eſt.*

Horat.

*Nihil moror officium, quod me grauat.*

Publius,

*Damnare eſt obiurgare cum auxilio eſt opus.*

Idem.

*Maledictum interpretando facias acrius.*

Seneca.

*Dubiam ſalutem qui dat afflictis negat.*

Gellius.

*Nimium altercando veritas amittitur.*

Publius.

*Crudelis in re aduerſa eſt obiurgatio.*

Anonym.

*Queruli in amicos non ſunt ad amicitiam idonei.*

Ouid.

*Impatiens animus nec adhuc tractabilis arte,*
*Reſpuit atq; odio verba monentis habet.*
*Et huic diuerſum vitio vitium prope maius,*
*Aſperitas agreſtis, & inconcinna grauisq;*
*Quæ ſe commendat denſa cute, dentibus atris,*

Horat. l. 1. ep. 19.

*Dum vult libertas mera dici, veraq; virtus,*
*Homine imperito nihil quicquam iniuſtius.*

Terentius.

*Qui, niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat,*
*Sæpe ſalutatus nunquam prior ipſe ſalutas.*

Martialis.

*Sic erit æternum, Pontiliane, Vale.*

¶ Similitudines.

Quemadmodum vinum auſterum non eſt aptum potioni: ſi mores agreſtes non apti ſunt conuerſationi hominum. *Socrates, apud Stob. ſer. 2.*

Vt qui variis tempeſtatibus huc & illuc iactatus eſt, nec tamen peruenit, non multum nauigauit, ſed multum iactatus eſt: Sic qui diu vixit, nec profecit ad bonos mores, non diu vixit, ſed diu fuit *Seneca.*

Mare interdum ita tranquillum videre licet, vt & timidiſſimus opinor contemnere poſſit. Quid ergo? An illi propterea credendum eſt, & neque anchoras, neque cl[illegible]uum, neque alia ad ſalutem neceſſaria aſſumere oportebit, qui ſit ſoluturus? Videbis enim (ſi ſors ita ferat) paulo poſt incumbente vento, tempeſtatem validam, fluctus decumanos, immenſisque pares montibus, curuos albeſcentes. Ita quoque eum qui tibi modo viſus eſt manſuetus, magnamq; præ ſe ferre erga te beneuolentiam & ſtudium, leui cauſa incidente, inuenies ferum atque ſæuum, & nihil non maleſacere paratum. *Dion. Chryſ. Orat. 74.*

¶ Hieroglyphica.

Hominem qui cum difficulter, vel nulla vnquam ratione conſuetudinem inire poſſis, echini hieroglyphico veteres demonſtrabant: quippe quem quaqua tractare volueris, aſperitate renitentiaque horridum experiare, atq; itidem ex hoc aſperitatem eam, quam Horatius damnat, agreſtem, inconcinnam, atq; grauem, per hoc animal, quod eſt intractabile, notabant. *Io. Pier. Val l. 28. c. 74.*

Ignem gladio diſſecare vetat Pythagoras. D. Hieronymus atque Cyrillus, moroſum, impudentem, ira percitum animum verborum aſperitate, ceu gladio, non eſſe laceſſendum exponunt. *idem, lib. 42. cap. 62.*

# Mors.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

MOrs, Græce θάνατος, ὁ, & θνήσκω, morior dicitur. Eſt autem mors receſſus animæ à corpore, *ſecundum Ariſt. lib. de Morte.* A mors fit morior, tertiæ & quartæ coniugationis, mortalis, morti ſubiectus, mortiferum, quod mortem affert, morticinus, exanguis, corruptus, vt caro morticina, quæ in vlcere eſt fœde corrupta.

Mors requies ærumnarum in luctu atque miſeriis eſt, & cuncta mortalium mala diſſoluit. *Cæſar apud Salluſtium in Catilina.*

Mors portus eſt malorum, perfugium ærumnoſæ vitæ. *Cice. lib. 5. Tuſc. quæſt.*

*Artabanus* apud Herodotum inquit, mortem eſſe optatiſſimum perfugium ærumnoſæ vitæ, portum miſerorum, & effugium miſeriarum.

Mors eſt animæ à corpore diſtinctio ſeu diſceſſus. Mors naturalis, cum humore caloris paſtu areſcente, flacceſcit calor: & ad poſtremum extinguitur vt lucerna, oleo extincto. *Viues de anima lib. 2.*

Mors violenta eſt, quam gentiles præter fatum dicebant eſſe, cum caſu aliquo vel humor detrahitur, vel calor extinguitur oppoſitione quapiam, ſiue interna, vt in veneno, ingluuie & alluuione immodica potus: quemadmodum cum nimium olei in lucernam infunditur: ſiue externa, vt ſpiritus cor refrigerantis in arteria, vel ore compreſſo, quale eſt cum ignis lapidibus, aut multo cinere de repente obruitur. *Cic. l. 1. Tuſc. q.*

Mors eſt corruptio & inhabilitas inſtrumentorum. Inter bruti & hominis mortem hoc intereſt, quod bruti anima, quemadmodum & ſenſuum noſtrorum vigor, perit in morte: noſtra autem anima ſuperſtes eſt ſuo cadaueri. Itaque mors hominis recte ſuperius definitur. θάνατος ἐστιν ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις, id eſt:

*Mors eſt animæ ac corporis diſſolutio,*
*Ludouic. Viues.*

¶ LOCI BIBLICI.

Mortis exitus in Dei poteſtate ſiti ſunt, *Pſalm. 68. 21.* mortis dolo-
res Hebræorum more, pro morte dolorum corporis & cruciatus a-
nimi plena, *Act. 2. 24.* mortis hora omnibus incerta, *Eccl. 9. 12.* mor-
tis imperium habere quo ſenſu dicatur Diabolus, *Hebr. 2. 14.* Mor-
tis vmbra pro morte vmbroſa, vel tenebricoſa, Hebraiſmus, *Matth.*
*4. 16. Luc. 2. 29.* Mortem noſtram morte deuicit Chriſtus, *Eſai. 25. &*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Oſe*.13 14.*Rom*.6.9.1.*Cor*.15.54.2.*Tim*.1.10. *Heb*.2.14.*Act*.21.4. mortem guſtare, pro mori, *Matth*.16.28. *Ioan*.8.52.*Heb*.2.9. ſicut mortem videre,*Pſal*.89.49.*Luc*.2.26,*Ioan* 8.51. cui contraria phraſis eſt, Vitam videre, pro, vita frui. Vitam contra non videre eſt vita non frui, *Ioan*.2,36, Morte mori, Morte interficere, Hebraicus pleonaſmus, pro internecione delere.

Mortuus, pro breui & iam iam morituro, *Gen*.20,3,2, *Reg*.20,1. *Eſa* 38,1, Mortui, pro hominibus ψυχικοῖς, vt vocat Paulus, 1, *Cor*.2, 14, ſeu animalibus, nondumque regeneratis, qui veræ vitæ expertes, de Euangelii & vitæ æternæ doctrina minime ſunt ſolliciti, imo contumaciter reluctatur, *Matth*.8,22, *Luc*.9.6.2, *Cor*. 15,5, *Epheſ*.2,1, Mortuis quo ſenſu dicatur Euangelium prædicatum fuiſſe, 2.*Pet*.4, 6. Mortui non conſulendi, *Deut*. 18.11, *Eſa*.8,19. Mortui in fide, in Chriſto obdormiunt, *Act*.7,60, mortui non lugendi, *Philip*. 2.27.1. *Theſſal*.4.13. Mortui quatenus lugendi, aut non lugendi, *Leu*.19. 28. *Deut*.14.1.& 34.8.2 *Reg*.1,11.& 3.32.& 10.2.& 12.16.& 19.1.& 21.10. 13. *Eccleſiaſt*.22.10.& 38.16.1.*Machab*.9.20.& 12.52.& 13,26, *Matth*. 9.3 *Luc*.7.13.*Ioan*.11.13.*Act*.8,2.& 9.39,2. *Theſſal*.4.13. mortui reſurgunt, *Matth*.27 53.

Mortuorum Dominus dicitur Deus, *Rom* 14.9. quod negat Chriſtus, *Matth*.22,23. Sed non pugnant hi duo loci inter ſe: Chriſtus enim ex Sadducæorum hypotheſi negat Dominum eſſe Deum mortuorum, qui (Sadducæi) mortuos nunquam reſurrecturos, nec vnquam extituros dicebant. Paulus autem ex alia hypotheſi idem affirmat, quæ nimirum hypotheſis Chriſti reſurrectione nititur, & hoc modo Deus eſt, & dicitur Deus mortuorum, quoniam corpora ne mortua quidem ſunt in nihilum redacta, & ſuo tempore tandem ſunt reſurrectura.

Morticina caro non comedenda, *Deut*.14.21.

Mortificatio, pro miſera fidelium in hac vita conditione, 2. *Cor* 4.10. mortificatio in Baptiſmo præfigurata, 1, *Pet*.3.21.

Mori in peccato dicuntur, quos vndique peccato conſtrictos mors abſorbet, *Iacob*.3 21.

Mori peccato, tertio caſu is dicitur, *Roman*. 6.2 in quo vis illa peccati extincta eſt per Chriſti virtutem, contra vero, Viuere peccato & iniuſtitiæ, dicitur quisque eſt in carne, contraria vero illi priori ſignificatione, mortuus peccatis ſexto caſu, *Epheſ*. 2.5. aut mortuus in peccatis, *Coloſſ*.2.13. phraſi Paulina is dicitur, qui peccatis magis immortuis tenetur, qui & mortuus abſolute dicitur, *Roman*.6.9.& 7.10. *Epheſ*.5.14.1. *Tim*. 5.6. qui etiam dicitur in vmbra mortis habitare, *Eſa*. 9.1. & qui non eſt renatus, ſic etiam hæc animi & corporis coniunctio, vita proprie non eſt, ſed mors, in iis qui Chriſti Spiritu non aguntur, vt *Eſa*.9.1. *Ioan*. 5.82. *Rom*.6.2.13.& 7.10,1,*Timoth*.5.6. Mori in peccatis, *Num*.27.3. dicitur, qui propter peccata ſua moritur. Mortuum peccatum, Paulo *Rom*.7.9. eſt quod in nobis quidem eſt, ſed non agnoſcitur pro peccato neque ira furit, vt ſolet poſt legis cognitionem. Mortua opera dicuntur, *Hebr*.6,14. peccata quæ à morte proficiſcuntur, & nihil aliud quam mortem generant.

Mors, pro naturali animæ & corporis ſolutione, ex peccato eſt, *Gen*.2.17.& 3,19.*Rom*.5,22,& 6,23, 1. *Cor*.15.21. *Coloſſ*.2.13.1. *Timoth*.5. 6.*Epheſ*.2.1.*Iac*.1.15. pro peſte, *Apoc*.6.8. per auxeſin, pro ingentibus periculis, 2 *Cor*.1.10. & pro præſentibus mortis periculis, 1. *Corinth*. 15.31.2.*Corinth*.1.10.& 11.23. mors peccati finis, *Rom*.6,21. mors peccati ſtipendium, 23. mors & certa mortis dies omnibus hominibus conſtituta, *Deut*.31,14, *Ioſ*.23.14,1, *Sam*.26.10, *Iob*.14.5,*Pſalm*.89,49, *Eccl* 3.3.& 8 8,9,5,*Eccl*.17,3,& 41,1,*Ioan*.7.30,& 8,20,*Rom*.5,12,& 6, 23.*Hebr* 9,27, mortis hora incertiſſima, *Eccl*.9,12,*Matth*.24,43. *Luc*. 12.40.1.*Theſſal*. 5,2,2,*Theſſal*.2,2,*Iac*.4,13, mors per Chriſtum, deſtructa 2.*Timoth*.1,10,1,*Pet*.3,22, mors prorſus delenda eſt, 1.*Corinth*.15, 26.54, *Apoc*.20,14, mors æterna impiis apparata, 2.*Theſſal*. 1,9, mors duplex: prima corporum, ſecunda animorum, *Apoc*. 20, 14, mors ſecunda, 2,11,& 21.8, mors omnibus communis, *Roman*. 5,12, *Hebr*. 9, 27, mors piis non timenda, *Matth*.10,28, *Ioan*. 12,25,1, *Corinth*.5,1,2, *Philip* 1,23,& 2,17,*Hebr*.2,15,2. *Pet*.1,14. mors piis eſt quaſi ſomnus & dormitio quædam, *Deut*.31 16,2,*Sam*.7,12,1,*Reg*.2,10,& 11, 21, 43,& 14,20,*Sap*.3.3. *Matth*.9.24.*Ioan*.11,11,*Act*.7,60,& 13,36, 1. *Cor*,11, 29,1, *Theſſal*.4,13, mors quorundam olim prædicta: *Exempla*: Filii Dauidis, 2.*Sam*.12,14, Filii Ieroboam, 1, *Reg* 12,12, domus Baalæ, 16,3, Ochoſiæ, 2,*Reg*.16, Hananiæ Pſeudoprophetæ, *Ier*. 28,16, Amaſiæ & eius familiæ Amos.7,17,*Ioan*.21,28.

## ❡ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

*Mors Chriſti ignominioſa.*

Morte turpiſſima condemnemus eum. *Sap*.2.

Et cum ſceleratis reputatus eſt. *Eſa*.53.

*Fructuoſa.*

Præcipitabit mortem in ſempiternum. *Eſa*.25.

Ero mors tua, ô mors! morſus tuus, inferne! *Oſea* 13.

Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi: quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris. 1.*Cor*.15.

Charitas enim Chriſti vrget nos, æſtimantes hoc, quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt. Et pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, vt & hi qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit. 2.*Cor*.5.

Deus autem qui diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati, & conreſuſcitauit, & conſedere facit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu. *Epheſ*.2.

Quia & Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu. 1.*Pet*.3.

*Mors gratia vitia extirpat.*

Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato vt gratia abundet? abſit. Qui enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres, &c. *Rom*.6.

Ita & vos exiſtimate, vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius *ibid*.

Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes. 2.*Cor*.4.

Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum, vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra. *ibid*.

Viuo autem, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. *Gal*.

Mortificate ergo membra veſtra quæ ſunt ſuper terram.

*Vitam præſtat.*

Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. *Rom*.6.

Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus quia ſimul etiam viuemus cum illo. *ibid*.

Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cum autem Chriſtus apparuerit, vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. *Col*.3.

Nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus. 2.*Tim* 2.

*Mors culpæ ex peccato oritur.*

Vnusquisque in iniquitate ſua morietur. *Ier*.38.

Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. *Ezech*.18.

An neſcitis, quoniam cui exhibetis vos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam. *Rom*.6.

Peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem. *Iacob*.1.

*Meritis priuatur.*

Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. *Matth*.8.

Dixi ergo vobis, quia in peccatis veſtris moriemini. Si enim non credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro. *Ioan*.

*Per gratiam curatur.*

Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc eſt, quando mortui audient vocem filii Dei, & qui audierint, viuent. *Ioan*.

Stipendia peccati mors: Gratia autem Dei vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro. *Rom* 6.

Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. *Epheſ*.5.

Et vos cum mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduerſum nos erat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci. *Col*.2.

Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem. 1.*Ioan*.5.

*Mors gehennæ perpetuatur.*

Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet illos. *Pſal*.

Malorum amatores digni ſunt morte. *Sap*.15.

Et infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Hæc eſt mors ſecunda. *Apoc*.20.

*Mors naturæ omnibus miſerabilis, propter peccati tranſgreſſionem.*

Quia audiſti vocem vxoris tuæ & comediſti de ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, in ſudore vultus tui veſceris pane, donec reuertaris in terram de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. *Gen*.3.

Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. 2.*Reg*.14.

Scio quia morti trades me, vbi conſtituta eſt domus omni viuenti. *Iob*.30.

Quis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem? *Pſal*.88.

Nolite zelare mortem in errore vitæ veſtræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum veſtrarum. Quoniam Deus mortem autem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. *Sap*.1.

Iuſtitia enim perpetua eſt, & immortalis, iniuſtitia autem mortis eſt acquiſitio. *ibid*.

Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...rum ſimilitudinis ſuæ fecit illum. Inuidia autem diaboli ...troiuit in orbem terrarum. 2.

...mulière initium factum eſt peccati: & per illum omnes mori... Eccl.25.

...pterea ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mun... ...trauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors ...ſiit, in quo omnes peccauerunt. Rom 5.

...regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen, etiam in eos qui ...peccauerunt. ibid.

...ut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vi... ...buntur. 1. Cor. 15.

...mulus autem mortis peccatum eſt. ibid.

*Propter aduentus ſui incertitudinem.*

...lius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuii. Ec-...

...ſcit homo diem ſuum. 9.

...mor eſto quoniam mors non tardat. 14.

...it autem illi Deus, ſtulte hac nocte animam tuam repetent à ... Luc. 12.

*Mors eſt conſolabilis miſeris.*

...ritur doctus ſimiliter vt indoctus. Eccl. 2.

...nus ergo introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus. Sa-... 7.

Melior eſt mors, quam vita amara, & requies æterna, quam lan... ...perſeuerans. Eccl 7.

O mors! bonum eſt iudicium tuum homini indigenti, & qui ...tur viribus defecto. ætate. 41.

*Honorabilis bonis.*

...ſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit. Sa-... 4.

...li metuere iudicium mortis. Memento, quæ ante fuerunt, & ...peruentura ſunt tibi. Hoc iudicium à Domino omni carni. 41.

...ſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo. Veniat pax, re-...cat in cubili ſuo, ambulauit in directione ſua. 57.

...mus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis ...uatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non ...factam, ſed æternam in cœlis. 2. Cor. 5.

...ctor autem è duobus deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum ...ſto. Phil. 1.

...ati mortui qui in Domino moriuntur. Apoc. 14.

*Horribilis malis.*

Mortuo homine impio nulla erit vltra ſpes. Prou. 11.

Non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum, nec habet po...tem in die mortis, nec ſinitur quieſcere ingruente bello, neque ...bit impium. Eccl. 8.

Cum enim morietur homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & ...mes. Eccl. 18.

O mors! quam amara eſt materia tua homini pacem habenti in ...ntiis ſuis, viro quieto, & cuius viæ directæ ſunt in omnibus, & ...valenti accipere cibum! 41.

...ec enim mors peccatorum peſſima. Pſal. 33.

*Lamentabilis cunctis.*

...pra mortuum plora, &c. Eccl. 22.

...geniſce tacens, mortuorum luctum non facies. Ezech. 26.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Omnis gloria Dei, & omnis ſalus hominum, in Chriſti morte ...tuta ſunt. Chryſ. & Auguſt.

Mortis diem omnes affuturum ſciunt: cum tamen omnes aut ...omnes differre conantur, etiam qui poſt mortem ſe beatius ...nteſſe victuros, tantam habet vi n carnis & animæ dulce con...ium. Auguſt. de grat. noui teſt.

Mala mors putanda non eſt, quam bona vita præceſſit: neque e...facit malam mortem, niſi quod ſequitur ipſam mortem. De ...Dei.

...ima mors animam pellit volentem à corpore, ſecunda mors a...m nolentem tenet in corpore. ibid.

Quid eſt mors? Relictio corporis, depoſitio ſarcinæ grauis, mo... ...a ſarcina non portetur, qua homo præcipitatur in gehennam. ...cupit diſſolui & eſſe cum Chriſto, non patienter moritur. Idem ...

...ocantur ante tempus boni, ne diutius vexentur à noxiis: mali ...& impii tolluntur, ne diutius bonos perſequantur. lib. de vita ...oſt.

Neſcis qua hora veniet: ſemper vigila, vt quod neſcis quando ...et, paratum te inueniat, quum venerit: & ad hoc forte neſcis ...ndo veniet, vt ſemper paratus ſis. Aug.

In quo quemque inuenerit ſuus nouiſſimus dies, in hoc eum ...prehendet mundi nouiſſimus dies, quoniam qualis in die iſto ...tur, talis in die illo iudicabitur. ad Dioſc.

Non multum curandum eſt eis qui neceſſario morituri ſunt, quid accidet vi moriantur: ſed moriendo quo ire cogantur. libr. 1. de ciu. Dei.

Timor de futura morte mentem neceſſario concutit, & quaſi clauis carnis omnes motus ſuperbiæ ligno crucis affigit. libr. 2. de doct. Chriſtiana.

Latet vltimus dies, vt obſeruentur omnes dies, ſero parantur remedia, quum mortis imminent pericula. de diſciplina Chriſti.

Mortem, vt peccati præciſionem homo elucratur, ne malum immortale eſſet. Ita pœna ipſi in miſericordiam ceſſit. Sic enim Deum ſupplicia inferre cenſeo. Nazianz. Orat. 38.

Nihil ſic reuocat à peccato, quam frequens mortis meditatio. Aug. lib. exhort.

Non poteſt male mori, qui bene viverit: & vix bene moritur, qui male vixit. De doctrina Chriſtiana.

Nihil intereſt vtrum abiures depoſitum, an doleas reſtitutum: in vtroque fidei ambiguum vitæ periculum eſt. Quid tam ſecundum naturam, quam referre gratiam authori? Non amitti, ſed præmitti videntur, quos non abſumptura mors, ſed æternitas receptura eſt. Amb. l. de exc. f. fra.

Nudi omnes naſcimur, nudi morimur: nulla diſtinctio inter cadauera mortuorum, niſi forte quia grauius fœtent diuitum corpora, luxuria diſtenta. Ambroſ. in hexameron.

Platonis ſententia eſt, omnem ſapientum vitam meditationem eſſe mortis; debemus & nos igitur præmeditari, quod aliquando futuri ſumus: & quod velimus, nolimus, abeſſe longius non poteſt. Hier. in Epiſt. ad Heliod.

Nihil æque tibi proficiet ad temperantiam omnium rerum, quam frequens cogitatio breuis æui, & huius incerti. Quicquid facies, reſpice mortem. ad eundem.

Memento mortis tuæ, & non peccabis. Qui ſe quotidie recordatur eſſe moriturum, contemnit præſentia, & ad futura feſtinat. ad Cypr.

Non eſt noſtrum mortem arripere, ſed illatam ab aliis libenter accipere. Vnde & in perſecutionibus non licet propria manu perire. ſuper Ionam.

Inter eum, qui decem vixit annis, & illum qui mille, poſtquam idem finis vitæ aduenerit, & irrecuſabilis mortis neceſſitas, tranſactum omne tantundem eſt, niſi quod magis ſenex onuſtus peccatorum faſce proficiſcitur. ad Heliod.

Ad hoc autem conditor noſter latere nos voluit finem noſtrum diem que noſtræ mortis eſſe incognitum, vt dum ſemper ignoratur, ſemper proximus eſſe credatur: & tanto quiſque ſit feruentior in operatione, quando & incertus eſt de vocatione: vt dum incerti ſumus quando moriamur, ſemper ad mortem parati debeamus venire. Greg. lib. 12. Moral.

Antiquus hoſtis ad rapiendas peccatorum animas tempore mortis, crudelitatis effrænatur violentia, & quos viuentes blanditiis decerperit, morientes ſeuerius rapit. lib. 6. Moral.

Sic mors ipſa quum venerit, vincitur: ſi prius quam veniat, ſemper timeatur, in hom.

Quaſi ſubhoneſte, quem proſternit, moritur, qui de culpa, quam ſuperat, eleuatur. in Moral.

Qui conſiderat qualis erit in morte, ſemper pauidus erit in operatione, atque inde in oculis ſui Conditoris viuet. Nil quod tranſeat, appetit: cunctis vitæ præſentis deſideriis contradicit, & pene mortuum ſe conſiderat: qui moriturum ſe minime ignorat. Perfecta enim vita, eſt mortis meditatio, quam dum iuſti ſolicite peragunt, culparum laqueos euadunt. lib. 12. Mor.

Iuſtorum animæ leuibus quibuſque contagiis ipſo ſæpe mortis pauore purgantur, & æternæ retributionis gaudia iam ab ipſa carnis ſolutione percipiunt. Plerunque vero contemplationis internæ, etiam prius quam carne ſpolientur, hilareſcunt: & dum vetuſtatis debitum ſoluunt, noui iam muneris lætitia perfruuntur. Gregor. libro 24.

Mors iuſtorum bonis eſt in adiutorium, malis in teſtimonium, vt inde peruerſi ſine excuſatione pereant, vnde electi exemplum capiunt, vt viuant. ſuper Matth. 1.

Horam vltimam idcirco Dominus noſter nobis voluit eſſe incognitam, vt ſemper poſſit eſſe ſuſpecta: vt dum illam præuidere non poſſumus, ad illam ſine intermiſſione properemus. in homil.

Sicut hi, qui adhuc viuentes, animæ mortuorum quo loco habeantur, ignorant: ita mortui, vitam in carne viuentium, poſt eos qualiter diſponantur, neſciunt. In Moral.

In omnibus operibus tuis memorare tuæ mortis horrorem, iudicii tremendi valde diſcrimen, ardentis gehennæ metum ab oculis tui cordis elongari nullatenus patiaris. Cogita peregrinationis tuæ miſeriam: recogita annos tuos in amaritudine animæ tuæ, & cogita vitæ humanæ pericula. Cogita fragilitatem propriam, & in huiuſmodi cogitatione ſi perſeueraueris, dico tibi, parum ſenties, quicquid foris videtur eſſe moleſtum, dum toto corde circa interiorem moleſtiam occuperis. Bernh. in ſerm.

Nouiſſima ſunt quatuor, Mors, Iudicium, Gehenna, Gloria. Quid horribilius morte? quid terribilius iudicio? quid intolerabilius gehenna? & quid iucundius gloria? ibid.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Miſer homo,quare omni hora te non diſponis? Cogita te iam mortuum,quem ſcis neceſſitate moriturum: diſtingue qualiter oculi vertentur in capite, venæ rumpentur in corpore, & cor ſcindetur dolore. *ibid.*

Quid in rebus humanis certius eſt morte, quid incertius hora mortis inuenitur? Non miſeretur inopiæ, non reueretur diuitias, non ſapientiæ,non moribus,non ætati denique parcit: niſi quod ſenibus mors eſt in ianuis,iuuenibus verò in inſidiis. *Idem.*

Quam mitius me priuares ô auſtera mors! vitæ vſu,quam fructu! Nam vita ſine fructu prauior eſt,quam mors. *Idem ſuper Cantic.*

Bona mors iuſti propter requiem, melior propter nouitatem, optima propter ſecuritatem: Econtra mors peccatorum peſſima, mala ſiquidem in mundi amiſſione, peior in carnis ſeparatione, peſſima in vermis ignisque duplici contritione. *in epiſt.*

Pretioſa mors ſanctorum, pretioſa plane tanquam finis malorum,tanquam victoriæ conſummatio, tanquam vitæ ianua & perfectæ ſecuritatis ingreſſus. *ibid.*

Mors,munus neceſſarium eſt naturæ iam corruptæ, quæ non eſt fugienda, ſed potius amplectenda: vt iterum fiat voluntarium, quod futurum eſt neceſſarium: offeramus Deo pro munere,quod pro debito teneamur reddere. *Chryſoſt. ſuper Matth* 10.

Piis mors vltra non eſt mors, ſed nomen tantum habet mortis: imò & ipſum nomen ſublatum eſt. *Idem in homi.*

Mors non eſt malum: ſed poſt mortem pœnas dare malum eſt. Mortis regio,mundus. *Idem ibid.*

Illi deplorandi ſunt in morte, quos miſeros infernus ex hac vita recepit,non quos cœleſtis aula lætificandos includit. *Iſid. libr. 3. de ſummo bon.*

Etſi pietas pro defunctis fidelibus flere iubeat: fides tamen pro eis lugere vetat. Multi enim vitam odio habent, & mori timent,& viuendi habent tædium,& moriendi metum. *ibid.*

O durus & durior caſus! heus! quid perdidit homo, & quid inuenit? Perdidit beatitudinem, ad quam factus eſt, & inuenit mortem,ad quam factus non eſt. Hodie venimus à patria in exilium, à viſione in cæcitatem, à iucunditate immortalitatis ad corruptionem mortis: miſera conditio,grauis dolor, graue damnum, graue tormentum. *Anſelm. in ſuis medit.*

Percutitur hac animaduerſione peccator, vt moriendo obliuiſcatur ſui, qui viuens oblitus eſt Dei. *Cæſarius in admonit.* 6.

Quis mortem temporalem metuat,cui æterna vita promitte[...]r? Quis labores carnis timeat,quum ſe in perpetua requie nouerit collocandum. *Caſſiod. l. in Pſalm.*

Non nocet bonis,ſi occidantur, vel ſubita morte rapiantur: non enim ſubito moriuntur,qui ſemper ſe cogitauerunt morituros. Siue ergo ferro immolentur, ſiue à beſtiis lacerentur,aut flammis vel vndis immergantur, aut ſuſpendantur, vel crura frangantur, vel quolibet alio infortunio moriantur, ſemper eſt pretioſa in conſpectu Domini Mors Sanctorum eius,vt dicitur. Quacunque hora iuſtus moriatur, iuſtitia eius non auferetur ab eo, & ita mors non obeſt,imò multum prodeſt eis: quia ſi quid peccati contraxerunt per humanam fragilitatem, relaxatur per mortis acerbitatem. *Anſelm.*

Mors triplex eſt: Naturæ de qua dicitur: quærent homines mortem & non inuenient: Hæc mors non eſt metuenda fortibus, deſideranda ſapientibus, miſeris expetenda. Culpæ de qua dicitur: Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Gratiæ,quæ ſecularium aufert interitum voluptatum, in qua non natura,ſed delicta moriuntur: hanc mortem ſubimus conſepulti cum Chriſto in baptiſmo. *Amb. ſuper Lucam lib* 5.

Si de diuitiis & honoribus,& morum nobilitate te iactas, de patria & pulchritudine corporis & honoribus, qui tibi ab hominibus exhibentur,reſpice teipſum, qui mortalis terra es, & in terram ibis. Circumſpice, qui ſimilibus fluxere ſplendoribus. Vbi ſunt qui ambiebant currum poteſtatis? vbi inſuperabiles Imperatores? Vbi ſunt qui conuentus diſponebant,& feſta, & equorum ſplendidi nutritores? vbi nunc veſtes & ornamenta peregrina? vbi ſeruorum turba? vbi iocus & lætitia,vbi exercituum duces? vbi ſatrapæ & tyranni? Nonne omnia puluis & fauilla? Nonne in paucis verſibus, eorum vitæ patet memoria? Reſpice eorum ſepulchra, & vide qui ſeruus,& qui dominus,qui diues,qui pauper. Diſcerne ſi potes, victum à rege, fortem à debili,pulchrum à deformi. Vide ſi eſt aliquod in eo ſignum iactantiæ ſuæ. Memorare vtique naturæ,ne extollaris. *Auguſt. lib. de Natura & gratia.*

Mors peccatorum peſſima,quorum & natiuitas mala, & vita peior: ſed pretioſa mors Sanctorum. Pretioſa plane tanquam finis laborum,tanquam victoriæ conuerſatio,tanquam vitæ ianua, & perfectæ ſecuritatis ingreſſio. *Bernh. de tranſitu Malachiæ.*

Tres ſunt nuntii mortis: Caſus, Infirmitas, Senectus: Caſus dubia,Infirmitas grauia,Senectus certa denunciat. Caſus nunciat mortem latentem,Infirmitas apparentem,Senectus præſentem. Ex hac incertitudine,mortis timor. Ex grauitate dolor. Ex certitudine ſenectutis,non obſtinatio,ſed humilitas,& afflictio ſequi debet. *Hugo de clauſtro Animæ,lib.* 2.

Xerxes ille magnus rex,potentiſſimusque,qui ſubuertit montes, maria conſtrauit, cum de ſublimi loco infinitam hom[...] tudinem, & innumerabilem vidiſſet exercitum, flens [...] quod poſt centum annos nullus eorum quos tunc cerneba[t] futurus eſſet. O ſi poſſemus ſuper talem aſcendere ſpecul[am] vniuerſam terram ſub pedibus cerneremus,iam tibi oſten[derem to]tius mundi ruinas,gentes gentibus,reges regibus, regna [...] liſa. Alios torqueri,alios necari, alios abſorberi fluctibus, [...] ſeruitutem trahi. Hic nuptias, ibi planctum, illos naſci, [...] alios affluere diuitiis,alios mendicare. Et non tantum Xer[xis exer]citum, ſed totius mundi homines, qui nunc viuunt in bre[ui] defuturos. Vincitur ſermo rei magnitudine,& minus eſt [...] cimus. Redeamus igitur ad nos, & quaſi è cœlo deſcenden[tes pau]liſper noſtra videamus. Sentis obſecro te quando infans, [...] puer,quando ſenex,factus ſis. Quotidie morimur,quotidie mutamur,& tamen æternos nos eſſe credimus. *Hieron. ad [illegible] rum.*

## ¶ Sententiae Poeticae.

Hor. 1. Epiſt.

*Inter ſpem,curamque timores,inter & iras*
*Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum,*
*Grata ſuperueniet,quæ non ſperabitur,hora.*

Perſius 5.

*Viue memor lethi: fugit hora: hoc quod loquor, [illegible]*

Chilo per Auſon.

*Viue memor mortis, vti memor ſis & ſalutis.*

Mart. 11.

*Expectant curæque catenatique labores:*
*Gaudia non remeant, ſed fugitiua volant.*
*Hæc vtraque manu,complexuque aſſere toto:*
*Sæpe fluunt imo ſic quoque lapſa ſinu.*
*Non eſt,crede mihi, ſapientis dicere,viuam.*
*Sera nimis vita eſt craſtina: viue hodie.*

Idem 2.

*Pange toros,pete vina,roſas cape,tingere nardo,*
*Ipſe iubet mortis te meminiſſe Deus.*

Lucret. 3.

*Et metus ille foras præceps Acherontis agendus*
*Funditus humanam qui vitam turbat,& imo*
*Omnia ſuffundens mortis nigrore,nec vllam*
*Eſſe voluptatem liquidam puramque relinquit.*

Maphæus Vegius in appendice Virg.

*Heu mortem inuiſam! quæ ſola vltricibus armis*
*Elatos frenas animos, communia toti*
*Genti ſceptra tenens,æternaque fœdera ſeruans,*
*Quæ magnos paruosque teris: quæ fortibus æquas*
*Imbelles populisque Duces,ſeniumque iuuenta.*

Virg. in Mœcenatis obitum.

*Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta,*
*Non oblita rapit,ſed tamen illa ſenes.*

Ouid. 3. Amor. 8.

*Scilicet omne ſacrum mors importuna profanat,*
*Omnibus obſcuras inijcit illa manus.*

Idem ad Liuiam.

*Fata manent omnes, omnes exſpectat auarus*
*Portitor,& turbæ vix ſatis vna ratis.*
*Tendimus huc omnes,metam properamus ad vnam,*
*Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.*

Horat. 1. Carm. 4.

*Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,*
*Regumque turres.*

Idem 1. Carm. 28.

*Omnes vna manet nox,*
*Et calcanda ſemel via lethi,&c.*
*Miſta ſenum ac iuuenum denſentur funera! nullum*
*Sæua caput Proſerpina fugit.*

Lucan. 9.

*Sortilegis egeant dubij,ſemperque futuris*
*Caſibus ancipites: me non oracula centum,*
*Sed mors certa facit,pauido fortique cadendum eſt.*

Sen. Herc. fur.

*Tibi creſcit omne*
*Et quod occaſus videt,& quod ortus*
*Parce venturis,tibi mors paramur.*
*Sis licet ſegnis,properamus ipſi.*
*Prima quæ vitam dedit hora carpſit.*

Propert. 20. 28.

*Longius aut propius mors ſua quemque manet.*

Idem 3. 3.

*Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nudus ad infernas ſtulte vehere rates.
Victor cum victis pariter miſcebitur umbris,
Conſule cum Mario capte Iugurtha ſedes.
Lydus Dulichio non diſtat Crœſus ab Iro.
Optima mors parca quæ venit ante die.

Claud. 2. rapt. Proſerpinæ.

Sub tua purpurei venient veſtigia reges.
Depoſito luxu, turba cum paupere mixti:
Omnia mors æquat.

Ouid. ad Liuiam.

Sed rigidum ius eſt, & ineuitabile mortis.

Sen. Herc. fur. act. 1.

Certo veniunt ordine Parcæ.
Nulli iuſſo ceſſare, licet,
Nulli ſcriptum proferre diem,
Recipit populos urna citatos.

Lucret. 3.

Certa quidem finis vitæ mortalibus adſtat,
Nec deuitari lethum pote quin obeamus.

Silius 32.

In pace, & bello cunctis ſtat terminus æui.
Extremumq́; diem primus tulit.

Corn. Gallus vel potius Maximinianus.

Omnibus eſt eadem lethi via: non tamen vnus
Eſt vitæ cunctis exitij atque modus.
Hac pueri, atque ſenes pariter iuuenesq́; ferentur.
Hac par diuitibus pauper egenus erit.

Stat. 9. Theb.

Mille modis lethi miſeros mors vna fatigat.

Idem 2. Sil. 1.

Nam populos mortale genus, plebisq́; caducæ
Quid ſtat interitus? hos bella, hos æquora poſcunt:
His amor exitio, furor his, & ſæua cupido,
Vt ſileam morbos, hos ora rigentia brumæ,
Illos in placido lethalis Sirius igni:
Hos manet imbrifero pallens autumnus hiatu,
Quidquid habet ortus finem timet, ibimus omnes,
Ibimus: immenſis vrnam quatit Æacus vmbris.

Sen. Theb.

Eripere vitam nemo non homini poteſt,
At nemo mortem: mille ad hanc aditus patent.

Lucan. 8.

Mors vltima pœna eſt,
Nec metuenda viris.

Ouid. Triſt. 6.

Vna tamen ſpes eſt, quæ me ſolatur in iſtis,
Hæc fore morte mea non diuturna mala.

Ouid. 3. Pont. 5.

Mitius ille perit, ſubita qui mergitur vnda,
Quam ſua qui liquidis brachia laſſat aquis.

Boeth. 1. 7.

Mors hominum felix quæ ſe nec dulcibus annis
Inſerit, & mæſtis ſæpe vocata venit.
Eheu! quam ſurda miſeros auertitur aure,
Et flentes oculos claudere ſæua negat.

Sen. Oed.

Mortem optare, malum: timere, peius.

Plaut. Rud.

Neque eſt
Melius morte in rebus malis.

Sen. Oed.

Contempſit mori
Qui non concupiſcit.

Hor. 1. Epiſt. 16.

Mors vltima linea rerum eſt.

Ouid. 5. Triſt. 12.

Maxima pœna mihi eſt ipſum offendiſſe, priusq́;
Veniſſet mallem funeris hora mihi.

Plaut. Capt.

Dum ne ob malefacta peream, parui id æſtumo,
Si ego hic peribo, &c.
At erit mihi hoc factum mortuo memorabile, &c.
Qui per virtutem peritat, non interit.

Claud. de bello Gal.

Nonne mori ſatius, vitæ quam ferre pudorem?

Mala mors quæ ſit.

Antholog. ſac. Iac. Billi.

Cuncta bonis proſunt; quos & mors ipſa beatos
Efficit, vt ſumant præmia principium.
Ille igitur finis malus eſt, quem pœna ſequetur,
Et qui perpetui porta doloris erit.
Non quo abſumuntur lachrymæ, cunctiq́; labores,
Vt veteris pereant omnia ſigna mali.

Mortem omnes mundi vanitates condemnare.

Vox tua, vox mendax, ô perfide munde! voluptas
Namq́; mea ſtabilis, dicis, opesq́; meæ.
At fera mors veniens mendacia verba refellit:
Nihilq́; tuis opibus vanius eſſe docet,
Illa docet veniens, quam ſit tua falſa voluptas:
Quam tua proſperitas ficta ſit, illa docet.
O ſtolidos igitur, qui te mirantur, amantq́;
Linquere morte tuos qui veniente ſoles!

Mortis cogitatione peccata vitari.

An cupis aduerſus ſcelerum fœdiſsima quæque
Vulnera perfacilem dem tibi promptus opem?
Cum te turpe aliquid tentat, fac illico mentis
Seſe mors oculis offerat atra tuæ.
Quiſquis enim horrendum Chriſti cum morte tribunal
Cogitat, hic omnis criminis hoſtis erit.
Flante velut valido nubes Aquilone fugantur:
Sic meditata ſcelus mors procul omne fugat.

Pulcherrima deſcriptio mortis, per Baptiſtam Mantuanum ex lib. 2. Alphonſi.

His dictis mouere gradus vt limina contra
Adſtitit Alphonſus gelidæ male olentia mortis,
Subſtitit: & tenebras oculis ſcrutatus inanes
Proſpicit excurſus piceo ſub fornice longos,
Incertamq́; diem, caligantesq́; receſſus:
In medio accumbens ſuper alta cadauera monſtrū
Corpus lambebat fluido ſtillantia tabo.
Monſtrum ingens, cui flexilibus frons orba colubris
Cingitur, effoſsi liquore ſedilia dentes,
Concaua, truncatis deformia naribus ora
Oſtendunt inhoneſta caui duo verticis antra:
Occiput aure caret geminæ ſed vtrinque cauernæ
Semper hiant, retroq́; fluunt in pectora tabo.
Verticis os glabrum, ceruix nodoſa lacertos
Nulla ligat iunctura humeris: ſine viſcere coſtæ.
Arida membra ſonant mota colliſa ſub aluo,
Tecta ſepulchrales hydri poſuere, cubantq́;
In thorace cauo, coluber, nepa, vipera, buffo,
Stant famulæ circum dominum palorq́; timorq́;,
Et dolor, & peſtis, quæ nigro armata veneno
Obuia transfadigit lethalibus inguine telis,
Alciden dedit ipſa neci, qui vicerat hydram,
Qui Lapithas, qui centauros & cætera monſtra,
Atque tridentifero febris metuenda lacerto:
Vulgatum & commune malum, quod fortia ſternis
Corpora, & extremis gaudet, nunc ignibus ardet,
Nunc tremulo contracta gelu ſtridentibus alget
Faucibus, & quærit rigenti incendia tergo:
Et tenuis ſine ventre fames, & ſemper hiulca
Fauce ſitis, qua dum noſtris pro finibus olim
Belliger Orlandus Mauros contuderat armis
Occidit inuictus, bello ſitis aruit æſtu.
Et luxata manus plantas nodoſa tumentes
Nobilium morbos, medicos riſura podagra.
Omne maraſmorum genus & ſine voce Synanche;
Improba mordaci ſerpens prurigine lepra:
Et caput inuoluens nebulis lethargica moles,
Ferreus & medica ſopor incurabilis arte,
Et mentagra cutem maculis variata cruentis,
Et Phlegethontæo veniens à flumine Cancer:
Dira lues populans artus, liquor ignibus ardens.

Dionyſius in Sotera.

Πρὸς τὸ τελευτήσαντ᾽ ἕκαστος, κ᾽ ἂν σφόδρα
Ὢν ἐχθρὸς ἤ τις, γίνεται φίλος τότε.
Homini mortuo vnuſque licet admodum
Inimicus antea fuerit, conciliatur,

Archilochus alias Timocles

Τοῖς μὲν τεθνηκόσιν ἔλεος ἐπιεικὴς θεός
Τοῖς ζῶσι δ᾽ ἕτερον ἀνοσιώτατον, φθόνος.
Mortuos miſericordia benignum numen ſequitur:
Viuentes autem aliud infeſtiſsimum, inuidia.

Mimnermus in Neoptolemeo.

Δεινοὶ γὰρ ἀνδρὶ πάντες ἐσμὲν εὐκλεεῖ
Ζῶντι φθονῆσαι, κατθανόντα δ᾽ αἰνέσαι.
Inſigni cuipiam viro proni ſumus omnes
Inuidere viuo, mortuum autem laudare.

Moſchion Poeta Syracuſanus Ariſtarchi familiaris.

Τί κέρδος οὐκ ἔτ᾽ ὄντας αἰκίζειν νεκρούς,
Τίτην ἄναυδον γαῖαν ὑβρίζειν πλέον;
Ἐπὰν γὰρ ἡ κρίνουσα καὶ τὰ ἡδέα
Καὶ τ᾽ ἀνιαρὰ φροῦδος αἴσθησις φθαρῇ,
Τὸ σῶμα κωφοῦ τάξιν εἴληφε πέτρου.
Quid iuuat mortuos, qui non amplius ſunt, affligere?
Aut mutam terram contumelijs afficere?
Poſtquam enim qui iucunda diſcernit,
Et moleſta, ſenſus iam interierit,
Corpus in poſterum inſtar eſt ſurdæ petræ.

Chilon

Chilon.

Τὸν τετελευτηκότα μὴ κακολόγει, ἀλλὰ μακάριζε.
*Defunctũ non maledictis afficias, ſed beatũ prædices*

Menander.

Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται.
*Mortalibus mori omnibus neceſſe eſt.*
Ζωῆς πονηρᾶς θάνατος αἱρετώτερος.
*Vita mala mors eligibilior.*
Ζῆν ἀλύπως, ἢ θανεῖν εὐδαιμόνως.
*Vel viuere ſine triſtitia vel mori feliciter.*
Καλὸν τὸ θνήσκειν, οἷς ὕβριν τὸ ζῆν φέρει.
*Pulchrum mori, quibus vituperium vita fert.*
Ὃν γὰρ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος.
*Quem enim amat Deus, moritur iuuenis.*
Τὸ γὰρ θανεῖν οὐκ αἰσχρὸν, ἀλλ' αἰσχρῶς θανεῖν.
*Mori enim non turpe eſt, ſed turpiter mori.*

Ex primo epigrammaton.

Τὸν θάνατον τί φοβεῖσθε, τὸν ἡσυχίης γενετῆρα;
  Τὸν παύοντα νόσους, καὶ πενίης ὀδύνας;
Μοῦνος ἅπαξ θνητοῖς παραγίγνεται, οὐδέποτ' αὐτὸν
  Εἶδεν τις θνητῶν δεύτερον ἐρχόμενον.
Αἱ δὲ νόσοι, πολλαὶ καὶ ποικίλαι, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον
  Ἐρχόμεναι θνητῶν, καὶ μεταβαλλόμεναι.
*Mortem quid timetis, quietis genitricem?*
  *Sedantem morbos, & paupertatis dolores?*
*Sola .n. ſemel ad mortales accedit, nunquam ipſam*
  *Vidit quis mortalium ſecundo venientem.*
*Morbi vero, multi & varij, interdum ad alium*
  *Euntes mortalium, & permutati.*

Pallades.

Πάντες τῷ θανάτῳ τηρούμεθα, καὶ τρεφόμεσθα,
  Ὡς ἀγέλη χοίρων σφαζομένων ἀλόγως.
*Omnes morti ſeruamur & nutrimur,*
  *Tanquam grex porcorũ interfectorũ ſine ratione*
Σῶμα, πάθος ψυχῆς, ᾅδης, μοῖρ', ἄχθος, ἀνάγκη,
  Καὶ δῆμος κρατερὸς, καὶ κόλασις βασάνων.
Ἀλλ' ὅταν ἐξελάθῃ τοῦ σώματος, ὡς ἀπὸ δεσμῶν
  Τοῦ θανάτου, φεύγει πρὸς θεὸν ἀθάνατον.
*Corpus paſsio animæ, infernus, onus, neceſsitas,*
  *Et populus concitatus, & pœna torturarum.*
*Sed quando egreſſa fuerit è corpore, tanquam à vin-*
  *Mortis fugit ad Deum immortalem.* *(culis*

Homerus 10. Odyſſeæ.

Οὐχ' ὁσίη φθιμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι.
*Nefas eſt ſuper defunctos gloriari.*

Moſchion in Pheræis.

Κενὸν θανόντος ἀνδρὸς αἰκίζειν σκιάν.
*Temerariũ eſt vmbram hominis mortui affligere.*
Ζῶντας κολάζειν οὐ θανόντας εὐσεβές.
*Viuos caſtigare decet, non mortuos.*

Archilochus.

Οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσιν.
*Malum eſt viris defunctis conuitiari.*

Æſchylus in Hectore.

Καὶ τοὺς θανόντας εἰ θέλεις εὐεργετεῖν,
Τὸ γοῦν κακουργεῖν ἀμφιδεξίως ἔχει
(Καὶ μήτε χαίρειν, μήτε λυπεῖσθαι βροτούς.)
Ἡμῶν γε μέντοι Νέμεσις ἔσθ' ὑπερτέρα,
Καὶ τοῦ θανόντος ἡ δίκη πράσσει κότον.
*Vita functos ſi libet beneficijs proſequere.*
*Nam iniuriam illis inferre, facile quidem factu eſt,*
*(Neq; gaudio, neq; dolore mortales afficiantur.)*
*Verum Nemeſis ſuperior nobis eſt:*
*Et ipſa iuſtitia mortuum vindicat.*

Euripides.

Τύμβῳ γὰρ οὐδεὶς πιστὸς ἀνθρώπων φίλος.
*Nullus hominum fidus eſt amicus tumulo.*

Menander.

Θανόντων δὲ καὶ λόγοι φίλοι προδόται.
*Mortuos etiam grati ſermones deſerunt.*

Euripides in Menalippe.

Τί τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς τεθνηκέναι;
Καὶ τ' ἐκχυθέντα συλλέγεις ἀλγήματα;
*Quin tu defunctos obijſſe ſinis?*
*Et effuſos dolores colligis?*
Τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποισι κατθανεῖν μένει.
Κοινὸν δ' ἔχοντες αὐτὸ κοινὰ πείσομεν
Πάντες, τὸ γὰρ χρεὼν, μεῖζον ἢ τὸ μὴ χρεών.
*Omnibus hominibus obeunda mors eſt.*
*Quum igitur cõmunis ſit, patimur etiam cõmunia*
*Omnes, fati.n. maior vis eſt quam vbi fatum abeſt.*

Boetius de Conſolat. lib. 1. Met. 1.

*Mors hominum fælix, quæ ſe nec dulcibus annis*
  *Inſerit & mæſtis ſæpe vocata venit.*
*Heu heu quam ſurdo miſeros auertitur aure,*
  *Et flentes oculos claudere ſæua negat.*

¶ Sententiae Philosophicae.

Mors alia violenta, alia naturalis eſt. Violenta, cum ex[...] principium: naturalis cum interius eſt: patriſque con[...] initio talis eſt, nec aduentitia eſt affectio quædam. *libr. de [...] cap. 7.*

Mors eſt caloris naturalis interitus & diſſolutio. *libr. de [...] & Seneƈt. c. 2.*

Omnium rerum nihil morte terribilius, nihil acerbius [...] mnium rerum ſit extremum, & vltra iam nullo in malo [...] videantur eſſe mortui, *lib. 3. Ethic. c. 6.*

Certum eſt vitam mortemq; per vices ire, & compoſita [...] & diſſoluta componi. Omne humanum genus quodcu[...] quodcunque erit, morte damnatum eſt. Omnes quæ vſque [...] ponuntur vrbes, vbi fuerunt, aliquando quæretur, & va[...] genere tollentur: alias deſtruent bella, alias deſidia, pa[...] tiam verſa conſumit, & magnis opibus exitioſa res luxus. [...] *epiſt. 72.*

Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliqua pa[...] tunc quoq; quum creſcimus, vita decreſcit. Infantiam a[...] deinde pueritiam, deinde adoleſcentiam vſque ad heſter[...] quid tranſit temporis, perit, hunc ipſum, quem agimus d[...] morte diuidimus. *ep. 24.*

Si fines bonorum ac malorum cognouerimus, ita de[...] vita tædio erit, nec mors timore. Si mors accedit & voca[...] matura ſit, licet medium prædicat ætatem, recipit nihilomi[...] longiſſimæ fructum, cognita eſt illi ex magna parte [...] tempore honeſta non creſcere. *ep. 79.*

Natura nihil hominis breuitate vitæ præſtitit melius, [...] culorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuo[...] te, vt nullum frequentius ſit votum. *Seneca.*

Nihil æque tibi proficiet ad temperantiam omnium [...] quam frequens cogitatio breuis æui & huius incerti. Qu[...] cies reſpice ad mortem. *ep. 25.*

Non refert quot annos habeam, ſed quot acceperim. [...] uere non poſſum: hæc eſt mea ſenectus. Quicunque ad e[...] ſui fati venerit, hic moritur ſenex. *in epiſt.*

Illi mors grauis incubat, qui notus nimis omnibus, ig[...] moritur. *Sen. in tra.*

Nullum maius eſt ſolatium mortis, quam ipſa mortal[...] lum autem omnium iſtorum, quæ extrinſecus nos terren[...] quod innumerabilia in ipſo ſinu pericula ſunt. *Seneca in e[...]*

Effice mortem tibi cogitatione familiarem, *vt ſi ita fo[...]* poſſis illi obuiam exire. *ibid.*

Optimum eſt, antequam optes mori. *Incertum eſt*, [...] mors te expectet: tu illam in omni loco expecta. Egreg[...] mortem morte condiſcere: quid aliud carcer & cuſtodia, [...] ſtra? liberum habet oſtium. *in epiſt.*

Ante ſenectutem curaui vt bene viuerem, ſenectute v[...] riar: bene autem mori, eſt libenter mori. *ibid.*

Inquietam nobis vitam facimus metu mortis, & tan[...] minum dementia, vt quidam timore mortis cogantur ad m[...] Firmandi ſumus, ne nimis amemus vitam, & non nimis o[...] mortem: & quum ratio ſuadet, finire, ſed non timere. Vi[...] ſtrenuus non fugere debet de vita, ſed exire. *ep. 24.*

Laſſus ſenex, quod incommodi, aut metus in morte eſt, [...] tis vitium eſſe dicebat, non mortis: tam ſtultum eſſe, qui [...] timeat, quam qui ſenectutem. Nam quemadmodum ſenect[...] leſcentiam ſequitur, ita mors ſenectutem. Si timenda mor[...] per timenda eſt, quod enim tempus morti exemptum eſt, [...] mortem, vt nunquam timeas, ſemper cogita. *epiſt. 30.*

Mors par eſt: per quæ venit diuerſa ſunt: in quod deſin[...] eſt. Mors nulla maior, aut minor eſt. Habet enim eundem [...] bus modum finiſſe vitam. *epiſt. 67.*

Optabilem rem exiſtima bonam mortem: optimum e[...] rabilem mori aliquo opere virtutis. Quum aliquis torm[...] ter patitur, omnibus virtutibus vtitur. *epiſt. 68.*

Nil melius æterna lex fecit, quam quod vnum introitu[...] ad vitam dedit, multos exitus. *ibid.*

Nemo tam imperitus eſt, vt neſciat ſibi quandoque mo[...] tamen qum prope acceſſerit, tergiuerſatur, tremit & plora[...] fles miſer? quid trepidas? omnes hac neceſſitate ducuntur [...] quo omnia eunt. Ad hanc legem natus es: hoc patri tuo ac[...] matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibu[...] Quantus te populus moriturum ſequetur? quantus co[...] bitur? fortior, vt opinor, eſſes, ſi multi tibi commorerentur [...] millia hominum hoc ipſo momento, quo tu mori dubitas, [...] variis generibus emittunt: an non putabis te ad id aliqua[...] uenturum, ad quod ſemper ibas? nullum ſine exitu iter eſt. [...] *la* 8.

Mors non eſt glorioſa, ſed fortiter mori glorioſum eſt. [...] mortem ſuam laudat, ſed eum, cuius mors abſtulit anim[...] eſt, vtrum malitia illi, an virtus manum admouerit. Mors c[...] in Catone glorioſa eſt, in Bruto turpis & erubeſcenda. Cato [...] neſtiſſime vſus eſt, turpiſſime Brutus. *ibid.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

noſtrum aliter quam quomodo natus eſt, exit à vita. Fal-ciores morimur, quam naſcimur: noſtrum iſtud, non na-m eſt. Quid enim turpius, quam in ipſo limine ſecuritatis um? *Epiſt.* 1.7.

eſt ſomno delectari, mortem horrere: cum ſomnus aſſi-ortis imitatio. *In lib. de moribus.*

ori, eſt alterius arbitrio mori. Cuius mortem amici expe-am ciues oderunt. Crimen relinquit vitæ, qui mortem Dum eſt vita grata, mortis conditio eſt optima. *in Pro-*

imidus eſt? qui ſe moriturum putat. Honeſta turpitudo o bona cauſa. Lex vniuerſa, iubet naſci & mori. Mori fe-antequam mortem inuoces. Tolerabilior eſt, qui mori qui male viuere. *ibid.*

ſce autem arbitreris nihil ad nos pertinere mortem: bo-n omne ac malum in ſenſu eſt, ſenſus autem priuatio, Vnde recta cognitio, quod nihil ad nos ſit mors, id efficit, quod eſt, fruatur vita non ambiguum adijciens tempus, rtalitatis deſiderium afferens. Nihil enim in vita mali eſt, comprehendit nihil eſſe in vitæ priuatione mali. Vanus qui mortem ſe timere dicit, non quia præſens mœrore t, ſed expectata & futura contriſtet. Nam quod præſens urbat, expectatum nequidquam conficit. Itaque quod a-um malorum eſt & horrendum maxime, Mors nihil ad uam cum nos ſumus, mors non adeſt, cum verò mors ad-m non ſumus. Neque igitur ad viuentes, neque ad mor-net, nam his qui ſunt, illa non eſt, quibus verò adeſt, iam unt. Atqui plurimi mortem aliquando vt malorum maxi-quando verò vt requiem eorum quæ in vita ſunt triſtium, Neque igitur ne non viuat metuit: nec enim illi viuendi perat, neq; opinatur mali aliquid eſſe, non viuere. Quem-m verò cibus, non qui plurimus, ſed qui ſuauiſſimus eſt, e-a & tempus non longiſſimum, ſed ſuauiſſimum carpitur. iuuenem bene viuere, ſenem bene ex vita diſcedere ad-fatuus eſt non modo ob amorem vitæ ac ſtudium, verum dem ſit meditatio bene viuendi ac bene moriendi. Longe eterius qui dicit, bonum quidem non natum eſſe.

*Φύντα δ᾽ ὅπως ὤκιστα πύλας ἀΐδαο περῆσαι.*
*Aut vbi natus eris, mox Orci limen adire.*

ſi quod ita crederet hoc dixit, quomodo non diſcedebat è Id quippe illi in promptu erat, ſiquidem hæc illi fuiſſet rata ...). *Epicurus Menicœo de Morte S. Diogenes. Laert. libr.* 10. *philoſophorum.*

ſfaciles ſumus ad accuſandam naturam: nemo deflet quod r: nemo quod viuit: at quod egeſtatem ſentit, quod labores quod ſeneſcit, quod ægrotat, quod moritur, quiſq; conque-ſi ſecundum naturam minus iſta, quam illa ſint & naſci & & comedere, & eſurire, & dormire, & mori naturalia ſunt, vt mortalium vacet, niſi cui forte ſeneſcendi neceſſitatem que moleſtias & ægritudinum, neceſſitas mortis præcipi-erit: Quid igitur inutiles querelas effundimus? an quia iſta contingunt, ſolis nobis lugere permiſimus? an quia cunctorum ſimul in nos lamenta transfundimus, & velu-ani generis procuratores, naturam accuſamus immeritam? ſane negotium & importunum: illa enim mitiſſima, nos eius per impatientiam exacerbabimus, in parentem opti-ingrati, in noſmetipſos impii. *Petrach. de rebus famil. epiſto-*

Moriendum eſt enim omnibus: eſtque finis miſeriæ in morte. enim poteſt in vita eſſe iucunditas, cum dies & noctes cogi-ſit, iam iamque eſſe moriendum

Cato autem ſic abiit è vita, vt cauſam moriendi nactum ſe eſſe ret. Vetat enim dominans ille in nobis Deus, iniuſſu hinc nos demigrare.

malis igitur mors abducit, non à bonis, verum ſi quærimus, hoc a Cyrenaico Hegeſia ſic copioſe diſputatur, vt is à rege Pto-prohibitus eſſe dicatur, illa in ſcholis dicere, quod multi his mortem ſibi ipſi conſciſcerent, Callimachi quidem epi-in Ambraciotam Cleombrotum eſt: quem ait, cum nihil diſſet aduerſi, è muro ſe in mare abieciſſe, lecto Platonis li-

Certe, ſi ante occidiſſemus, mors nos à malis, non à bonis, abſtra-Sit igitur aliquis, qui nihil mali habeat, nullum à fortuna vul-ceperit. Metellus ille honoratus quatuor filiis, at quinqua-Priamus, è quibus decem & ſeptem iuſta vxore nati. Sic in v-andem habuit fortuna poteſtatem, ſed vſa in altero eſt. Metel-enim multi filii, filiæ, nepotes, neptes, in rogum impoſuerunt. autem tanta progenie orbatum, cum in aram confugiſ-filiis manus interemit. Hic ſi viuis filiis, incolumi regno oc-

*Aſtante ope barbarica,*
*Tectis calatis, laqueatis.*

tandem à bonis, an à malis diſceſſiſſet? tum profecto videre-tur à bonis. At certe ei melius eueniſſet, nec tam flebiliter illa cane-rentur.

*Hæc omnia vidi inflammari,*
*Priamo vi vitam eripi,*
*Iouis aram ſanguine turpari.*

Non deterret ſapientem mors, quæ propter incertos caſus, quo-tidie imminet, & propter breuitatem vitæ nunquam longe poteſt abeſſe.

Habes ſomnum, imaginem mortis: eamque quotidie induis, & dubitas quin ſenſus in morte nullus ſit, cum in eius ſimulachro vi-deas eſſe nullum ſenſum? Pellantur ergo iſtæ ineptiæ pene aniles, ante tempus mori miſerum eſſe. Quod tandem tempus? naturæ ne? At ea quidem dedit vſuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præſtitu-ta die. Quid eſt igitur quod querare, ſi repetit cum vult? ea enim conditione acceptas. Iidem, ſi puer paruus occidit, æquo animo fe-rendum putant: ſi verò in cunis, ne conquerendum quidem.

Prô dii immortales! quam illud iter iucundum eſſe debet, quo confecto, nulla reliqua cura, nulla ſollicitudo futura ſit. *Cic. libr.* 1. *Tuſc. quæſt.*

Nam qui id, quod vitari non poteſt, metuit, is viuere animo quie-te nullo modo poteſt: ſed qui non modo quia neceſſe eſt mori, ve-rum etiam quia nihil habet mors, quod ſit horrendum, mortem non timet, magnum is ſibi præſidium ad beatam vitam com-parat.

Te natura excelſum quendam videlicet, & altum, & humana de-ſpicientem genuit, itaque facile in animo forti contra mortem ha-bita inſidet oratio. *Idem lib.* 2. *Tuſc. quæſt.*

Theophraſtus autem moriens accuſaſſe naturam dicitur, quod ceruis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil intereſſet: hominibus quorum maxime interfuiſſet, tam exiguam vitam de-diſſet: quorum ſi ætas potuiſſet eſſe longinquior, futurum fuiſſe, vt omnibus perfectis artibus, omnibus doctrina hominum vita eru-diretur. Querebatur igitur, ſe tum, cum illa videre cœpiſſet, extin-gui. *Idem lib.* 3. *Tuſc. quæſt.*

Mors autem negligenda eſt, ſi aliquo ducit, vbi ſis futurus æter-nus.

Mortem omni ætati communem eſſe ſentio. *Cicero lib. de ſene-ctute.*

Nemo cenſet fugiendam eſſe mortem, quam immortalitas ſe-quatur. Iam ſenſus moriendi ſi aliquis eſſe poteſt, isq; ad exiguum tempus durat, præſertim ſeni: poſt mortem autem ſenſus aut o-ptandus, aut nullus eſt. *ibid.*

Moriendum enim certum eſt, ſed id incertum, an eo ipſo die. *ibi-dem.*

Mortem igitur omnibus horis impendentem timens, quis pote-rit animo conſiſtere? *ibid.*

Mors terribilis eſt his, quorum cum vita omnia extinguuntur, non his, quorum laus emori non poteſt. *Idem lib. Paradox.*

In luctu atque miſeriis mortem ærumnarum requiem, non cru-ciatum eſſe duco. *Salluſtius in Catilinaria.*

Mortis miſericordia, Deusque propitius optandus, viuis inno-cua inuidia. *Timocles.*

Vt virtutem vitæ conſuetudo ſignificat, ſic confirmat exitus. Nam in his etiam qui antea obſcuri fuerunt, laudanda eſt fortitu-do, cum pro patria dimicantes mortui ſunt. Hæc enim virtute prio-rem negligentiam tegentes plus profuerunt quam & prius nocue-runt. Horum nemo aut volens frui diuitiis, aut ſperans ſe mutata paupertate diuitem fore, fugit hoc periculum, ſed magis voluerunt hoſtes profligare, & exiſtimantes hoc certamen honeſtiſſimum eſ-ſe, conati ſunt depulſis hoſtibus poſtea ſuis rebus frui. Ita præſens periculum, quod oculis cernebant, elegerunt ſpe incerta victoriæ, & maluerunt præliando mori, quam fugiendo vitam retinere. Malum igitur corpore ſuſtinentes, famam malam effugerunt, ac breuiſſimo tempore fortunam experti ſunt magis cum gloria quam cum me-tu. *Thucyd. lib.* 2.

Mors omnibus mortalibus eſt fatalis, ignauis æque ac fortibus, ſed præclara ac glorioſa mors ſolis viris fortibus contingit. *Dion. Ha-lic. lib.* 6.

Mors ſpontanea, non fuga actionum, ſed actio eſſe debet. Turpe vero eſt, nos nobis ipſis tantum viuere ac mori. *Plutarchus in Cleo-mene.*

Mortem pro patria præclaram eſſe fateor. *Liuius, Decad.* 1. *li-bro* 9.

Effugit mortem quiſquis contempſerit: Auidiſſimum quemq; conſequitur. *Curtius lib.* 6.

Fortium virorum eſt magis mortem contemnere quam odiſſe vitam. Vltimum omnium mors eſt, ad quam non pigre ire ſatis eſt. *Idem lib.* 5.

Non ſolum fortior, ſed etiam ſapientior mortis interdum quam vitæ eſt cupiditas. *Valer. Max. lib.* 9. *c.* 13.

Mors omnibus ex natura æqualis eſt, obliuione apud poſteros vel gloria diſtinguitur. *Tacit. hiſt. lib.* 1.

Honeſta mors turpi vita potior, & incolumitas ac decus eodem loco ſita ſunt. *Tacit. in vita Agric.*

Humanæ vitæ finis certe eſt aliquis neceſſarius. *Herodot. in Per-tinace.*

Dii cœ-

Dii cœleſtes quibuſdam piiſſimis mortem tanquam præmium perſoluerunt.

Æquo iudicio iuxta timidus eſt & ignauus, qui quum non oportet mori deſiderat, & qui refugit quum ſit oportunum. *Amm. Marcell. lib. 25.*

Quibus neceſſe eſt, vel in prælio cum gloria, vel à victoribus ad ſupplicium turpiter duci, magna profecto inſania non pro turpibus eligere meliora. *Procop. de bello Perſico. libr. 1.*

Mors etſi acceleratius venerit, felices ſemper ex præterita ac proſperiora fortuna homines reddit. *Procopius de bello Goth. libro primo.*

Mortis formido non ſalutem, ſed exitium adfert. *Nicet. Man. Comm. lib. 5.*

Nec experienti, nec formoſo, parcit natura: ſed omnes citra diſcrimen in periculum conijcit. *Conſtant. Manaſſ. Annal.*

Mori neceſſe eſt, ſiue morbus ingruat, ſiue non. *G. Pachymer. hiſtor. lib. 1.*

Fratres fratribus in vita ſunt: morientibus, atque ex hac exiguitate in illam perpetuitatem æternitatemque vitæ migrantibus, quicquid in terris relinquitur, vnum atque idem eſt. *P. Æmyl. libro 3.*

Millies mori præſtat clariſſimis viris quam à priſtina maiorumq; ſuorum gloria degenerare. *P. Æmyl. hiſt. lib. 4.*

Nullus tarde eo properare poteſt, vnde nunquam cum ſemel peruenit, reditus pateat.

Lege ea omnes nati ſumus, vt exuere ſemel neceſſe ſit mortale hoc corpus.

Omnibus horis in mortem ipſam ruimus, quantumuis ea differre videatur iter ad nos ſuum. *Ar. Ferron. lib. 2.*

Ita natura comparatum eſt, vt corpus fluxum, animum immortalem nacti, euocante Deo Opt. Max. corpus humo, animam cœlo tandem aliquando reddamus. *Idem lib. 3.*

Hominis in Republica verſati mors quoque ipſa ad illius vtilitatem pertinere debet, neque ocioſe ea, ſed cum virtutis aliqua actione obeunda eſt. *Plutarch. in Lycurgo.*

Haud verum eſt quod Æſopus dixit, felicium hominum mortem eſſe omnium grauiſſimam: ea vero omnium beatiſſima, bonorum proſperos ſucceſſus tuto ſtatu collocans, fortunæque mutationi eos eximens. *Plutarch. in Pelopida.*

Quum nihil atrocius euenire poſſit quam in id quod ſponte victi ruunt & moriendum ſit victis ac deditis: id ſolum refert nouiſſimum ſpiritum per ludibrium & contumelias effundant, an per virtutem. *Tacit. hiſt. lib. 3.*

Athenienſibus decorum fuiſſe ob mortem Philippi regis, qui tam clementem ſe eis victis præbuerat, coronas ferre, adde etiam ſacrificare nequaquam affirmo: nam præterquam quod hoc inuidioſum eſt, indignum etiam ingenuis hominibus erat, quem viuentem honoribus affeciſſent, ac ciuitate donaſſent, ob eius mortem immoderato exultare gaudio, defunctoque inſultare, & quaſi rem ipſi bene geſſiſſent triumphum canere. *Plutarchus in Demoſthene.*

Semel nato non mori quandoque, minime conceſſum. *Procop. de bello Perſ. lib. 1.*

Vſitatum eſt, vt ab interitu ſummorum principum, magnæ fiant rerum conuerſiones: dum alii creſcunt & locupletantur, alii verò detrimentum accipiunt, & in varias acerbitates incidunt. *Ph. Comin. in præfat.*

Vt non commouemur, cum inquilinum poſt conſtitutum tempus domo locata migrare videmus: ita nec moueri æquum eſt, cum diſcedere videmus homines ex hac vita, cum commorandi certos Deus terminos circumſcripſerit & definierit. *Arn. Ferr. libro ſecundo.*

Vide vero ne tua ipſius cauſa tot lachrymas profuſas ipſe etiam (*nempe proximus aut amicus*) indignetur, qui immortalitatem illi inuideas. Nam illius quidem gratia nihil eſt quod te excrucies. Neque opinor laudatis mercatorem qui decoxerit, nec qui depoſitum inficiatus ſit: quid igitur depoſitam creditamque vitam à maximo negotiatore Deo ac amico precario conceſſam cum ille ſuo iure repetierit, reſtitutam doles? Quid eſt quod illius cauſa excruciet te tuus dolor inteſtinus? Nihil accidit illi incommodi, quid enim accidere incommodi ei potuit, cuius vita Deo grata fuit? niſi tu quidem ex mortalitate ad immortalitatem, ex terreſtri habitatione ad cœleſtem, ex turbulenta vita ad pacificam, ex tenebris ad lucem traductum grauiter ferre videris. *Idem ibid.*

Sine lamentatione, ſine planctu, veteres Maſilienſes mortuos ſuos ſepeliebant. Etenim quid attinet, aut humano dolori indulgere, aut Numini inuidiam fieri, quod immortalitatem ſuam nobiſcum partiri noluerit? *Max. lib. 2. cap. 6.*

Lacedæmoniis virtutis opus fuit viuere libenter, & æquo animo mori. Nam neque fuga mortis in vitio eſt, ſi quis vitam non turpiter expetat; neque laudi datur mortem ſubſiſtere, quando id vitæ contemptu fit. *Plutarch. in Pelopida.*

Cauſam peccati facillime (*in bello*) mortuis deligatur. *Hirtius lib. 8 de bell. Gall.*

Vetuſtas hunc morem indicauit honeſtum eſſe, vt mortui laudarentur. *Thucyd. lib. 2.*

Mortuorum laudi nemo inuidet. *Idem ibid.*

Viuentes inuidia exercet: mortuis autem beneuolen...
trectatione præſtatur. *Thucyd. lib. 2.*

De Morte. DIAL. CXVIII.

*Franciſci Petrarchæ.*

DOL.

Morior. R. Ad extrema peruentum eſt. Iam nec mor...
nec optabis, de quibus duobus totidem me proximis tra...
tigaſti, iam præterea nec dolebis, nec corporis animique...
ſubiacebis nec rerum tædiis, aut morbis, aut ſenio, aut...
dolis, aut fortunæ varietate laſſabere, quæ ſi mala ſunt...
vtique bonus eſt. Tu paulo ante de his omnibus quere...
eorundem de fine conquereris: vide ne ſis iniquus, vt...
ſimul doleas eſſe & finiri. D. Morior. R. Iter patrum m...
latum tritumque iter gradieris. Solus ne tibi neſcio qu...
mum maluiſſes? Perge autem: non eſt aberrandi me...
viæ duces comitesque. D. Heu morior. R. Si quis eſt que...
mori deceat, ridere dedecuit viuentem, cum inſtare, ſem...
pra verticem videret, vnde mox flendum ſciret. Riſum...
dubie fletus hic non longo ſeiunctus ſpatio, ſequebatur...
R. Non eſt ferendus qui ſui generis ſortem luget, non...
que, ni mortalis eſſes. Sin id defles, quod mortalis ſis, no...
locus, vbi eſſe deſinis quod inuitus es: flendum erat ab...
inciperes eſſe quod nolebas, nunc gaudendum, eſſe c...
immortalis. D. Morior. R. Omnes hi qui lectulum tuum...
biunt, omnes præterea quos vidiſti vnquam, omnes de...
diſti aliquid aut legiſti, & quantula ea pars hominum e...
ſe potueris, omnes omnino qui vel olim nati ſunt, vel...
ris ac ſæculis naſcentur, iter hoc egerunt acturique ſunt...
mo longam præcedentium longamque ſequentium c...
mitumque, & hac ipſa hora tecum ſimul obeuntium? N...
numerum pudebit credo ſortem publicam priuatis...
moniis, dum ex omnibus vel vnum cui inuideas nō vid...
rior. R. Hoc eſt impaſſibilem fieri, & iugum fortunæ par...
tis excutere. Geminum ingens bonum quod viuenti nul...
proſperitas largiretur. Cogita autem, quæſo, quot tibi &...
ues curæ, qui ſuperant labores. Si (non dicam infinitam...
rum mille, qui vuius iam præteritæ diei ſpatio compar...
tam vitam accepiſſes, quod optime æſtimabis, ſi huius br...
gacis & incertæ vitæ tædia, proque hac toties ſuſceptos lab...
leſtiasque memineris. D. Morior. R. Ita mortem fletis, O...
quaſi magnum aliquid vita eſſet. Quod ſi eſſet, magnu...
Muſcæ haberent & araneæ & formicæ. Si ſemper bene...
eſſet, ſemper maleficium eſſet mors, quæ magnum ben...
interdum, dum vel ab intolerabilibus malis, vel ab his, qu...
ſunt mala, peccatis inſtantibus animam eripit, præſeruatq...
vt magnum aliquid inter vos ſola eſt virtus, ſic ſi per ſe ſp...
ta hæc miſeriarum innumerabilium officina eſt, quam c...
dolet, is ferias reſpuit malorum, & quietem odit, quam...
laborioſæ finem vitæ cupiat neceſſe eſt. Quando nullus a...
laborum vel malorum finis, quid fles igitur? Dies adeſt q...
retur votis, erat optandus, & fortaſſis vt res hominum...
næ vis immenſa & inſultus varii, ſæpe etiam votis opera...
D. Morior. R. Imo ex terrea & caduca domo, ad æthereum...
num migras habitaculum, & in limine pedem habens m...
leris, atq; inuitus, & neſcio quid retro anxie reſpectans, a...
quas dimittis oblitus, an bonorum ad quæ pergis incredu...
fecto ſi quod paulo ante dicebam, & quod magni dixerun...
ſtra quæ dicitur vita mors eſt, illud eſt conſequens vt eiu...
mors dicitur vita ſit? D. Morior. R. Rex te tuus carcere...
vincula franguntur, quæ feciſſe mortalia primum pa...
Idque vel maxime ad illius miſericordiam pertinere...
viſum & veſtris approbatum ſciens, quid queraris neſci...
Morior. RAT. Vocat te Rex tuus, felix nuncius. Sæpe...
nec videtur fauſtum quod inuitis acciderit. Conſenſu...
tum ſentire incipies quam bene tecum agitur, hic quem...
ceris exitum, & mala vitæ reputans, & mortis bona præ...
ſi olor ille Socraticus diuinationis particeps, & ob id...
pollini moriendo cantabis, ſi non voce, ſaltem animo, &...
abſit graue nimis inexpiatorum te criminum pond...
quod feciſſe Veſpaſianus corpore legitur, tu facies men...
ſurgas moriens, nec te dignum cenſeas iacentem mo...
minus hac in parte tibi tribuas quam ille ſibi, quod...
ſis princeps. Mors enim neſcit Imperium, Princeps no...
adæquatrix optima, multa forſan in vita, certe in mo...
illi licuit, quod non liceat tibi, quin & pluſculum diui...
bi ni reſpuis affuturum ſpero. Non quia tu melior, ſed q...
tuito Dei amore felicior, qui negata magnis & ſapientibu...
dita, conceſſit paruulis & reuelauit indoctis. Adde quod...
lius, tum facilius tuum erit aſſurgere. Illius enim con...
reis viribus egebat, quas morbus extenuat; mors exting...
ad aſſurgendum non niſi animi viribus eſt opus, quæ...
pe mortis augentur. DOL. Morior. RAT. Quid in ta...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in plano ceſpitas? quid in prono hæſitas? Non tibi in- … hoc loco diſputant philoſophi. Multa ſunt enim quæ … occupatio, & anguſtia temporis non admittunt, de- … profunde admodum hæſiſſe, quicquid vbique de hac re … philoſophis diſputatum eſt, vt enim ipſi idem volunt, … rerum omnium remedia ſuperuacua facere poteſt, rara … ſed in finem rara proſperitas, quæ aduerſus mortem diſſe- … ſemper vtilia, ſemperque neceſſaria vt ſint, moriendi non … ſed naturalis & inuicta neceſſitas facit. Inter cæteros ſane … & valida in Tuſculano ipſo, cuius ſupra memini, prima luce … Cicero, quæ niſi olim didiceris, nunc docendi ſpatium … quibus efficit ſiue in malis ſit qui moritur, ſiue in bonis eſſe … , quia tamen ex quo fortunæ iaculis patet omnis homi- … , à malis eum non à bonis morte diſcedere, quod acer … humanarum obſeruator rerum haud dubie verum ſentit, … igitur non offenſum ſe, ſed ſibi conſultum iri, exiſtimat iam … cogitans & cum venerit viſurus vt liberatoris ſui nun- … , ſed miniſtrum & cum tranſierit reſpecturus ceu feneſtram, … mundi laqueos & carcerem carnis euaſerit. Illud Cicero idem … conſequitur, ſeu perit animus, ſeu transfertur, vt vel ma- … vel boni plurimum ſit in morte, argute fortaſſis apud ſuos, … nempe non philoſophis modo, ſed ne vulgo dubium, … hercule, nec apud eum ipſum de quo ſæpe loquimur Cicero- … quod magnificentiſſime multis teſtatus eſt locis. Sed vel ſui … oris vel illius æui diffidentiæ ſeruiebat. Ad ſummam igi- … teneto vt ſcias immortalem eſſe animam, quod non ſolum … veſtræ gentis opinio, ſed Philoſophorum omnium excel- … tenuerunt. Nulla tibi ſpes in occaſu animæ quæ nata talis … mori nequeat, neque hinc fidas nil mali ſupereſſe poſt obi- … quod nulla ſit futura anima quæ pati poſſit. Sed quia creator … ipſe eſt mitis, ipſe pius ac miſericors opus ſuum non deſpi … que veraciter inuocantibus prope erit. In illum preces, in il- … , in illum ſpes vltimæ ferantur, in illius nomen extrema … ſuſpiria. I. ſecurus, nil timeas, natura parens benigniſſima … fecit horrificum, mortem formidabilem error facit homi- … , non natura rei prouidæ, ſi quid magnum voluis animo, ſi … ſtruis, humiles & ineptas vulgi voces actaque deſpice, … illos ſuſpice, quorum imitatio ad veram gloriam via eſt. A- … quidem læte feliciterque morientium innumerabilia … exempla. Sin antiquiora perquirimus, multi occurrent, qui … non modo ferant fortiter, ſed accuſant, quod in Marco … modo diximus, M. Cicero excuſat. Seneca autem & … Nobis vero neutrum ſat probatur, ſed ſecundum minus, … tolerabilius eſt errorem excuſare quam laudare. Nos vtrum- … , quoniam vt vocatum reſpondere & reuerenter pa- … dabile, ſic Imperatoris iniuſſu, commiſſa de cuſtodia & cor- … ione diſcedere capitalis eſt habenda defectio & vel exilio … vel ſummo plectendi ſupplicio. Sciens repeto, vt altius im- … Abunde enim (ni fallo) hæc omnia ſuperior tractatus ex- … D. Miror. R. Immo carnis tributum, naturæ debitum per- … mox futurus liber, fac liberis, quod vel nolens faceres, & vt … quidam, mortis hortator cupias quodcunque neceſſe eſt. … vtilius, immo quidem non eſt aliud neceſſitate commune; … quid fit à volente fit leuius, & deſinit eſſe neceſſitas ſi voluntas … D. En morior. R. En te dominus præſtolatur. Accede … neu cuncteris, pone ſuſpicionem, neu tu tibi carior es quam … Quis vocatus ab amante diffidit? Adhuc forte mirabere … quod optandum eſſet. Multa enim ſolutus ſcies quæ vinctus … vnquam ſtudio didiciſſes, vsque adeo vt arcana rerum noſſe … bus, ad quæ mortali velo, obſita acies veſtra non penetrat, … profecto cupiditas naturalis eſt homini ſed vehementior … nil morte melius putem, nilque quod breuius ad optatum … D. Morior. R. Immo obdormis vitæque feſſus vt arbitror requie- … D. Morior. R. Vade in æternam requiem, nunc primum viuere … Bona mors initium eſt vitæ.

*De morte violenta.* DIAL. CXXI.

DOL.

Sed violenta morte pereo. R. Si nolens moreris, violenta mors eſt. … volens, nulla. D. Per vim morior. R. Siquidem vitæ vis affertur, … intereſt febris, an gladius dum libere egrediare? quid refert, an … tui fores ſponte pateant, an frangantur? D. Vi morior. R. … ſunt ſpecies mortis, ſed mors vna quæ an violenta ſit, an non, … arbitrium eſt, vim vis maior ſuperat, conſenſus extinguit. … ſic inſtructus eſt, vt quibus non poteſt obſtare conſentiat. … quies, Percuſſori meo, vt conſentiam iubes? quidam non … ſerunt modo, ſed gratias egerunt, inuentus eſt qui percuſſo- … ignorantiam excuſaret, vt ſupremo illius anhelitu veniam pre- … Neque ego te cruento conſentire carnifici iubeo, ſed inuitæ … qui non ſponte paruerit, vi parebit. D. Morior hoſtili ma- … R. Quid tu igitur amici manu mori poſſe credideras? quando id … ab ignorante contingeret? D. Hoſtili dextera pereo. R. Ho- … cuiuſdis manus. Ille dum iræ ſuæ obſequitur libertati tuæ conſulit, poteſtati ſuæ detrahit, nil amplius in te poteſt Satius eſtque ſub iniuſto hoſte procumbere, quam ſub iuſto rege. Illic enim occiſoris eſt crimen, hic occiſi. D. Hoſtili ferior manu. R. Quid tua magis intereſt, qua dextera quam quo gladio feriare? Non de manu, ſed de vulnere quæritur, quamvis & Pompeius manu Cæſaris feriri pro mortis ſolatio videatur apud Lucanum optare, & apud Statium Capaneus Ipſeum, apud Vergilium Æneas Lauſum, Camilla Ornithum quod illorum manu occidantur, conſolentur. D. Ferro morior. R. Communis tibi cum maximis fortuna, cumque optimis viris, bona pars eorum quos vel præſens vita feliciſſimos habuit, vel æterna ſanctiſſimos habet, gladio periere, quos ſi numerem non breuiloqui monitoris, ſed longi opus erit hiſtorici. D. Gladio pereo. R. Alii aliter, quidam laqueo, quidam lapſu, quidam vnguibus leonis, aut apri dentibus, multis ferri copia defuit dum optaren gladio perire. D. Ferro ferior. R. Quid ſcis an maiori exitio ſubtraheris quodque miſerrimum cenſes grauioris miſeriæ fuga ſit, dixi ſupra vt Plotinum alterum à Platone philoſophiæ decus, peſtilens lepra percuſſit. Id non dixi, vt alterum ab Homero poeticæ Gratiæ lumen Euripidem canes morſibus lacerarunt, Lucretius veſtrorum vatum primo proximus, cui tam multa Vergilium auferre non puduit amatorio poculo accepto in morbum rapiemque compulſus, gladio ad poſtremum pro remedio vſus eſt. Herodes rex Iudeæ, tam fœdo morborum agmine circumuentus interiit, vt compendioſior ferri mors inuidioſa eſſe potuerit, vtque auguror, fuerit. Romanus princeps Adrianus morbi tædio victus impatientiam doloris ferro abrumpere ſi licuiſſet optauit. Magnum quendam virum hac ætate vermes toto ſcatentes corpore, mures alium, exediſſe narrantur. Inter tam multa ludibria humani corporis, ſi electio tribuatur, quis imbecillis adeo, vt non ferrum ambiat? D. Ignibus pereo. R. Quidam animæ vim, naturamque igneam extimantes in facillimum mortis genus opinati ſunt. D. Flammis abſumor. R. Vermibus ereptum corpuſculum non putreſces, D. Fluctibus obruor, R. Piſcibus conuiuium, buſtum tibi amplum, nobile, nitidum. Et quid refert corpus terrenum terræ reddas, an pelago? D. In freto morior. R. Non vbi, ſed qualiter moriaris, ad rem pertinet, vbique bene mori licet, vbique male. Non in loco, ſed in animo eſt, quod felicem mortem facit, aut miſeram. D. In mari pereo. R. Perſuaſum multis ſcio, in mari miſerum mori quod æthereus atq; ardens ſpiritus ſuo contrario videatur opprimi. Sed vt dixi nihil locus ad miſeriam, animus totum. Itaque de hac rè nautæ neſcio cuius reſponſionem probo, quèm cum quidam interrogaſſet, vbinam pater eius obiiſſet, in mari inquit. Cumque ille idem de auo & proauo atque atauo nominatim quæſiſſet ex ordine, reſponſumque ille idem de ſingulis accepiſſet, intulit. Et nunquid tu inquit mare ingredi non times? Reſpondit Nauta diſſimulans, & vbinam tuus obiit pater? Suo ait in lectulo, vbi auus inquit, & is ait & proauus & maiores mei omnes ſuis in lectulis obiere. Tunc nauta, non tu inquit, tuum non times in lectulum aſcendere? eleganter quidem aliquantóque plusquam nautice. De morte igitur natura viderit quæ mortales fecit, at de genere mortis, de loco, de tempore viderit fortuna. D. Veneno morior. R. Comites tibi illuſtres pridem dum de hoc vnb ageretur expoſui. Regia quidem mors eſt gladius, ſed venenum magis. Et ad ſummam. Ridiculum valde eſt vbi de morte decreueris, de inſtrumentis eſſe anxium.

*De morte ignominioſa.* DIAL. CXXII.

DOL.

Sed ignominioſa mors eſt. R. Mortem ignominioſam facit non genus, aut qualitas, ſed cauſa ſupplicii. D. Ignominioſe morior. R. Nemo bonus male moritur, Nemo malus bene, honeſtam mortem, non funeralia, non miniſtri, non purpureæ faciunt exuuiæ, non inuerſi clypei, atque enſes, & flens dominum familia, & vulgi clamor, ac lamenta & mœrore vxor inſignis & pietate filius, & deiecta ceruice ante feretrum nigro indutus ac lachrymis grandibus humens & homo non poſtremo funereus laudator, & imagines aureæ diuitis ſepulchri, defunctique titulus victurus in marmore, donec ſua quoque (licet ſera) lapidibus mors ſit: ſed virtus & clarum meritis viri nomen, non vulgaris egens auræ, ſed ſuapte eminens maieſtate, quod non præceps & cœcus fauor hominum ſed rerum ſeries & innocens vita pepererit, atque vsque ad mortem veritatis & iuſtitiæ ſuſcepta defenſio: Interque medias mortis minas imperterritus atque infractus animus ac generoſa fiducia. Contra his decoritus honeſtam mortem, quis ignominiæ quæſo locus eſt? aut quomodo turpiter mori poteſt, qui ſic moritur? Seruilem in modum virgas adhibe, & tortores; & laqueos, & ſecures fige cruces & rotarum radios attolle, & quadrigas in diuerſum age, lacera, huc & illuc membra rapturas, adde ignes & craticulas prunis impoſitas, atque oleo vaſa feruentia & ferarum dentes fame armatos, adde vncos & gemonias ac tracta per vicos laniata cadauera, & quicquid iniuriæ atque opprobrii, ſeu viuum, ſeu exanime corpuſculum pati poteſt, dura mors fortaſſe videbitur, ignominioſa certe non fuerit. Immo vero nunquam eo charior quo durior. Itaque apparatus hic

CCCC exte-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

exterior & tumultus, & tubæ & carnificum truces vultus, & irati vox tyranni, nihil prorſus ad rem, intra teipſum te reflecte, ibi te quære, atque excita. Omnibusque quæ ſuperſunt animi viribus ad extremos caſus accingere, aures ab inuiſo ſtrepitu, à ſupplicii pompa oculos auerte, tacitusque totam animam recollige atque hortare, resque ipſas examina non vmbras rerum. Tu ſi mortem ipſam rectis oculis ſpectare audes, nec ferrum puto, nec reſtim, nec liuentes calices, nec ſtillantes carnifices horrebis, vanum eſt enim ipſum hoſtem, cum contemſeris, eius phaleras, aut ſigna metuere. D. Ignominioſa morte damnatus ſum. R. Sæpe actor ſeu delator infamis, & obſcœni teſtes, & obſcurus iudex, reus autem ipſe clariſſimus ſæpe ignobilis vulgo mors, nobilis vero glorioſusque qui moritur. Iam vt ſileam reliquos, quod & nimis multis & multo impares ſunt, quæ vsquam ignominioſior mors quam crucis? in qua pependit eximium illud, & prænitidum cœli decus, ac terræ ne tale aliquid ignominioſum ſibi cenſeat vlla ſors hominis. Et quoniam ſummo nihil eſt altius in hoc deſino. Omne genus mortis honeſtare poteſt virtus, virtutem nulla mors inquinat.

*De morte repentina.* DIAL. CXXIII.

D o ?.

At repente nimis morior. R. Paulo aute ſi recolo ſenuiſſe te dicebas. Miror quomodo repentina mors ſeni eſt, qui niſi ( non dicam ) delirat, ſed inſanit, ſemper ante oculos mortem habet. Namq; cum omni ætati ſalubriter ſit conſultum, vt omnem diem ſibi vltimum credat: hoc amplius rite conſulitur ſenectuti, vt omnem horam ſibi putet extremam, neque illud modo non audiat, quod eſt apud Tullium, nemo tam ſenex, qui ſe annum non putet viuere. Sed ne id quidem quod Seneca ait, diem. D. Subito morior. R. Quid hic dicam, niſi vt repetam, quod ille olim ſummus hominum, nec minor ingenio quam fortuna, vno ne integro quidem ante ſuum obitum die, quaſi iam veram experientiæ vicinitatem præſagiens, dum de hoc ageret repentinam atque improuiſam mortem commodiſſimam iudicauit, quod iudicium ab ea videbitur religione diſſentiens, quæ ab hac morte liberari flexis genibus Deum orat; neque ego hanc ſententiam vbi ſit libertas amplector, aliud tibi nempe cogitandum eſt, neque vero hanc optabilem, ſed, vbi ſit, tolerabilem mortem dico. Siquidem ſapienti, quique eminus cuncta præuiderit, inopinum nihil accidere poſſe non ambigitur. Vnde ſit vt improuiſa mors non ſit, cuius prouida vita fuit. Nam quo pacto rerum maxima negligat, qui parua, qui minima etiam librare ſit ſolitus? humanis autem in rebus quid mihi maius morte monſtraueris? quid par morti? D. Velociſſime morior. R. Impræmeditata modo non ſit mors, quo velocior, eo facilior, ſupplicium enim ( ſi quod eſt ) vtique breue eſt, ſenſumque ipſum celeriter præueniens, & morti detrahitur, quod eſt in morte duriſſimum, metus mortis.

## ❡ APOPHTHEGMATA.

*Thales* dicebat nihil intereſſe inter vitam & mortem: ob id opinor, quod vtraque res æque eſſet ſecundum naturam: nec mortem malam eſſe magis, quam natiuitatem. Cuidam vero obſtrepenti. Cur igitur tu non moreris? ſalſe reſpondit: Ob hoc ipſum, quia nihil refert. Potius enim habetur quod acceſſitur. *Laert. l.1. c.1. Stob. adſcribit Pyrrhoni. ſer.* 120.

*Bias*, Cuidam mortem aduocanti in liberorum amiſſione: Cur homo, inquit, ipſam vocas: nonne etiam ſi non vocaueris, veniet? *Max. ſer.* 36.

*Idem.* Percontatus quod genus mortis malum eſſet? Quod, inquit, legibus conſtitutum eſt. Senſit autem vir prudentiſſimus, eam mortem hominibus nequaquam formidandam, quæ ſecundum naturæ leges inuadit mortales: ſed eam potius quam delictis turpiter & ignominioſe promeriti ſunt, qui debitum lictori ac carnifici officium præſtant. *Max. ſer.* 36. *& Stobæus,*

*Socrates.* Critoni vehementi ſtudio ſuadenti, vt ſi vitam ipſe ſuam negligeret, certe liberis etiamnum paruulis, & amicis ab ipſo pendentibus ſe ſeruaret incolumen: Liberi, inquit, Deo, qui mihi eos dedit, curæ erunt: amicos hinc diſcedens, inueniam vobis aut ſimiles, aut etiam meliores: ne veſtra quidem conſuetudine diu cariturus, quandoquidem vos breui eodem eſtis commigraturi. *Eraſmus libro 3, apophthegmatum ex Plat. & Xenophonte.*

*Idem.* Animaduertens amicos, qui eum in carcerem ſequebantur lugere. Quid hoc eſt? inquit, Nonne iam dudum ſciebatis me ex quo genitus eram ab ipſa natura morte fuiſſe damnatum? Atqui bonis aduentantibus præcipi è vita mihi nimirum meisque beneuolis lugendum foret. Si vero malis impendentibus diem abeo, arbitror tanquam pro felicitate quadam à vobis omnibus eſſe lætandum. *Xenoph. in apol.*

*Muſonius.* Scitis dictis mortem meditandam ſibi & aliis proponebat. Inter quæ & hæc occurrunt. Virtute præditi homines inquit, ſiquidem conducat, cum paupertate manent in viu... nus, facile migrant, tanquam ex ſolenni conuentu ac cele... iam è vita. Non aliter quam è domo, inquit Bion, exigimu... tor non accepto pretio locationis fores reuellat, regulam... puteum obſtruat: ita etiam hoc corpuſculo relegor, quando... cauit natura oculos ademerit, aures, manus, pedes, non... plius. Sed ſicut è conuiuio diſcedo, nihil indignans, ... Sicut bonus hiſtrio bene prologum, bene medium fabulæ... bene etiam cataſtrophen agit: ita bonus vir quoque prim... recte, & media probe, finemque congruentem his admin... pallium vbi detritum fuerit depono, ita non procraſtino, ... tuendæ deſiderio flagro: ſed & cum liceret adhuc feliciter... morior, &c. *Stob. ſer. de virtute.*

*Anaxagoras.* Abſens morti addictus eſt. Id nuntianti... inquit, iſtam ſententiam tulit natura æque in illos, atque in... tiens, Athenienſes non minus addictos morti, quam eſſe... damnarent. Aliis aliud mortis genus obtingit, ſed omnibus... eſt moriendi neceſſitas. *Laert. lib.* 2.

*Diogenes*, rogatus numquid mali eſſet mors? Quo, inqu... cto malum cum præſentem non ſentiamus? Quod autem... nulli malum eſt: Dum ſentit homo, viuit: nondum igitur... mors, quæ ſi adſit, abeſt ſenſus. Malum autem non eſt quod... titur. Hanc ratiocinationem quidam tribuunt Epicuro. Mors... dem mala non eſt, ſed iter ad mortem miſerum eſt. Id ſi me... tota hominis vita quid aliud eſt, quam iter ad mortem? L... *lib.* 6.

*Antiſthenes*: audiens Diogenes Antiſthenem grauiter... decumbere, qui amore huius vitæ morbum moleſtius fer... ſica ad decumbentem ingreſſus eſt, ad quem cum Antiſthe... xiſſet, Quis me his doloribus liberabit? Diogenes prola... Hæc, inquit. Contra Antiſthenes: Doloribus, inquit, dixi... *Laert. lib.* 6.

*Epicurus* dicere ſolebat, contra cætera omnia aliquid ... ueniri poſſe, at contra mortem ad omnes nos inhabitare v... munitam. *Max. ſer.* 36.

*Ariſtippus* interrogatus, quomodo Socrates obiiſſet ... ego, inquit, optarim. Significans, talem mortem quauis vita... liorem: nec potuit breuius felicem obitum deſcribere. ... men argutia in hoc eſt, quod Philoſophus aliud reſponder... expectabat percontator. Ille quærebat de genere mortis, ... periiſſet, gladio, veneno, an præcipitio? Ille putans id nihil... reſpondit, illum feliciter eſſe mortuum. *Laertius libro ſec... pite* 8.

*Idem.* Cum aliquando Corinthum nauigaret, & orta te... naufragium minaretur, expalluit: id animaduertens è ve... craſſus quiſpiam miles, ac philoſophorum oſor, ſedata te... cœpit ei inſultare: Cur, inquiens, vos philoſophi, qui pr... mortem non eſſe formidandam, expalleſcitis in diſcrimine, ... docti non timemus? Quoniam, inquit Ariſtippus, non de par... tibi mihique cura ac metus eſt. Aul. Gellius hoc addit: Eg... animæ Ariſtippi, tu non times animæ nebulonis. Rebus v... minime timemus, vnde prouerbium, Hydria in foribus. H... Ariſtippus, illum non expalluiſſe, non quod eſſet fortior, ſe... quum eſſet homo nihili, haberetq; animum omni virtute ... minimum erat detrimenti ſi periiſſet. Vir eruditus, ac ſapien... ditus non perit, niſi graui Reipublicæ diſpendio. *Laertius... cap.* 8.

*Muſonius* interrogatus, quis optime extremum diem ... poſſet? Qui ſemper, reſpondit, poſtremum vitæ diem ſib... propoſuerit. *Max ſer.* 16.

*Antiphanes* ſolitus eſt dicere, mortalia præcipue hom... gitanda eſſe. quandoquidem omnibus hominibus ſit mor... *Stob.*

*Arceſilaus*, Mors (inquit) quæ mali nomine cenſet... vnum habet peculiare ex omnibus quæ mala iudicantur... præſens neminem vnquam affecit moleſtia: abſens, & ... expectatione eſt, moleſtiam aufert. *Plutarchus de conſola... pollon.*

*Theramenes.* Quum in quadam domo verſatus, inde ... illa ſubito lapſu corruit. Atqui cum reliqui Athenienſes a... ad eum confluerent, & inopinatæ ſaluti congratularentur... ter omnium opinionem reſpondit: Neſcitis, viri, ad qua... pora & pericula Iupiter me ſeruare voluerit. Intellexit vi... ſimus, ſe à mortis improbitate nequaquam tutum eſſe ... conniueat in ſummo vitæ periculo, attamen paulo poſt ... malis hominem arripit in portu quaſi nauigantem. N... quidem feſellit: nam non multo poſt à triginta tyrannis ... ſublatus eſt, cicutam bibere coactus: nempe qui ex ruinis ... beratus, veneno turpiter perire coactus eſt. *Ælianus li... Var. hiſt.*

*Ægyptij.* Olim in diuitum epulis apud Ægyptios, ... uer ligneum, ſed quam proxime ad verum effictum, ... ſingulis dicens: In hunc intuens pota, & oblecta te talis ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...rus. Dubites, quo animo id fecerint, vtrum vt moderatius ... voluptatibus, conditionis ſuæ memores: an auidus vt... obiturus. *Herodot. lib. 3. Plut.*

...*dus Philoſophus* ab Adriano Imperatore interrogatus quid ... reſpondit, Æternus ſomnus, diſſolutio corporum, diui... ...or, pauperum deſiderium, ineuitabilis euentus, incerta ... ...tio, latro hominis, ſomni pater, fuga vitæ, viuorum diſceſ... ...lutio omnium. *Laert.*

...*clitus.* Mortem in omnibus hominibus perpetuo latere di... ...m enim eſt, inquit, viuus ac mortuus, vigilans & dormiens, ...tas & decrepitus: quia hæc in illa, viciſſimq; mutantur. *Plut.* ...*lut. ad Apoll.*

...*agoras* cum rerum naturalium cauſas autoribus explica... ...que differendum de filii morte nuncium ſermone cuius... ...eret, paululum oratione inhabita, dixit iis qui vna ade... ...ſciebam filium me genuiſſe mortalem. *Plutarch. de conſol. ad*

...*phonti* ſacrificanti quum nuntiatum eſſet Gryllum filium ... periiſſe, ſertum capiti detraxit, & quæſiuit quonam modo ... cumque reſponderetur, eum generoſe fortiterq; præ cæ... ...lantem, multis hoſtium interfectis occubuiſſe: exiguo ad... ...temporis ſumpto interuallo, dum ratione motum animi ...ret, rurſus impoſita capiti corona reliquum ſacrificium ...nunciiſque reſpondit. Non vt immortalem aut longæuum ...meum redderent à Diis poſtulaui (cum incertum ſit, an hoc ...) ſed vt probum, ac patriæ amantem: cuius quidem voti ...m factus particeps. *Plut. eo. lib.*

...*Cæſar*, cum inter cœnandum ortus eſſet ſermo, quod ge... ...nis eſſet optimum? incontanter reſpondit, inopinatum, & ...timum iudicauit, ipſi contingit. *Plrt. in apoph.*

...*rilius Plautianus*, quum iam grandis natu viueret ruri, nec ...am quæreret, aut faceret curioſius, attamen à Seuero inſidiis ...entus, vt ad mortem raperetur, paulo ante quam morere... ...auit, vt ea, quæ ad ſepulturam ſuam iam dudum compa... ...ad ſe perferrentur. Quæ poſtquam vidit vetuſtate conſum... ...id hoc rei eſt? inquit, Itane cunctati ſumus? Deinde facto ſa... Idem, inquit, peto à Diis immortalibus, quod Adriano Se... ...optauit, itaque interiit. *Xiphilinus in Seuero.*

...*dus* Deeſſe nobis (inquit) terra, in qua viuamus, in qua mo... ...non poteſt. *Tacit. Annal. lib.* 13.

...*da.* Conſtantinus Imperator, cum Hormiſdæ Perſæ vrbis ... magnitudinem, atq; hominum ædificiorumq; magnificen... ...tendiſſet, peteretq; vt quid de ea ſentiret, paucis enunciaret; ...di, ex tanta rē, quanta ei oſtentabatur, nihil eum delectaſſe ...eque eſſe, ex quo maiorem fructum conſequi poſſet, quam ...is, quæ videret, verum eſſe comprehenderet, in vrbe quoq; ...anquam amplitudine opibuſque alias antecederet vrbes, ...ut in cæteris orbis terrarum locis, homines etiam mori. ...ſonſo rerum humanarum vanitatem oſtendens. *Fulgoſ. l.* ... *Am. Marcellino.*

...*ncus Imperator*, iis principibus, qui immites & crudeles er... ...fuiſſent, mortem nimis extimeſcendam eſſe, dicebat. Nam ...dum vixerunt, aliis præſtitere, tales, cum moriuntur, in ſe ...uenturos eſſe. Oſtendere autem voluit, iis mortem eſſe a... ...qui mala anteactæ vitæ conſcientia premuntur. *Æne. Sylu.* ...*ment. de reb. geſt. Alphonſi.*

...*damus* iam ſenex, quum ab amico in craſtinum vocaretur ...am; Cur me vocas in craſtinum, inquit, qui à multis annis ...m non habui, ſed mortis aduentum in ſingulos dies expe... ...nobis nunquam non inſidiatur, donec nos incautos et... ...dum opprimat? *Guido Bituric. ex hiſt. eccl.*

...*ſus.* Rex interrogatus, quæ res reges ac priuatos, diuites ac ...claros & obſcuros, denique omnes prorſus exæquaret? re... ...cinis. Indicans, poſt mortem, regis à priuato, diuitis à pau... ...formoſi ab informi, perſonam nequaquam diſcrepare. Quis ...cineribus aut oſſibus humanis terra erutis differentiam vi... ...poteſt? *Lib. 4. de reb. geſt. Alphonſi.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*De morte contemnenda.*

...*lon* dicere ſolitus eſt, ita eſſe contemnendam mortem, vt ni... ...curam habeas incolumitatis. Non enim eſt fortitudinis, ...tiæ, ſemet temere in vitæ diſcrimen coniicere: ſed quoties ...bilis neceſſitas vrget, aut grauis honeſtaque cauſa ſuadet, ... contemnere, fortis animi eſt. In morbo non eſt metuenda ...ſed interim adhibenda curatio mediocris. In bello ſumendus ...s ad mortem paratus, ſed interim fortiter pugnandum eſt ...ona. *Laert. l. 7. c. 4.*

...*genes*, lugente quodam, quod in peregrina terra moriturus ...: Quid luges, ô ſtulte? Vndecunque eadem eſt via ad ſepul... *Ant. in Meliſſ. part. 1. ſer. 58.*

...*rates* decrepitam agens vitam, in morbum cum incidiſſet, & ...dam interrogaret, quomodo ſeſe haberet? Recte, inquit, vtroque ... Nam ſi fuero ſuperſtes, plures æmulatores habebo: Sin vita ...ero, plures laudatores. *Ælian. lib. 2. de var. hiſt.*

*Idem*, audiens ſe morte mulctatum, Magna me ſpes, inquit, tenet, Iudices, bene mihi euenire, quod mittat ad mortem. Sed tempus eſt, iam hinc abire me, vt moriar: vos, vt vitam agatis. *Cice. lib. 1. Tuſc. quæſt.*

*Idem*, ad ſuos iudices conuerſus, mortem, inquit, metuere aliud nihil eſt, quam falſo putare ſe eſſe ſapientem: Qui enim mortem metuit, videtur ignorare quid ſit, &c. *Plato in Apologia.*

*Idem*, Carceris miniſtrum porrigentem in poculo cicutam interrogauit, quomodo ſumendum eſſet hoc pharmacum, quod eius artis eſſet peritus, alludens ad ægrotos, qui à medicis diſcunt quando & quomodo oporteat ſumere, quod ab illis temperatum eſt, cumq; puer reſpondiſſet, ſemel totum hauriendum, ſi poſſet: deinde tantisper inambulandum, donec ſentiret grauedinem in cruribus: poſt in lecto decumbendum ſupino corpore, ibi pharmacum effecturum quod ſolet. Socrates rogauit, liceretne inde aliquid libare (quod in conuiuiis mos ſit effuſa vini potiuncula, nominatim alicui Deo libare) miniſter reſpondit, ſe tantum miſcuiſſe, quantum opus eſſet, hoc ſermone innuens, nihil eſſe, quod effunderetur. Tum Socrates: Sed & fas eſt, & oportet orare Deos, vt felix fauſtaque ſit hæc mea migratio. *Eraſ. l. 3. apoph.*

*Plato.* Medicus Platoni conſilium dabat, vt relicta Academia, loco peſtilentiſſimo, in Lyceum ſcholam ſe transferret: nequaquam autem ille obtemperauit, dicens, ſe producendæ vitæ cauſa, ne in A... quidem ſummitatem transmigrare velle. *Ælianus lib. 9. de var. hiſt.*

*Ariſtoteles* dicere ſolebat, ea, quæ longiſſimo tractu à nobis abſunt, nemo metuit. Nam quum moriturum ſeſe nemo ignoret, mortem tamen quam prope eſſe non ſuſpicamur, minime expaueſcimus. *Stob.*

*Zaleucus* procemio legum ſuarum Locrenſibus latarum ſcitu digna hæc appoſuit: Morituros omnes, iniuriarum, quas commiſerūt, memores, pœnitentia inuadit, & vehementer cupiditas, qua vellent exactam ſibi vitam omnem fuiſſe iuſtam. Quamobrem ſingulos oportet ſemper in ſingulis actionibus illud tempus adeo ſuis cogitationibus familiare facere, ac ſi præſens eſſet. Ita enim maxime honeſti iuſtique cura vrgebit. *Stob. ſer. 42.*

*Idem* dicebat ſæpenumero, è vita migrare eſſe optimum, veluti è conuiuio, non ſitibundum nec temulentum. *Stob.*

*Ariſtides philoſophus* interrogatus, quatenus deceat hominem viuere? Tantiſper, ait, dum deprehendat emori præſtari, quam in tot calamitatibus viuere. *Stob.*

*Ariſtides Locrenſis*, morſus à muſtela Tarreſia, iam moriens dixiſſe fertur, multo ſibi iucundiorem mortem futuram fuiſſe, ſi vel ex leonis, vel ex pardalis morſu obtigiſſet (quandoquidem neceſſe fuerit aliquando mortis occaſionem exiſtere) quam ab eiuſmodi contempta beſtiola. Vnde apparet, eum acerbius ignominiam morſus, quam ipſam mortem tuliſſe. *Ælian lib. 14. de var. hiſt.*

*Epictetus* dicere ſolebat, magis neceſſarium eſſe animæ quam corpori mederi, quam præſtet mori, quam male viuere. *Ant. in Meliſſ. part. 1. ſer 58.*

*Æſchines*, Mortem nequaquam terribilem, ſed violentam affectionem circa mortem horrendam eſſe dicebat. *Stob. ſer. 117.*

*Idem*, Glorioſe mori ſummam felicitatem eſſe dicebat, quum omnibus ex æquo ſit fatalis. *Stob. ſer. eod.*

*Gorgias* rogatus, an libenter obiret? Minime, inquit, ſed ex hoc domicilio putreſcente libenter abeo. *Bruſ. Stob. ſer. 117.*

*Theodorus philoſophus*, Lyſimacho tyranno minitante ei necem, non deprecatus eſt, ſed mortem contemnens, ignorabam, inquit, te non regis, ſed cicutæ vim habere. *Stob. ſer. 2.*

*Demoſthenes*, dum pro Athenienſibus & libertate verba faceret, & Philippus diceret; Num times, ne caput abs te auferri præcipiam? Non, inquit, nam etſi ipſum loco moueris, patria immortalitate donabit. *Stob.*

*Coriſcus* admodum ſenex, quum difficili admodum morbo liberatus eſſet: A page inquit, quam moleſte reuerſus ſum, iam aliquantulum viæ progreſſus, quam ingredi omnino neceſſe eſt. *Max. ſerm. 4.*

*Agis* interrogatus, quo pacto quis libertatem ſuam tueri poſſit? Si mortem, inquit, contempſerit. Hic metus qui cadere dicitur in conſtantem virum multos, deterret à pulcherrimis facinoribus: hoc qui caret, poteſt vbique, quod rectum eſt, ſequi, nec eſt quod timeat improbos: qui, vt extrema moliantur, nihil aliud poſſunt, quam occidere. *Plut. in Lacon.*

*Idem*, per inſidias captus, ac præter meritum ab Ephoris condemnatus, quum ad laqueum duceretur, conſpiceretque quendam ex lictoribus flentem, ob indignitatem rei, cuius cogebatur eſſe miniſter: Deſine, inquit, ô homo! vicem meam flere: Nam ſic moriens præter ius & æquum, melior feliciorque ſum his, qui me occidunt. Hæc loquutus, vltro collum laqueo induit. Quo nemo Stoicorum docuit quid fortius, hoc ille iuuenis non verbis, ſed re præſtitit, felicitatem omnem ſolo honeſto metiens: eoſque iudicans infeliciores, qui faciunt iniuriam, ... qui patiuntur. *Plut.*

*Hippodamus* Quo tempore Agis aduerſus Archidamum aciem inſtructam habebat, ſimul cum Agide iuſſus ire Spartam, curatu-



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

rus illic ea, quibus erat opus: An non, inquit, honeſtius eſt, vt pro Sparta fortem bonumque, virum præſtans, mortem oppetam? Ac poſt ſumptis armis, ſtansque regi ad dextram, pugnando interiit. Conſultum volebant illius ſenectuti, quæ viribus defecta in bello non ita multum eſſet habitura momenti, in patria futura nonnulli vſui (exceſſerat enim annum octogeſimum) at ipſe ſibi non indulſit. *Plut. in Lacon.*

*Ageſilaus* percontanti cuidam, qua ratione ſibi pareret eximiam gloriam? Si mortem, inquit, contempſeris. Nihil enim in bello præclaræ rei geret, cuius animum mortis metus occupauit. Idem affectus in omni vita mortalium à pulcherrimis facinoribus reuocare ſolet. *ibid.*

*Theramenes*, poſtquam Ephori capitis ſententiam in ipſum pronuntiaſſent, abiit ridens, rogantibus, qui aderant, an etiam contemneret Spartanorum leges? Nequaquam, inquit: quin gaudeo potius, quod hæc mihi mulcta ſoluenda eſt cum eam nec iuduxerim cuipiam, nec à quopiam mutuo acceperim. Vir innocens non accuſauit patriæ ſuæ leges, ſed hoc felicitatis eſſe iudicabat, quod mori juberetur, qui neminem ad mortem adegiſſet, nec cuiquam deberet vitam, niſi ſibi. Facete mortis pœnam vocauit mulctam, rem atrocem molliori vocabulo ſignans. Iure autem cogitur ſoluere pecuniam, qui eam vel extorſit ab alio, vel mutuo ſumpſit. *Plut. in Laco. & Cic. quæſt. Tuſc. lib. 1.*

*Pythagoras*, in ædibus Milonis cum familiaribus ſuis aſſidens, accidit, vt ædes ex inuidia ſuccenderentur à quodam, qui in eum cœtũ receptus non fuerat. Alii dicunt ab ipſis Crotoniatis id eſſe factum, metu tyrannidis Pythagoras egreſſus, cum ad agrum fabis plenum perueniſſet, reſtitit, ac dixit: Capi præſtat quam calcare: interfici quam loqui. Et ſic à perſequentibus iugulatus eſt. *Suidas.*

*Callicratidas* ante conflictum peracto ſacrificio, quum aruſpex nunciaret ex incenſis exercitui quidem portendi victoriam, ſed Imperatori mortem, nihil expauefactus: Haud penes vnum (inquit) ſunt res Spartæ, me ſiquidem mortuo, nihilo deterius habitura eſt patria: ſed ſi ceſſero hoſtibus, aliquid decedet patriæ, pro qua lubens moriar. Itaque quum Cleandrum pro ſe ducem deſignaſſet, naualem pugnam aggreſſus eſt, ac pugnando interiit. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Idem*, Percontanti, quam ob cauſam fortes viri glorioſam mortem ingloriæ vitæ anteponant? Quoniam, inquit, alterum naturæ beneficio viuunt & ignauiſſimi: at honeſte mori non contingit niſi virtute præditis. *Plut. in Lacon.*

*Leonidam* quum Ephori percontarētur, ſi quid præterea rei facere ſtatuiſſet? Nihil aliud, inquit, quam verbo tenus impediturus barbarorum tranſitum, ſed reuera pro Græcis moriturus. Egregium imperterriti ductoris documentum in cauſa honeſta piaque, nec certam mortem horreſcere. *Plut. in Lacon.*

*Anonymus.* Quidam Lacon ſagitta percuſſus, quum animam ageret, dicebat: Non me mouet, quod morior, ſed partim, quod ab imbecilli ſagittario, ac mulierculæ ſimili, partim quod nullo facinore edito morior. Victis ſolet eſſe ſolatio virtute præſtantis viri dextra cadere. Lacedæmonii vero, quoniam enſibus pugnare ſolebant cominus, non putabāt eſſe virtutis, procul miſſa ſagitta quempiam interficere: quod idem poſſunt & fœminæ. Tum iniquiore animo decedunt è vita, qui recte factorum poſt ſe relinquunt memoriam. *Plut. in Lacon.*

*Spartanus* inſidiis circumſeptus ab Iphicrate Athenienſium duce, quum illius milites rogarent, quid in eo rerum ſtatu eſſet faciendum? Quid aliud, inquit, niſi vt vos ſeruemini, ego pugnando moriar? Talis erat animus Catonis Vticenſis, qui cæteris ſuaſit, vt ſuæ ſaluti conſulerent, ipſe ſpontanea morte turpem effugit ſeruitutem. *Plut. in Lacon.*

*Damindas*, Quum Philippus irrupuiſſet in Peloponneſum, & quidam ita loqueretur, periculum eſt, ne acerba patiantur Lacedæmonii, niſi Philippo reconcilientur: O ſemiuiri! inquit, quid nobis poterit acerbi accidere: qui mortem contemnimus? *Plut. in Lacon. apoph.*

*Chabrias*, proditionis accuſatus eſt vna cum Iphicrate, quum autem ab Iphicrate obiurgaretur, quod quum eſſet in periculo, tamen ad gymnaſium itaret, ſolitaque pranderet hora: Ergo, inquit, ſi quid ſecus de nobis ſtatuerint Athenienſes, te ſqualidum ac famelicum: me vero pranſum ac vnctum occident. *Plutarchus in apoph.*

*Phocion*, cum aliis bonis viris ab Athenienſibus damnatus ad mortem, quum carnifex cicutam apportaret, & bibiſſent omnes, ſolusque Phocion ſupereſſet, conſumpto ab aliis veneno, carnifex negabat ſe daturum, niſi numerarentur duodecim drachmæ: tanti enim vænire cicutæ vnciam. Phocion itaque, ne per illius contentionem mora fieret morti, accito ad ſe cuidam ex amicis: Quando quidem, inquit, Athenis ne mori quidem gratis licet, quæſo dato huic pretium. *ibidem.*

*Pelopidas.* Poſtquam Epaminondas Pelopidam liberum reduxiſſet, aiebat ſe gratiam habere Alexandro, per quem experimento comperiſſet, ſe non tantum ad bellum, ſed etiam ad mortem bene animatum eſſe. *Plut. in apoph.*

*Alexander.* Calanus ille Indicus gymnoſophiſta, quum ſibi manus adferre vellet, ſtruem lignorum ſtruxit: eamque in ignem, cōtemnens mortis durum ſupplicium, præcipit... quum Alexander vidiſſet, admiratus hominis audaciam ... hibetur, Calanum potentiores ſe hoſtes bellaſſe, ac viciſſe. ... der enim cum hominibus pugnans victor euaſit, Calanus ... laboribus ac morte. *Ælian. l. 5. de var. hiſt.*

*Corn Scipio*, quum in Africa Pompeii partes ſequutus, ... proſpere geſſiſſet, ad Hiſpaniam petens intellexiſſet nauim, ... hebatur, ab hoſtibus captam, gladio præcordia ſua tranſ... Deinde Cæſarianis militibus quærentibus, vbi eſt Imperator ... rator, inquit, bene habet. Suprema vox morientis declara... mum meliore fortuna dignum. *Appian.*

*M. Cato* aiebat, plurimum referre, vtrum quis virtutem ... ſtimet, an vitam non magni faciat. Sentiens, non coſtantes, qui quouis modo vitam vel mortem contemnunt: ſed ... faciunt virtutem, vt huius gratia vitam alioqui charam ... Nam ſemet in vitæ diſcrimen coniicere, aut infelicium eſt, ... vitæ iam tædet: aut immaniam, & beluis ſimilium. *Plut.* ... *Catone.*

*Baſſus.* Si quid incommodi aut metus in morte eſſe ... aliis, morientis hoc vitium eſſe dicebat, non mortis. Mors ... incommodi hominibus adfert, ſed ab omnibus incommod... tunæ miſeriæ procellis liberat. *Senec. epiſt. 30.*

*C. Mauius*, Auguſti centurio, quum in bello ab Antonio ... eſſet, interrogatus ab Antonio, quomodo ſecum agi vellet ... di me iube, inquit, mori enim malo: quam tuo beneficio ... *Appion.*

*Piſone* à Galba adoptato, conſpiratione facta prætori... Otho Imperator ſalutatus eſt. Galbæ ad tumultum ſedand... ctica delato, milites infenſi occurrentes ingeſſerunt vulnera ... gulum offerens: Agite dum, inquit, ſi hoc ex Republ. eſt. ... igitur & brachiis fœde laniatis iugulum hauſit, vt crebrior ... *Plut. in Galba.*

*Canius Iulius* mori iuſſus, quod Caium Cæſarem verbi... ſet, ad necem vocatus à centurione latrunculis ludebat. ... ratis calculis dixit ſodali: vide ne poſt mortem meam m... viciſſe: & ſimul centurioni annuens: Teſtis, inquit, eris, vno ... cedere. Ceruicem inde percuſſori præbuit intrepide. *Senec.*

*Hadrianus.* Sub mortem his verſibus luſiſſe dicitur H... Imperator:

*Animula, vagula, blandula,*
*Hoſpes comesque corporis,*
*Quæ nunc abibis in loca,*
*Pallidula, rigida, nudula,*
*Nec vt ſoles dabis iocos?*

*Dion Caſſius.*

*Seuerianus.* Adriani iuſſu moriens, eo quod Commod... ceſſorem parum prudenter deſignatum ab Imperatore ... gnem petiit, & accenſo thure: Vos, inquit, dii, teſtes eſtote, ... morte dignum eſſe commiſſum. Tantum hoc precor, neq... ri velit poſſit. *Dion Nicæus.*

*Rubrius Flauius*, quum à Nerone defeciſſet, captiuus ... & mox ad mortem damnatus, verum quum à lictore admo... vt fortiter ceruicem prætenderet; Vtinam, aït, tu tam forti... *Senec.*

*Ant. Pius* quodam die dixit amicis: Quid me fletis, ac ... de communi morte peſtilentiaque cogitatis? Philoſophia ... hominem & mortem contemnere, & res humanas ridere. ... bus autem abire dixit; Si iam me dimittitis, vale vobis dico ... cedens. Facete petiit ab amicis deſcedendi veniam, ac vel... profecturus iuſſit illos valere, ſubmonens interim fore, ... dentem ſequerentur, *Capitolinus.*

*M. Antonius.* Cleopatra metuens Antonii ſæuitiam, ... monumentum demiſſis cataractis: miſitque qui dicerent, ... tanea morte periſſe. Id credens Antonius, & ipſe ſibi par... vim, dixit, ô Cleopatra, non doleo, quod te caream, nam ... futuri ſumus: ſed quod ego tantus Imperator fortitud... ſum à fœmina. Victum ſe putabat, quod illa prior ſpont... tis gloriam occupaſſet. *Plut. in Anton.*

*Pertinax Imp.* conſpicatus milites prætorianos in ſe ir... inquit, milites, ſi occiditis, neque ipſi rem magnam facitis, ... hi ſane grauem homini huius ætatis & gloriæ, cum huma... nis aliquis ſit neceſſarius. Non ignorauit Imperator, ſem... riendum: & ſic non referre, quo mortis genere vltimum ... claudamus. *Herodian. lib. 2.*

*Idem* quum intellexiſſet tumultuari quoſdam ob in... Commodum Imperatorem, dixiſſe fertur: Si doletis Co... mortem, nihil profecto noui fuit: quandoquidem homo ... rat. *ibid.*

*Mauricius.* Quum Phocæ tyranni iuſſu Mauricii Imp... quinque filii mares ſpectante matre, necarentur, multo ... bore hanc calamitatem pertulit, ſubinde hæc verba repetens ... es domine, & iudicia tua iuſta ſunt. Intrepide tandem etiam ... uicem præbuit. *Cedren.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*…nicus Commenus.* Ab Iſaacio angelo Imperio euerſus, atq; …ra ab inſana plebe mala perpeſſus, tandem pedibus fune al… …ſpeſus, generoſo animo illata opprobria tolerabat, ac men… …a ad confluentem turbam & ferocientem conuerſus, hæc …omine miſerere mei: &, quid calamum contritum infringi… *…as lib.2.*

*…s Martyr* ad beſtias damnatus, cum iam ad ſupplicium … Non curo, inquit, quo ſupplicii genere moriar. Frumen… …m Dei cum ſim, beſtiarum dentibus comminui atq; ſubi… …, vt panis fiam mundus Chriſto, qui mihi panis eſt vitæ. *…l.c.36.*

*…mus*, quum patris mors ei ſignificaretur, reſpondit, deſi… … blaſphemias. Nam pater meus immortalis eſt. *Socrat. hiſt.*

*…ſus Aragonum & Siciliæ rex*, quum familiares, quos ipſe …ſuos appellaret, viſitaret infirmos, & ægrotantes pro more …Gabrielem Surrentinum ſuauiſſimum & ſplendidiſſimum …ntem ægrotare ad mortem, hominem acceſſit, quem cum à …iro aſpectu abhorrere intellexiſſet: Non eſt, inquit, cur tan… …ortem timeas, quum hæc bene pureque morientibus ſit …que eius vitæ principium, quæ neque doloribus, neque me… …inuidiæ, neq; ærumnis vllis ſubiecta eſt, &c. *Ant. Panor. de …ſtis Alphonſ. & Æn. Sylu. de dictis eius.*

*…tes* dicere ſolebat, mortem eſſe ſimilem profundo ſomno, …næ peregrinationi. Somnus profundior adimit omnem … & animus à corpore digreſſus, aliquando in ſuum domici… …urus eſt. *Eraſ. l.3. apoph.*

*…es* lethali ſomno experrectus cum eſſet, ac medicus inter… …quidnam ageret: Recte, inquit habeo. Nam frater fratrem …tur; alludens ad Homerum, qui θάνατον & ὕπνον germanos *…Laert. l.6.*

*…* iam vicinus morti, viribus deficiens: ſenſim in ſomnum …iacebat. Et ſi quis ipſum ex familiaribus interrogaret quid …reſpondebat: Iam ſomnus incipit me fratri ſuo tradere.

*…ates* Critonem orabat, ne præceptorem defunctum deplora… …dictum enim non ſolum in hoc ipſo delinquere, ſed etiam …nonnihil hoc officere. *Xen.*

*…* non dolendum eſſe propter mortuos dicebat: quando… …n melius ſit mori, quam miſere viuere. *Max ſer 35.*

*…rtias* cum Acrotatus nepos in puerorum pugna plagis fere …tuus eſſet, plorantibus aliis: Tacebitis, inquit: facto enim o… …, cuius ſanguinis eſſet. Alludit autem ad Lacedæmoniorum …dinem, qui mortem contemnentes, omnibus vitæ periculis …iciebant. *Plut.*

…dem cum è Creta nuncius eſſet allatus de morte Acrotati: …d hoſtes, inquit, proficiſceretur, nonne futurum erat, vt aut …eretur, aut illos occideret? iucundius autem eſt audire, …mortuus eſt, vt & ipſo, & ciuitate, & progenitoribus dignum …am ſiners & imbecillis per omne æuum viueret. Solent a… …nius & impotentius amare nepotes ſuos, quam ipſæ ma… …ibi nunc ſunt, quæ in morte liberorum confugiunt ad la… …: cum Gyrtias nepotem & ſeminecem lugeri vetuerit: nec …flendum putarit, quod fortiter pugnans interiiſſet? *Plutar.*

*…* quædam ſepeliebat filium, ad eam cum vilis anicula …, dicens, Heu fortunam ô mulier! illa ſubiecit, Per Gemi… …quit) bonam equidem arbitror. Siquidem cuius gratia fi… …peri, videlicet vt pro Sparta moreretur, id mihi contigit. For… …mulier, aniculæ deplorationem vertit in gratulationem. *Ci… …uſcul. q. l.1. Plut. in Lac. apoph.*

*…raſſus.* Cum Publius Craſſi filius fortiſſime in bello cecidiſ… …tes caput iuuenis haſtæ impoſitum geſtantes, Romanis ma… …m contemptu oſtenderunt. Quo tam triſti ſpectaculo nil …tus Craſſus pater, qui belli dux erat, ait: Hic meus priuatus …eſt, mea hæc calamitas. cæterum publica ciuitatis ſalus & glo… …veſtra incolumitate ſita eſt. *Plut. in Craſſ.*

*…ena* Paulina vxor Senecæ, cum mariti mortem iam imminen… …ideo grauiter ferret: Seneca, caue, ait, hanc meam mortem am… …contumelioſam defleas, ne vel te minus amaſſe, vel gloriæ …uidiſſe videaris. *Ex vita Seneca.*

*…tigonus.* Quum renunciatum eſſet, filium Alcyonæum in a… …diſſe, demiſſo vultu pauliſper apud ſe cogitauit, mox erupit …c vocem: O Alcyonee! ſerius quam oportuit vitam morte …utaſti, qui tam audacter in hoſtes inſilieris, neque tuæ ſalu… …que meorum monitorum vllam habens rationem. Putauit, …eſſe deflendum, qui ſua culpa periiſſet, ſibique calamitatem …ſiſſet. *Ex Plut.*

*…lenus Imp.* cum patrem Valerium audiſſet extinctum, vocem …ſſimam ſine laude vſurpauit dicens, Sciebam patrem meum …mortalem. *Trebell. Pollio.*

*…naxagoras.* Cum in exilio agenti nunciata eſſet mors filiorum: …am, inquit, me genuiſſe mortales. *Laert. l 2. c.3. Cic. l.3. Tuſc. q. …l.3. de Var. hiſt.*

*…ilon* vetabat de mortuis male loqui, quod ignauum videretur cos inceſſere lingua, qui reſpondere non poſſunt: ac turpe eſſe, cum vmbris ac laruis luctari. Nam id eſt, quodammodo ſepultum refodere *Laert. l.1. c.4.*

*Philoſtratus* Ælianus ſophiſta ſcripſit in Gymnidem tyrannum. Hunc quum Philoſtratus Lemnius offendiſſet lugentem indignabundo & concitato ſimilem, percontatus eſt quid argumenti eſſet præ manibus: Scribo, inquit, Gymnidis accuſationem. Lauderem, inquit Philoſtratus, ſi viuentem accuſaſſes. Id enim erat viro dignum, nam lacerare defunctum, cuivis in promptu eſt. *Eraſm. lib.1. apoph. cap.16.*

*Ageſilaus* cum Lyſandri literas & orationem de nouandis rebus deque mutando Reipublicæ ſtatu, coram exercitu legere vellet, & Lyſandrum defunctum eſſe audiret, noluit defuncti aperire improbitatem militibus: indecorum eſſe putans, ſimultatem exercere cum ſepulto. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Epaminondas* dicere ſolebat, pulcherrimum eſſe genus mortis in bello mori: quod hæc mors primum cum laude fortitudinis coniuncta ſit, modo bellum geratur pro patria: deinde breuis, non diu crucians hominem, aut paulatim extabefaciens. *Plutarch. in apoph.*

*Idem.* Cum grauiter & ad mortem vsque in clade cruentiſſima vulneratus eſſet, proſtratus humi, interrogauit milites, an clypeus ſuus adhuc ſaluus eſſet, vt audiuit ſaluum, rogauit præterea, an hoſtes deuicti eſſent? cum & hoc audiuiſſet, Nunc finis, inquit, vitæ meæ: ſed melius & altius initium aduenit. Nunc Epaminondas naſcitur, quia ſic moritur. *Val. Max.*

¶ SIMILITVDINES.

*Syracidæ.* Nec magis nouit homo tempus mortis ſuæ, quam piſces priusquam hamo capiuntur, vel aues priusquam laqueo irretiantur. Sicut enim capiuntur illæ, ſic mors de improuiſo homines illaqueabit *Cap 9.*

*Samuelis:* Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur, *2. Reg.14.*

*Eſdra:* Quemadmodum prægnans cum parit in nono menſe filium ſuum, appropinquante hora partus eius, ante horas duas vel tres dolores circumeunt ventrem eius, & prodeunte infante de ventre, non tardabunt vno puncto: Sic non morabuntur ad prodeundum ſuper terram, & ſeculum gemet, & dolores circumtenebunt illud. *4. Eſdr.16.*

*Chryſoſtomi:* Sicut egredientibus Iſraelitis de Ægypto, exterminata eſt Ægyptus: Sic & ſancti quum de iſto mundo defecerint caſurus eſt iſte mundus. *in cap.1. Matth.*

*Sicut quum lana* intingitur: naturalem habens colorem, vt coloretur purpureo, aut alicuius coloris accipiat dignitatem: Sic & nos in mortem deſcendimus corporales, & reſurgimus ſpirituales. *in cap. 20. Matth. homil.35.*

*Sicut quando æs* effunditur, vnde ſtatua confletur, nullam æris perditionem tunc eſſe dicimus, cum ad meliorem vſum traducatur: Similiter de corpore tuo futurum eſt, mors ipſa & mortalitas deſtruitur corruptione carnis, & ſubſtantia corporis. *Homil. 35. in Matth.*

*Omnibus laborantibus* dulcis eſt finis. Viator libenter interrogat vbi ſit manſio: mercenarius frequenter computat, quando annus completur: agricola ſemper tempus meſſis expectat: negotiator die ac nocte thecæ ſuæ diſcutit rationem: mulier prægnans ſemper de decimo menſe cogitat: Sic ſerui Dei libenter de morte ſua cogitant. Vbi enim theſaurus eorum, ibi & cor eſt. Si haberes ſolidorum quantitatem in arca tua, oculos illuc ſæpe haberes: Sic ſancti illum locum aſpiciunt, vbi repoſitam habent coronam. *Homil.49. in Matth.*

*In hora mortis* iucunda bene actæ vitæ memoria, quaſi tranquillitas poſt tempeſtatem veniens, conturbatam facile animam conſolatur. Sed quoniam ſicut inſenſati vitam agimus, in decedendo ex hac vita proculdubio aderit. Nam qui vinctus propter ſua ſcelera fuerit, cum ſoluitur, vt ad iudicium produci queat, tunc maxime tremit, tunc formidat, quando ad tribunal iudicis iam appropinquat, quando ad relationem rationum iam deuenit. Idcirco terribiles viſiones narrare ſolent morituri, quarum ſpeciem nullo modo ferentes, & lectulos plerunque ipſos magno iacentes impetu concutiunt, & toruis eos qui adſunt aſpiciunt oculis: vel quia vi à corpore reſcinditur anima, vel quia ſpirituum ſpeciem ferre non poſſunt. Si timemus terribiles homines, quid faciemus cum minaces angeli & reſcindentes animam à corpore virtutes nos inuadunt, cum à corpore anima tracta multum incaſſum deflet? *Hom. 64. in Matth.*

*Baſilij:* Sicut in cuſtodias coniectorum quidam plus temporis in pædore & vinculis retenti, nonnihil ſuæ miſeriæ celeriorem inueniunt liberationem: Sic & animæ quædam in hac vita diutius retinentur, alia minus, ſecundum cuiusque dignitatis proportionem, ſapienter quidem & profunde. *In Iulian. martyr.*

*Quemadmodum* in his qui poſteaquam ad ſtadii finem peruenerunt, ſeſe reflectunt, & priusquam in contrarium moueantur, conſiſtunt



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſiſtunt pauliſper,ac requiem aliquam interponunt: Sic & in mutatione vitæ videbatur neceſſarium,vt mors inter priorem & poſteriorem vitam intercederet, quæ & præcedentem finiat, & initium det ſequuturæ. *De Spiritu S.*

*Ioannis Scholaſtici :* Quemadmodum panis præ cæteris terræ alimentis,ſuſtentationi corporum : Ita ſaluti animarum, ſupra omnia quæ bene ſancteque fiant,cogitatio aſſidua mortis neceſſaria. Nam memorans nouiſſima ſua, non peccabit.

*Olympiodori :* Sicut, hydria iuxta fontem attrita, aqua non perit,nec euaneſcit,ſed in fontem ſuum reuertitur, rurſusque cum quis voluerit aquam,poterit haurire de fonte : Ita & corpus quod in elementa reſoluitur, in fontem ſuum, terram videlicet ipſam redit, paratum iterum in membra componi, quando author ille voluerit, qui ab initio illud plaſmauit. *in Eccleſia. capite duodecimo.*

*D. Auguſtini :* Sicut torrens pluuialibus aquis colligitur, redundat perſtrepit, currit & currendo decurrit, id eſt, curſum finit : Sic eſt omnis iſte curſus mortalitatis : naſcuntur homines, moriuntur : & aliis morientibus, alii naſcuntur, ſuccedunt, accedunt, decedunt, nec manebunt. Quid hic tenetur ? Quid non decurrit ? Quid non quaſi de pluuia collectum it in abyſſum ? Quomodo enim fluuius repente collectus de pluuia, de guttis imbrium, it in mare, nec apparet, quia nec apparebat, antequam de pluuia colligeretur : Sic hoc genus humanum, de occultis colligitur, & profluit in mortem. Rurſus in occultum vergit, medium hoc ſanit & tranſit: de hoc torrente bibit Chriſtus, hoc eſt, natus eſt moriturus. *In Pſalm.*109.

*Eucherij:* Velut ex alto vndarum fluctus,aliis atque aliis ſuperuenientibus in litoris extrema franguntur : Ita in terminum mortis ſucciduæ alliduntur ætates. *Ad Valerianum.*

*Idiotæ viri ſanctiſſimi.* Sicut omnes ſtellæ quæ ab Oriente veniunt, quamvis ſint magnæ celeritatis & virtutis, tendunt tamen ad occaſum,& ibi ſecundum diuerſos circulos,aliæ tardius, aliæ ocyus ſeſe à noſtris aſpectibus abſcondunt : Sic etiam homines vniuerſi ab Oriente, id eſt, per natiuitatem intrant in mundum, quamvis ibi aliquandiu rutilent & clareſcant, neceſſe eſt tamen quod tandem ad occaſum mortis, alii tardius, alii citius, ſecundum curſum durationis,quam à Deo acceperint, veniant, decidantque & à mundi aſpectibus ſeſe ſubtrahant & recedant. *in lib. de contemplatione mortis,* §.1.

*Mors portus eſt*, ad quem in his mundi calamitatibus miſeri nauigamus omnes:ad quem quo citius peruenerimus,eo celerius liberabimur. *ibid* §.8.

*Sicut aqua dilabens* in terram, à terra abſorbetur, ita quod amplius non videtur:Sic homo in terram per mortem cadens, ita conſumitur&deſtruitur,quod nunquam amplius in hac mortalis ſortis conditione inueniuntur, *ibid.*§.10.

*Vt omnia flumina* intrant mare : Sic quoque in hanc fluctuoſam vitam qui veniunt, mare, id eſt, amaritudinem mortis neceſſario ſubintrant. Mors enim eſt omnium pœna, omnium tributum, omnium carcer, omnium domina, omnium receptaculum. *ibid.*§.13.

*Ventus eſt vita noſtra,* quia inuiſibiliter & inceſſanter,ac ſine reditu tranſit, & comparatur vmbræ quæ ſemper ſequitur corpus. Nec aliud eſt vita noſtra, quam curſus ad mortem : & quamvis homines laborent,vt diu viuant,ac ad terminum vitæ : nihil tamen eſt viuere,quam ad finem currere. Quare ipſi ambulant quo peruenire volunt, ac currunt voluntarii ad terminum quem refugiunt. *ibidem.*§.14.

*Platonis :* Qui mortuis maledicunt, ſimiles videntur catellis, qui lapides iactos mordent, ipſos autem qui læſerunt, non attingunt. *Ariſtoteles in Rhetoricis ait Platonem huius ſimilitudinis authorem eſſe.*

*Æneæ Platonici:* Socrates ſenſibilia cuncta contemnens,& animæ ad corpus communionem perhorreſcens, victam, ac veluti in corpore ſepultam animam queritur, vehementerque probat atq; admiratur arcanum illud & vetus eulogium, quo dicitur : In carcere quodam poſtquam venimus fuimus. *In Theophraſto.*

*Diogenis:* Curæ tibi ſit ex hac vita migratio. Curæ autem erit ſi te mori meditaberis: hoc eſt, ſi adhuc viuens animam à corpore ſeparaueris. Hoc enim mihi videtur Socrates appellaſſe : ſiquidem meditatio res difficillima eſt. Philoſophare,& conſidera,quid tibi & natura & lege magis eſt conſiderandum. In hoc duntaxat anima à corpore ſeparatur,in reliquis rebus minime:ſed cum videt,audit, olfacit, guſtat, adeſt corpus, quaſi ex eodem capite vtrumque pendet. Cum igitur mortem non meditamur, moleſtior vitæ finis expectandus nobis eſt. Anima namque quaſi deliciis quibuſdam amicis, mœrore afficitur, & ſumma cum moleſtia vita cedit. *In epiſtol. ad Monemum fol.*157.

*Plutarchi:* Quemadmodum mutuata pecunia æquo animo reddenda eſt:Sic vitæ munus,quod mutuo accipimus, à diis citra querimoniam eſt reponendum. *in Mor.*

*Vt nemo miratur* liquefactum, quod potuit liqueſcere ſectum quod erat ſectile, exuſtum quod exuſtibile: Ita mirandum non eſt mortuum eſſe,qui erat mortalis. *in moral.*

*Accenſam lucernam* nemo moleſte fert, extinctam dolen[…] nes : Ita naſci iucundum, mori inamabile. *in moral.*

*Lactantij :* Sicut vita ipſa bonum eſt ſi cum virtute viuitur, […] lum, ſi cum ſcelere : Ita & mors ex præteritis vitæ actibus […] randa eſt. *De falſa Sapientia,l.*3.*c.*19.

*Ioannis Dugonis Philonij :* Nota ſunt mortis præludia. […] cundi,nihil læti occurrit eis quos homicida mors perſequ[…] terribilius morte,nihil crudelius:nimirum quæ ad reſp[…] minum cœca,ad audiendas preces ſurda : ad omnes m[…] vllius exceptionem,perimendos immiſericors,atrox,eff[…] neque bonorum neq; malorum habens rationem aliqu[…] bonos non raro,& virtute præditos prius accipiens, quam […] tos & malos. Præterea quamuis accidere nequeat ſine […] ciatu mors,hoc eſt,corporis & animi ſeparatio: tamen ip[…] ctat,iuniores difficilius oppetere, quam natu grandiores: […] quidem illi ceu cruda & immitia poma velluntur ex vita […] tanquam ſole cocta,atque iam caduca ſponte ſua decidun[…] *liano,vel de ſcientia bene mor.fol.*40.

*Haud inſcite veteres poetæ* Mortis fratrem Soporem […] ipſo innuentes,mortem ſomno eſſe perſimilem. Hinc eſt […] pæ Cynici. Is enim quum eſſet vicinus morti, quæ Græc[…] præter ſolitum ſomno premeretur, & medicus ipſum […] pergefaceret,ac dehortaretur:Ne mireris,inquit,frater fr[…] teuertit. Et ſic quidem ille luſit in re vtique non ludicra,n[…] tibus,nullis lamentis & vociferationibus editis in morte, […] edis in aliena. Sed neque inepte ille, aut inſcite. Etenim […] ctiore penſites iudicio, nihil aliud eſt mors corporum n[…] quam ſomnus diuturnior ſolito,neque tamen diutius,qua[…] uiſſimum Chriſti aduentum duraturus. Hoc nomine ſacr[…] quos alii vulgari more mori, & mortuos,ipſæ dormitur[…] mientes dicere ſolent. Cuius rei non ignarus, bono eſſe […] mo. Cubitum eo,non occubitum. Non interit, qui red[…] quando reſurgit. Chriſtus author eſt nobis bene ſperandi […] ſuo docens, vt quemadmodum ipſe corporis mortem p[…] rexit,ita & nos reſurrectionis futuræ ſpem certam habeam[…] *lia vel de ſcient.bene mor.fol.*47.

*Ciceronis:* Vt cygni præuidentes quid in morte boni ſit, […] tu & voluptate moriuntur : Sic omnibus,& bonis, & doct[…] endum. *lib.*1.*Tuſc.q.*

*Adoleſcentes* ſic mori videntur, vt cum aquæ mult[…] flammæ opprimitur. Et quaſi poma ex arboribus ſi cruda […] uelluntur : ſi matura & cocta,decidunt:Sic vitam adoleſce[…] aufert,ſenibus maturitas. *in Catone maior.*

*Senecæ :* Quemadmodum clepſydra non extremum […] dium exhaurit, ſed quicquid ante defluxit : Sic vltima h[…] eſſe definimus,non ſola mortem facit,ſed ſola conſummat[…] *epiſtol.*24.

*Quemadmodum* nauim eligam nauigaturus, & domum […] turus : Ita mortem vtique qua ſum exiturus è vita melior[…] *epiſt.* 71.

*Vt qui ſe* meminerunt,inquilinos eſſe,& in conducto hab[…] modeſtius ſe gerunt, & minus grauatim exeunt : Ita qui in[…] domicilium corporis ad breue tempus à natura commoda[…] & viuunt temperantius,& libentius moriuntur. *Apud Eraſ[…]*

*Supra modum* deditus vino, fæcem quoque exſorbet: S[…] dum vitæ auidus,qui in extrema quidem ſenecta vult mor[…] *Eraſm.*

*Vt felicior eſt*,quem ventus acrior cito in portum pertul[…] quem venti ſegnes, & longa tranquillitas lentiſſimo tædio […] runt:Ita fortunatior, quem feſtinata mors ſtatim his vitæ m[…] mit. *Apud Eraſm.*

*Franciſci Philelphi:* Quid per immortalem Deum tanto[…] uere nos debet ? Num volumus cum natura pugnare ? Q[…] dementia nobis eſt ? quæ deliratio? quæ tanta demum inſ[…] illud quod Græcorum ſapientiſſimus apud Homerum V[…] quitur,nunquam audiuimus

*Nil homine infirmius tellus animalia nutrit*
*Inter cuncta magis.*

An qui mortales nati ſumus, perinde atq; Dei ſimiles, […] tius ſupra Deum? Nam Deus ipſe mori etiam voluit:velut[…] ipſo qui immortales futuri ſumus,contendere audemus ? […] ramus non in hoc terreno cœno, ſed in cœleſti illa & […] gloria,immortalitatem parari nobis? Homo enim (vt inqu[…] non terrea,neque immobilis planta eſt,ſed cœli:cuius cap[…] mentem,& rationem,& intellectum poſuit,& ex quo reliq[…] pus verſum ad terram prodeat, veluti radix ſit) erectum ad […] Quid præterea hæc vita, quæ tot tempeſtatibus, tot naufrag[…] incendiis,tot ruinis obnoxia, ærumnoſa planè mors eſt, ad[…] ctare nos debet,vt cum eius ergaſtulis & vinculis noſtrum […] berantur,flere,lamentari,lugere non ſinamus ? *In Oration[…] pro Stephano Frederico Todeſchino.*

*Folengij :* Quemadmodum vmbra corpus:Ita mala huiu[…] mortem comitantur. *in Pſal.*88.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...ſari. Nemo eſt qui non gaudeat, vbi longa emenſus maris ... terræ appulerit, quid ergo imminente morte pertimeſci... tempeſtates huius mundi magis periculoſæ ipſa morte. ... 109.

## ❡ Adagia.

...dic conſeneſcere. οἱ δὲ ποθεύοντες ἐν ἤματι γηράσκουσι. *Theocr.* ...*rum quos amor angit, in vna luce ſeneſcunt.* ...*abit in eos, qui amore, odio, inuidia, ſimiliue affectu labo-* ...*grauiore aliqua animi cura preſſi, ante tempus euane*...

...meri vita. Ἐφημέρου ζωή.
...*ſtatim moriuntur aut pereunt.*
... cani, ſiue Ergini canities. Ἐργίνου πολιαί.
...*ueste quoque dicitur propterea, ſed feſtiuus iactabitur per* ...*in ſenes iam canos, qui tamen iuuenes etiam dum haberi*...

... ſeniculus. γοργείου γερόντιον.
...*tur de ſene viribus effæto.*
... ſenium accelerant. αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι. *Hom. Odyſſ.*
*Quippe repente homines curisq; malisq; ſeneſcunt.*
...*quadrabit, qui multis laboribus atque malis exerciti, ante* ...*ſcunt.*

## ❡ Biblica Exempla.

...tis vindicatæ: Mors Aſael, 2. *Sam.* 3,27. mors Abner, 1. *Reg.* 2. ... Naboth, 22. *v.* 58. mors Ioas, 2. *Reg.* 14. 5. 2. *Paral.* 25. 3. Mortis ... ſpecies diuerſæ. *Aquis* ſubmerſorum: Antiquior mun... *Gen.* 7. 21 *Matth.* 24. 37. *Luc.* 7. 27. 2 *Petr.* 2. 5. Pharao cum exer... *Exodi* 14. *v.* 28. Interfectorum ab animantibus *Leonibus*. Pro... inobediens, 1. *Reg.* 13. 24. Socius Prophetæ, 20. 36. Viri de Baby... 2. *Reg.* 17. 25. *Serpentibus*. Iſraelitæ, *Num.* 21. 6. *Sap.* 16. 10. 1. *Cor.* ... *Vermibus* Antiochus, 2. *Mac.* 9. 9. Herodes Agrippa, *Act.* 12. 23. Quadraginta duo pueri, 2. *Reg.* 2. 24. *Dolo ac proditione* occiſo... Sichemitæ, *Gen.* 34. 25. Abner, 2. *Sam.* 3. 27. Isboſeth, 4. 7. Ama... Ela, 1. *Reg.* 16. 10. Sennacherib, 2. *Reg.* 19. 37. 2. *Paralip.* 32. 21. ... Amnon, 2. *Reg.* 21. 32. 2. *Paral.* 24. Ioas, 24. 25. Godolias, *Ie*... interemptorum: Azotii, 1. *Sam.* 5. 6. *Igne* conſumptorum, ... *Geneſ.* 19. *v.* 24. 25. Nadab & Abihu, *Leuit.* 10. 2. murmu... populus, *Num.* 11. *v.* 1. mille hominum, *Iudic.* 9. *v.* 45. &c. Mulier ... 6. Zambri, 1. *Reg.* 16. 18 quinquagenarii duo, 2. *Reg.* 1. *v.* ... filius Achaz, 16. 3. 2. *Paral.* 28. 3. Filii Iſrael, 2. *Reg.* 17. 17. filius Ma... *Ierem.* 29. 22. filii de Sepharuaim, 17. 31. *Lapidibus* obruto... Blaſphemator, *Leuit.* 24. 23. Colligens ligna in Sabbatho, *Nu*... Achan tollens de anathemate *Ioſ.* 7. 25. Aduram, qui erat ... tributa Regis, 1. *Reg.* 12. 18. 2. *Paral.* 10. 18. Naboth, 1. *Reg.* 21. *v.* 13. ... 24. 21. Diuus Stephanus Protomartyr, *Actor.* 7. 58. *Multitu*... *populi* oppreſſorum: Dux incredulus, 2. *Reg.* 7. 17.
*Mulieribus* interfectorum: Siſara, *Iudic.* 4. 21. Abimelech, 9. 53. ...fernes, *Iudith* 13. 8. *Muri aut alicuius alius ædificij cauſſa* op... : Samſon & Principes Philiſtiim, *Iudic.* 16. *v.* 3. Ciuium ... viginti ſeptem millia, 1. *Reg.* 20. *v.* 30. Filii Iob, *Iob* 1. *v.* 19. ... Siloe interfecti, *Luc.* 13. *v.* 3. *Peſte* extinctorum: Iſraelitæ 2. *Sam.* ... *Præcipitatorum*: Eli, 1. *Sam.* 4. *v.* 18. Iezabel, 2. *Reg.* 9. 33. decem ...orum, 2. *Paral.* 25. 12. *Spinis & tribulis* confractorum: Viri ...oth, *Iudic.* 8. 16. *Suffocatorum*: Meretricis filius, 1. *Reg.* 3. *v.* 16. ...dad, 2. *Reg.* 8. 15. *Suſpenſorum*: Piſtor Pharaonis, *Gen.* 41. 13. Prin... populi, *Num.* 25. 4. Rex Hai, *Ioſ.* 29. quinque Reges, 10. 26. Baa... Rechob, 2. *Sam.* 4. 12. Achitophel, 17. 23. Aman, *Eſther*, 7. *v.* 10. de... filii Aman, 9. 14. Principes, *Thren.* 5. 12. duo latrones, *Matth.* 27. ... proditor, *v.* 5. *Actor.* 1. 18. *à terra* abſorptorum: Core, Da... *Num.* 16. *v.* 32. 33 *Deut.* 11. 6. *Pſalm.* 106. 8. *Vim ſibi* inferen... Abimelech, *Iudic.* 9. 54. Samſon, 16. 29, Saul, 1. *Sam.* 31. 4. Achi... 2. *Sam.* 17. 23. Zambri, 1. *Reg.* 16. 18. Ptolomæus, 2. *Macch.* 10. 13. ... 14. 41. Iudas proditor, *Matth.* 27. 5. *Act.* 1. 18. *Vi occulta* diuini... extinctorum: Her & Onan, *Gen.* 38. *v.* 7. 10. Ægyptii, *Exodi* 12. 29. ... *Num.* 11. 33. Exploratores, qui terræ detraxerant, 14. 37. Beth... 1. *Sam.* 6. 19. Oza, 2. *Sam.* 6. 7. Ananias & Saphira, *Actor.* 5. 10. ... *partu* exanimatorum: Rachel, *Geneſ.* 35. *v.* 18. Vxor Phinees, ... 4. 19.
Mortis pretioſæ iuſtorum *exempla*: Abel, *Gen.* 4. 8. *Heb.* 11. 4. He... *Gen.* 5. 24. Abraham, 25. 8. Iſaac, 35. 29. Iacob, 49. 33. Ioſeph, 50. 26. ...ron, *Num.* 20. 28. Moſes, *Deut.* 34. 5. Samuel, 1. *Sam.* 25. *v.* 1. Dauid, ... 2. 10. 1. *Paral.* 29. 28. Elias, 2. *Reg.* 2. 11. Zacharias, 2. *Paral.* 24. 21. ... 23. 35. Tobias ſenior & iunior, *Tob.* 14. *v.* 13. *Iob.* 42. 17. Matha... 1. *Macch.* 2. 70. Iudas Macchabæus, 9. 18. 2. *Macchab.* 6. 31. ſeptem ...tres & Mater, 7. 1. &c. Ioannes Baptiſta propter veritatem decol... *Marc.* 6. 28. Lazarus, *Luc.* 16. 22. Latro à dextris Chriſti pendens, ... Stephanus, *Act.* 7. 60.
Mortis horrendæ malorum *exempla*: Cain, vulgo à Lamecho ...fus, *Gen.* 4. *v.* 23. 24. quinque ciuitates, Sodoma, Gomorrha, &c. ... Sichem, 34. 25. Pharao cum exercitu, *Exodi* 14. 29. Nadab, &c. *Leuit.* 10. 2. *Num.* 3. 4. & 26. 61. 1. *Paral.* 42. 2. Blaſphemus, *Leuit.* 24. 23. Core, Dathan, Abiron, cum ſuis complicibus, *Num.* 16. 32. Adonibeſech, *Iudic.* 1. 6. Siſara, 4. 21, Eli, 1. *Sam.* 4. 18. Goliath, 17. 50. Saul, 31. 4. Amalechitæ filius, 2. *Sam.* 1. 16. Ammon, 13. *v.* 28. 29. Achitophel, 17. 23. Abſalom, 18. 14. Seba, 20. 22. Ioab, 1. *Reg.* 2. 3. 4. Achab, 22. *v.* 34. Dux incredulus, 7. 17. Benadad, 8. 15. Athalia, 11. 16. Sedechias, 25. 6. Holofernes, *Iudith* 13. 10. Balthaſarus Rex Chaldæus, *Dan.* 5. 31. Danielis accuſatores, 6. 24. Alcimus, 1. *Macch.* 9. 55. Andronicus, 2. *Macch.* 4. 38. Antiochus, 9. 9. Menelaus, 13. 4. Diues cuius agri exuberabant *Luc.* 12. 20. Diues epulo, 6. 22.

Mori interdum quam viuere beatius, *Exempla*: Ioſias, 2. *Reg.* 22. 20. 2. *Paral.* 34. 28. Iſraelitæ, *Oſe.* 10. *v.* 8. Iudæi, *Luc.* 23. 30. mori Paulo lucrum, *Philip.* 1. 21. mori pro liberari, *Coloſſ.* 2. *v.* 26.

## ❡ Exempla Profana.

Laudare defunctos vetus eſt conſuetudo, cœpitque apud *Græcos* iam inde à Pericle, qui teſte Thucydide, primus defunctos in bello Peloponneſiaco pro concione laudauit. Apud Romanos verò *Valerius Publicola* primus collegam ſuum Brutum, *vt eſt apud Liuium*, commendauit. *Volaterranus l. 31. Philologiæ, hæc & alia de ritibus antiquis mortuorum ſepeliendorum.*

*Tullus Hoſtilius* fulmine ictus cum tota domo conflagrauit. Singularem fati ſortem, qua accidit, vt columen vrbis in ipſa vrbe raptum, ne ſupremo quidem funeris honore à ciuibus decorari poſſet, cœleſti flamma in eadem condition redactum, eoſdem penates, & regiam & rogum, ſepulchrum haberet.

*Duarum mulierum* nunciata clade, ad lacum Thraſymenum accepta, altera mater ſoſpiti filio ad portam obuia facta, in eius cõplexu expirauit: altera, cum falſo mortis filii nuntio mœſta domi ſederet, ad primum conſpectum redeuntis exanimata eſt.

*Druſus Pompeius*, Claudii Cæſaris filius, cum puer ludens, iactum in ſublime pyrum ore excepiſſet, idque alte in guttur deſcendiſſet, anima præcluſa mortem obiit.

*Fabius prætor*, hauſto in lacte pilo præcluſo ſpiritu animam agit: adeo parua re hominis mors perſæpe conſtat.

*Sylla dictator* morbo pediculari dies ſuos finiuit.

*Tarquinius Priſcus*, cum ad menſam ſederet, os piſcis ita tranſuerſum eſt in gutture, vt nocte illa miſerabiliter expirauit.

*Æſchylus* in Sicilia mœnibus vrbis egreſſus, aprico in loco reſedit: ſuper quem aquila teſtudinem ferens, eluſa ſplendore capitis, perinde ac lapidem illiſit, vt fractæ teſtudinis carne veſceretur: eoq; interemptus eſt fortioris Tragœdiæ origo.

*Sophocles*, vltimæ iam ſenectutis, cum in certamen tragœdiam iam dimiſiſſet, ancipiti ſententiarum euentu diu ſolicitus aliquando tamen vna ſententia victor cauſam mortis gaudium habuit.

*Anacreonta* dum paſſæ vuæ ſucco tenues, & exiles virium reliquias foueret, vnius grani pertinacior in aridis faucibus humor abſumpſit.

## ❡ Hieroglyphica.

In diuinis literis *framea*, vt & alia telorum genera, *mortis* hieroglyphicum habetur: Ita Theologi & Pſalmi loco: Erue à framea Deus animam meam. *Pier. Valer. lib. 42. pag. 411. B.*

Apud Scythas qui multa quoque Ægyptiorum more confinxerunt, à quibus etiam inſtituti ſunt: vt quibuſdam veterum placet *gladius* erat *mortis* ſymbolum. *Idem lib. 42. pag. 416. E.*

*Colus* quoque atque *penſa* tantum, ſtaminibus abruptis *mortis* habere ſignificationem tradunt, ex fabula Parcarum, quarum munus eſt, ſuum vnicuique rei finem præſcribere. *Idem Pier. lib. 48. pagin. 471. B.*

*Pinus* arbor *mortis* quoque hieroglyphicum eſt, de qua obſeruatum, arborem illam exciſam ſemel, nunquam ſuppullaſcere. *Idem lib. 52. pag. 504. F.*

*Cupreſſus* etiam arbor in oſtentis *mortis* indicium fuit: vnde mortis eſſe hieroglyphicum nonnulli affirmant. *Vide Pier. Valer lib. 52. pag. 405. D.*

### ❡ Emblema.

In mortem præproperam.

Emblema CLVI. And. Alciati.

*Qui teneras forma allexit, torſitq; puellas,*
*Pulchrior & tota nobilis vrbe puer.*
*Occidit ante diem, nulli mage flendus, Areſti,*
*Quam tibi, cui caſto iunctus amore fuit.*
*Ergo illi tumulum tanti monumenta doloris*
*Aſtruis, & querulis vocibus aſtra feris.*
*Me ſine abis, dilecte? neque amplius ibimus vnà?*
*Nec mecum in ſtudijs otia prata teres?*
*Sed te terra tegit, ſed fati, Gorgonis ora,*
*Delphinesq; tui ſigna dolenda dabunt.*

Vel poſt mortem formidoloſi.

Emblema CLXX.

*Cætera muteſcent coriumq; ſilebit ouillum,*
*Si confecta lupi tympana pelle ſonent.*
*Hæc membrana ouium ſic exhorreſcit,vt hoſtem*
*Exanimis quamuis non ferat exanimem.*
*Sic cute detracta Ziſcas in tympana verſus,*
*Boemos potuit vincere pontifices.*

Cum laruis non luctandum.

Emblema CLIII.

*Æacidæ moriens percuſſu cuſpidis Hector,*
*Qui toties hoſteis vicerat ante ſuos:*
*Comprimere haud potuit vocem inſultantibus illis,*
*Dum curris & pedibus nectere vincla parant.*
*Diſtrahite vt libitum eſt, ſic caſsi luce leonis*
*Conuellunt barbam vel timidi lepores.*

¶ FABVLAE.

Aſinus & Olitor.

Seruiens apud olitorem aſinus, cum perpetuis laboribus feſſo pabulum exiguum præberetur, precibus ſuis Iouem exorauit, vt illo domino liberatus ad alterum perueniret. Ita venundatus, nactus eſt herum figulum. Quo in ſeruitio, cum & luti & vaſorum oneribus grauaretur, minus ſibi viuendum putabat, & multo quam prius maioribus precibus, vt liberaretur, Iouem fatigabat. Ioue igitur volente, tertio veniit, addictusque fuit cerdoni. Apud quem, cum quæ gererentur, videret: Heu mihi! cum gemitu, inquit, quanto priores ſeruitutes tolerabiliores erant. Nam ab hoc intelligo, etiam pelli meæ periculum imminere.

Fabula oſtendit, tum maxime homines veterem fortunam requirere, cum nouam experiri cœperint.

Cygnus.

Cygnus, qui Latine Olor dicitur, edens ad mortem (vt fertur) ſuauiſſimum carmen, interrogatus à Ciconia, hæc enim illud fortaſſe exaudierat: Quæ res illo tempore faceret, vt cantare & gaudere liberet. Huic reſpondit olor: Spe fieri bona vitæ melioris, & animi quodam præſagio futuræ felicitatis, in quam ex hac vita migrare ſe intelligeret. Quænam illa eſſe poſſet, interrogante ſtulta aue, vt eam abſolueret: An tibi illa parua videtur, inquit, quod tum neq; quærendi victus, neque inſidiarum metu afficiar, neque excruciabor.

Docet fabula, mortem non eſſe extimeſcendam, quæ cum ad meliorem bonos vitam quaſi transferat, tum à multis miſeriis abducat.

*Conſule Titulum de Vita.*

---

# Motus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

MOtus, Græce κίνησις, ιος, ἡ, & κινέω moueo dicitur. Eſt autem motus actus in potentia, *ſecund. Ariſt. lib. 3. Phyſ.* Item motus motio etiam dicitur. Hinc terræ motus, cuius cauſſa ſunt venti in cauernis terræ incluſi.

Motiua vis ſenſitiua duplex eſt, ſcilicet Naturalis & Animalis. Vis motiua naturalis eſt, quæ non mouet per apprehenſionem, nec eſt ſubiecta imperio rationis. Et talis eſt virtus vitalis & pulſatiua, quæ mouet arterias, & cor ſecundum dilatationem, & conſtructionem. Et huiuſmodi virtus eſt in corde, ſicut in proprio organo. Vnde ſolum habet eſſe in animalibus perfectis, pulmonem & cor habentibus. Et hæc vis per ſpirationem & reſpirationem eſt principium contemperandi calorem cordis, & corporis. Vis motiua animalis eſt, quæ mouet per apprehenſionem, & eſt triplex, quædam mouet per modum dirigentis, quædam mouet per modum imperantis, & quædam per modum exequentis. *Ex B. Thom Opuſculo de potentijs animæ, c. 5. De his videre potes latius ſupra in arbore Animæ.*

¶ POETARVM DICTA.

Ouid. 13. Met.

*Omnia mutantur, nihil interit, errat & illinc*
*Huc venit, hinc illuc.*

Ibidem.

*Cum ſint hæc forſitan illa*
*Hæc translata illuc, ſumma tamen omnia conſtant.*
*Nil equidem durare diu ſub imagine eadem*
*Crediderim, ſic ad ferrum veniſtis ab auro*
*Sæcula, ſic toties verſa eſt fortuna locorum.*
*Vidi ego, quod fuerat quondam floridiſsima tellus*
*Eſſe fretum: vidi factas ex æquore terras.*

Hor. 3. Carm. 29.

*Cætera fluminis*
*Ritu feruntur nunc medio in alueo*
*Cum pace delabentis Etruſcum*
*In mare, nunc lapides adeſos,*
*Stirpesq; raptas, & pecus, & domos*
*Voluentis vna non ſine montium*
*Clamore, viciniæq; ſyluæ.*
*Cum fera diluuies quietos*
*Irritat amnes.*

Lucret. 1.

*Semper in aſsiduo motu res quæque geruntur.*

Boet. 3. 9.

*Qui tempus ab æuo*
*Ire iubes, ſtabiliſq; manens das cuncta moueri.*

Manil. 4.

*Eſt æquale nihil, terrenos adſpice tractus,*
*Et maris, & notis fugientia flumina ripis.*
*Crimen vbiq; frequens, & laudi noxia iuncta eſt.*
*Sic ſterilis terris lætis interuenit annus,*
*Ac ſubitos rumpit paruo diſcrimine fœtus.*
*Et modo portus erat pelagi tam facta Charybdis,*
*Laudatiq; cadit poſt paulum gratia ponti,*
*Et nunc per ſcopulos nunc campos labitur amnis,*
*Aut faciens iter, aut quærens venitve reditve.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICA

Motus dicitur eius, quod eſſe poteſt, actus, quæ e vim habet. *lib. 3. de Nat. c. 2. T. 6. & l. 10. Metaph. c. 8.*

Motus actus quidam videtur eſſe, ſed tamen imperfe clinatus. *ibid. T. 15.*

Motu cietur omne id, quod mouet, quod idem eam v quod pulſu agitari poſſit, & cuius vacuitas à motu quie *ibid. T. 16.*

Ignorato motu, naturæ etiam ignoratio ſequitur. *libr. 3. c. 1. T. 1.*

Tot ſunt motus, mutationiſque genera, quot rerum. *ibi l. 10. Metaph. c. 8.*

Motus omnis velocior eſt & tardior. *l. 4. de Nat. c. 10. T.*

Magnitudinem motus comitatur, & quia vnius magni petua & continua eſt: motus etiam aſſiduus eſſe dicitur, ex motu. *l. 4. de Nat. c. 11. T. 99.*

Mutatio omnis natura de ſtatu id quod eſt dimouet. *l. 4. c. 13. T. 127.*

Motus omnis à quodam incipiens ad quiddam peruenit *Nat. l. 1. T. 3.*

Tria ſint motus genera neceſſe eſt: Qualitatis, Quan Loci. *ibid. T. 3.*

Omne quod mouetur, tribus modis mouetur: vel adue vel quod eius pars aliqua mouetur, vel per ſe. *libr. 5. de Na T. 17.*

Nec motus in motu, nec ortus in ortu, nec vno nomine in mutatione reperitur. *ibid. T. 10.*

Magis motus motui contrarius eſt, quam quies. *l. 5. de N T. 62.*

Vnus omnino motus is, qui perfectus eſt, dicitur: ſiue vnus, ſiue ſpecie, ſiue ratione & natura ſua. *libro 5. de Natu T. 42.*

Neque eius, quod mutatur, neque temporis, in quo tur, primum quicquam poteſt reperiri. *libro 6. de Natura, T. 49.*

Si ſemper ſit tempus: motus etiam æternus ſit neceſſe eſt *Nat. c. 1. T. 11.*

Neceſſe eſt omnis mutationis finem eſſe contraria, exiſtat, & in infinitum nihil moueri. *libro 8. de Natura, Tex. 16.*

Motus vnus & continuus eſt is, qui vnius eſt, & vno tem que in eo, quod ſpecie non differt. *libro 8. de Natura, Text. 64.*

Motus quo aliquid verſatur, circumque voluitur, vnus tinuus, non is, qui per rectam lineam fit, nec iniuria. *libr. 8. c. 9. T. 76.*

Eodem & totum, & pars, vt tota terra & parua gleba tura mouentur. *l. 1. de Cœlo. c. 3. T. 19.*

Motui, qui in orbem fertur, nec vnde, nec quo feratur, nec medium, nec terminus, nec medium omnino. *lib. 2. de C T. 35.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...quantitatis contrariæ fit mutatio, accretio & diminutio ... cum loci, motus: cum affectionis & qualitatis, commuta- ... de Ort. c. 4. T. 29.

...qui in orbem circumque fertur, vnus eſt continuus. *l. 1. de* ... *T. 59.*

... motu agitantur omnia, & oriuntur vel intereunt. *lib. de* ... *& Breu vita, c. 1.*

... eſt infinitus motus, ſed cuiuis finis propoſitus eſt. *lib. γ. 3.* ... *c. 4. T. 12.*

... motus à rebus. *l. x. 10. Metaph. c. 8.*

... moueri tum dicuntur, cum hæc ipſa adeſt actio, nec prius, ... *ibid.*

... fit mutatio, & quod tale eſt, motus eſt quidam. *libro 11.* ... *c. 9. T. 51.*

... ſex ſunt genera: vt Ortus, Interitus, Acceſſio, Deceſſio- ... & Loci mutatio. *In Categor. cap. 13. de motus gene* ...

# Mulier.

## ❡ DEFINITIO.

Vlier, Græce γυνή, αικὸς, ἡ, & γυναικεῖος, α, ὁ, muliebris dicitur. Mulier γυνή, quaſi γονή, pariens, teſte Platone. Mulieri pri- ... mæ, nempe Euæ, mulieres alias omnes repræſentanti dictum ... dolore paries. Hebr. *Iſſcha*, Vira, nempe à viro Adamo de- ... viro adiumentum futura, & quæ animum minime mol- ... virilem in familia regenda exerceret. Quod etiam mulier ... viro, vt ex ea prolem ſuſcipiat, dicitur *Nekebah*, à verbo *Na-* ... cauauit. In vtero enim mulier, veluti in loco concauo, qui ... aperitur, proles latet ad tempus conſtitutum, & inde in lu- ... Eſt autem mulier illa, quæ amplius virgo non eſt. Quare ... obiurgantibus cum nonnullis, quod ſexagenarius Popiliam ... duxiſſet, reſpondit: Cras mulier erit. Mulieris appellatio- ... vt vult Caius Iureconſultus, etiam virgo viripotens continetur, ... quæ matura viro, iam plenis nubilis annis.

## ❡ Loci Biblici.

Mulier Græcis γυνή, pro ſponſa, *Matth. 1. v. 20.* Mulier viri adiu- ... propter virum effecta, *Geneſ. 2. v. 18. 1. Cor. 11. v. 9.* ex coſta viri ... *v. 22.* gloria viri eſt, *11. v. 7.* à ſerpente ſeducta, *Geneſ. 3. v. 6. 13.* ... *2. 14.*

Mulier adultera fugienda, *Prou. 2. 16.* mulier apprehendens viri- ... *Deut. 25. v. 11. 12.* mulier bona laudatur, *Prou. 11. 16. & 12. 4. & 14.* ... *& 22. & 31. v. 10. 30.* mulier captiua, *Deut. 21. 10.* mulier fami- ... *Prou. 12. 4. Tit. 2. 5.* mulier pulchra fatua damnatur, *Prou.* ... *14. 1.* mulier rixoſa damnatur, *10. 13. & 21. 9. & 25. 24. & 21. 19.* ... mulier vas infirmum, ideoque honor ei tribuendus, *1. Pet.* ... virilem veſtem induere non debet, *Deut. 22. 5.* mulier Chriſtum ... laudat, *Luc. 11. v. 27.* mulier Samaritana Chriſtum agnoſcit, & ... prædicat, *Ioan. 4. 29.* mulier in adulterio deprehenſa Chri- ... adducitur, *8. 3.* mulier pulchra & prudens Abigail, *1. Sam. 25. v. 3.* ... ſanguinis fluxum patiens ſanatur, *Matth. 9. v. 20.* mulier ſe- ... ſuper beſtiam coccineam, *Apoc. 17. 3.* mulier vouens, *Num. 30.* ... *4.*

Mulieris pœna ob peccatum, *Gen. 3. 16.* mulieris prudentis conſi- ... *2. Sam. 20. v. 16.* mulieri Chriſtus euangelizat, *Ioan. 4. v. 7. &c.* ... mulieri non dandus primatus, *1. Tim. 2. 12.* mulierem non tangere, ... *1. Cor. 7. 1.*

Mulieres in vrbium expugnatione non necandæ, *Deut. 20. v. 14.* ... mulieres iure belli captæ, quibus conditionibus vxores ducendæ, ... *21. v. 11. 13.* mulieres præ fame filios comedunt, *2. Reg. 6. v. 28.* ... mulieres cantant canticum cum Maria, *Exodi 15. 20.* cohæredes ... gratiæ, *1. Petr. 3. 7.* plangunt Adonidem in Templo *Ezech. 8. 14.* ... Chriſtum, *Luc. 23. 27.* Chriſtum ſurrexiſſe prædicant, *Matth. 28. 8. 11.* ... mulieres Pſeudoprophetiſſæ damnantur, *Ezech. 13. 17.* mulieres ſal- ... per liberorum generationem, *1. Tim. 2. 15.* mulieres viris ſub- ... *Gen. 3. v. 16. Epheſ. 5. 22. Coloſſ. 3. 18. 1. Petr. 3. 1.* mulieres publicam ... docendi functionem exercere non poſſunt, *1. Cor. 14. 34. 1. Tim. 2. v.* ... mulieres velato capite orare debent, *1. Cor. 11. 5.* mulieres Chriſti ... reſurrectionem primæ vel ipſis Apoſtolis annunciant, *Matth. 28. 7.* *Mar. 16. 7. Ioan. 20. v. 17. 18.*

Mulierum caſtitas exigitur, *1. Tim. 2. 9. & 3. 11.* mulierum conſo- ... *1. Tim. 2. 15. 1. Pet. 3. v. 7.* mulierum curioſus ornatus damnatur, *Eccl. 9. 8. Eſa. 3. v. 16. 17. 18. 1. Tim. 2. v. 9. & 3. Epheſ. 3. v. 22. Coloſſ. 3. v. 18.* *1. Pet. 3. v. 3.* Mulierum modeſtia commendatur, *1. Cor. 11. v. 16.* mulie- ... rum proborum numerus rarus, *Eccl. 7. 19.* mulierum officium, *1. Ti-* *moth. 5. 14. Tit. 2. 4.* quo veſtitu & qua modeſtia in ſacro cœtu ſe ge- rere debeant, *1. Timoth. 2. v. 9. 11.* & quis earum verus ornatus, *ibid. & 1. Petr. 3. v. 3.* mulierum grandæuarum increpandarum ratio, *1. Ti-* *moth. 5. 2.*

## ❡ Sententiæ Biblicæ.

*Mulier bona Deum reuerenter honorat.*

Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier tamen timens De- um, ipſa laudabitur. *Prou. 31.*

Fundamenta æterna ſuper petram ſolidam, & mandata Dei in corde mulieris ſanctæ. *Eccl. 26.*

*Viro humiliter obtemperat.*

Mulier diligens corona eſt viro ſuo, & putredo in oſſibus eius, qui confuſione res dignas gerit. *Prou. 12.*

Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretium eius. Confidit in ea cor viri ſui. 31.

Noli diſcedere à muliere ſenſata & bona, quam ſortitus es in ti- more Domini: gratia enim verecundiæ illius ſuper aurum. *Eccl. 7.*

Non zeles mulierem ſinus tui, ne oſtendat ſuper te malitiam do- ctrinæ nequam. Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingre- diatur in virtute tua, & confundaris. 9.

Beatus qui habitat cum muliere ſenſata. *ibid.*

Mulieris bonæ beatus vir: nam numerus dierum ipſius condu- plicatur. Mulier fortis obllectat virum ſuum, & annos vitæ illius in pace implebit. Pars bona mulier bona, in pace bona timentium Deum, dabitur viro pro factis ſuis. 26.

Vt amicus commode congruat cum amico, vir tamen & vxor concordes vtrique præferendi ſunt. 40.

*Domum diligenter curat.*

Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet iu- cunditatem à Deo. *Prou. 8.*

Sicut ſol oriens in mundo in altiſſimis Dei: ſic mulier prudens in ornamentum domus ſuæ. 26.

*Proximum decenter ædificat honeſto affatu.*

Mulieres in Eccleſiis taceant: non enim eis permittitur loqui, ſed ſubditas eſſe. 1. *Cor. 14.*

Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. Adam enim pri- mus formatus eſt: deinde Eua: & Adam non eſt ſeductus: mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit. Saluabitur autem per filio- rum generationem, ſi permanſerit in fide, & dilectione, & ſanctifi- catione cum ſobrietate. 1. *Tim. 1.*

*Modeſto geſtu.*

Mulier gratioſa inueniet gloriam. *Prou. 11.*

Mulier ſenſata & tacita non eſt immutatio eruditæ animæ. Gra- tia ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata. *Eccl. 16.*

Columnæ aureæ ſuper baſes argenteas, & pedes firmi ſuper plantas ſtabilis mulieris. *ibid.*

Ædificatio ciuitatis confirmabit nomen, & ſuper hanc mulier immaculata computabitur. 40.

Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, & ſan- ctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem. 1. *Cor. 7.*

Vir quidem non debet velare caput ſuum, quoniam imago & gloria Dei eſt, mulier autem gloria viri eſt. Non enim vir ex mu- liere, ſed mulier ex viro. Etenim non eſt creatus vir propter mulie- rem, ſed mulier propter virum. Ideo debet mulier velamen habere ſuper caput ſuum, & propter angelos. 11.

Vos ipſi iudicate, decet mulierem non velatam orare Deum? Nec ipſa natura docet vos, quod vir quidem ſi comam nutriat, ignomi- nia eſt illi: mulier vero ſi comam nutriat, gloria eſt illi. *ibid.*

Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & ſobrie- tate ornantes ſe, non intortis crinibus aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa, ſed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. 2. *Tim. 2.*

*Mulier mala Deum contemnit.*

Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea quæ mollit ſermones ſuos, & relinquit ducem pubertatis ſuæ, & pacti Dei ſui oblita eſt: Inclinata eſt enim ad mortem domus eius, & ad inferos ſemitæ i- pſius. Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec ap- prehendent ſemitas vitæ. *Prou. 2.*

Virum de mille vnum reperi: mulierem ex omnibus non inue- ni. *Eccl. 7.*

Non eſt creata hominibus ſuperbia, neque iracundia nationi mulierum. *Eccl. 10.*

Peccatum duxit initium à muliere: & per eandem omnes mori- mur. 25.

*Virum offendit.*

Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem te- net adulteram, ſtultus eſt & inſipiens. *Prou. 18.*

Melius eſt ſedere in pinna tecti, quam cum muliere litigioſa, quæ partem ædium habet. 21.

Melius eſt habitare in terra deſerta, quam cum muliere rixoſa & iracunda. *ibid.*

Tecta perſtillantia in die frigoris & litigioſa mulier comparan- tur. 27.

Patrem & virum confundit audax. *Eccl. 22.*

Omnis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Omnis plaga triſtitia cordis eſt, & omnis malitia, nequitia mulieris. Et omnem plagam & non plagam videbit cordis, & omnem nequitiam & non nequitiam mulieris. 25.

Non eſt caput nequitius ſuper caput colubri, & non eſt ira ſuper iram mulieris. Commorari leoni & draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam. Nequitia mulieris immutat faciem eius, & obcæcabit vultum ſuum tanquam vrſus, & quaſi ſuccum oſtendet in medio proximorum. Ingemuit vir eius, & audiens ſuſpirauit modicum, &c. *ibid.*

Dolor cordis & luctus, mulier zelotypa. In muliere zelotypa flagellum linguæ omnibus communicans. 26.

Mulieres ſubditæ eſtote viris, ſicut oportet in Domino. *Col.* 3.

*Proximum incendit laſciuo aſpectu.*

Quod monile aureum eſt in rictu porci, id eſt mulier pulchra, & fatua. *Prou.* 12.

*Procaci affatu.*

Ne intenderis fallaciæ mulieris: fauus enim diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouiſſima autem illius amara, vt abſynthium: & lingua eius acuta, quaſi gladius biceps. Pedes eius deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus eius penetrant. Per ſemitam verò non ambulant, vagi ſunt greſſus eius & inueſtigabiles. Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. 5.

Dic ſapientiæ ſoror mea es, & prudentiam voca amicam tuam, vt cuſtodiant te à muliere extranea, & ab aliena quæ verba ſua dulcia facit, &c. 7.

Mulier ſtulta, & clamoſa, plenaque illecebris, & nihil omnino ſciens, ſedet in foribus domus ſuæ ſuper ſellam in excelſo vrbis loco, vt vocaret, tranſeuntes per viam, & pergentes itinere ſuo. 9.

Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor illius. *Eccl.* 7.

Manus debiles, & genua diſſoluta mulier, quod non beatificat virum ſuum. 25.

Sicut bonum iugum, quod mouetur: ita & mulier nequam. Qui tenet illam quaſi qui apprehendit ſcorpionem. Mulier ebrioſa, ira magna & contumelia, & turpitudo illius non tegetur. 26.

*Domum deſtruit.*

Sapiens mulier ædificauit domum ſuam: inſipiens extructam quoque manibus deſtruet. *Prou.* 14.

*Mulier mala ſumme cauenda.*

Quia mandatum lucerna eſt. Vt cuſtodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ. Non concupiſcat, &c. *Vide* Concupiſcentia. 6.

Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam. 31.

Bonum eſt homini, mulierem non tangere. 1. *Cor.* 7.

Adoleſcentiores autem viduas deuita. 1. *Tim.* 3.

*Solicite cuſtodienda.*

Vxorem ex ſententia nactus, ne repudies: nec te permittas odioſæ. *Eccl.* 7.

Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. 9.

Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum: nec mulieri nequam veniam prodeundi. Si non ambulauerit ad manum tuam, confundet te in conſpectu inimicorum. A carnibus tuis abſcinde eam, nec ſemper te abutatur. 25.

Ab ea quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui. *Mic.* 7.

## ¶ Patrvm Sententiae.

Decarnibus ſcintillæ proſiliunt, de ferro rubigo nutritur, morbos aſpides ſibilant, & mulier fundit concupiſcentiæ peſtilentiam: in riſum aliquando diſſoluitur, nunc blanditias exhibet, & quod eſt venenoſius ſuper cuncta, pſallere delectatur, aut cantare: cuius cantu tolerabilius eſt audire baſiliſcum ſibilantem. *Aug. in lib. de ſing. cleric.*

Nil eſſe ſentio, quod magis ex arce deijciat animum virilem, quam blandimenta fœminæ, cordiumque ille contractus, ſine quo vxor haberi non poteſt. *l. 8. Soliloquiorum.*

Mulier nec docere poteſt, nec teſtis eſſe, nec fidem dicere, nec iudicare: quanto magis non poteſt imperarare? *In quæſtion. ex vtr. Teſt.*

Illud aduerte, quod extra paradiſum vir factus eſt, mulier intra paradiſum, vt aduertas, quod non loci, non generis nobilitas, ſed virtute vnusquiſq; ſibi comparet gratiam. Denique extra paradiſum, hoc eſt, in inferiori loco, vir factus, melior inuenitur, & illa, quæ in meliori loco, hoc eſt, in paradiſo facta, deterior inuenitur. *ibid.*

Hoſpitiolum tuum aut raro, aut nunquam mulierum pedes terant: omnes puellas aut virgines Chriſti, aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Vide ne ſub eodem tecto manſeris, nec præterea caſtitate confidas, nec Samſone fortior, nec Dauide ſanctior, nec Salomone poteris eſſe ſapientior. Memento ſemper, quo paradiſi colonum de poſſeſſione ſua mulier eiecit. Vnde ait quidam,

*Adam, Samſonem, Petrum, Dauidem, Salomonem*
*Decepit mulier: quis modo tutus erit?*

*Hier. in epiſt. ad Nepot.*

Matrem tuam ita vide, ne per illam alias videre cogaris ... vultus cordi tuo hæreant, & tacitum viuat ſub pectore vu... cillulas, quæ illi in obſequio ſunt, tibi ſcias eſſe in inſidiis, ... vilior eſt earum conditio, tanto facilior eſt ruina. *ibid.*

Ioannes Baptiſta matrem ſanctam habuit, Pontificis fi... nec tamen patris opibus, nec matris affectibus in domo pa... cum periculo caſtitatis manere voluit. *ibid.*

Nunquam de mulierum formis diſputes, nec quid in ca... domo agatur, alia domus parte noueris: fœminæ nomen ... uerint, vultum tuum neſciant. *ibid.*

Illa ſit pulchra, illa ſit amabilis, illa habenda inter ſocias, ... ſcit ſe pulchram eſſe, quæ negligit formæ bonum, & proce... publicum, non pectus & colla denudat, nec pallio denuda... ces aperit, ſed quæ celat faciem, & vix vno oculo, qui via... eſt, patente; ingreditur. *in epiſt.*

Pulchra cito adamatur, fœda facile concupiſcit, diffi... ditur, quod plures amant. Moleſtum eſt poſſidere, quod ... bere dignetur: minore tamen miſeria deformis habetur, ... moſa ſeruatur. *ibid.*

Nihil tutum eſt, in quo totius populi vota ſuſpirant: ... ma, alius ingenio, alius facetiis, alius liberalitate ſolicitat, ... modo expugnatur, quod vndique inceſſitur. *ibid.*

Quid aliud eſt mala mulier, niſi amicitiæ inimica, ineffu... pœna, neceſſarium malum, naturalis tentatio, deſiderabilis ... tas, domeſticum periculum, delectabile detrimentum, mal... boni colore depicta? Ergo ſi dimittere illam peccatum e... autem vere tormentum eſt: neceſſe eſt, vt aut dimittentes ... rium faciamus, aut tenentes quotidianas pugnas habeamus. ... *ſuper Matth.* 19.

Quid quis dicat, aut quomodo quis enarret mulierem ... crudelem & malitioſam? ego quidem exiſtimo, nullam e... mundo beſtiam comparabilem mulieri malæ. Quid inter ... pedia animalia leone ſæuius? ſed nihil hac ferocius, quid ... tibus dracone acrius? nec hic quidem cum muliere mala ... poteſt. Nam leo & draco in malo inferiores ſunt. Daniel ... in lacu veriti ſunt: iuſtum verò illum Naboth Iezabel ... Cetus Ionam in ventre cuſtodit: Dalila Samſonem circum... illecebris raſo etiam capite deformatum alienigenis trad... hannem Baptiſtam in deſerto viuentem dracones & aſpides ... feritate tremuerunt; Herodias vero eidem caput abſcidit, ... viri mortem in pretium ſaltationis acceſſit. O malum ſum... acutiſſimum Diaboli telum mulier! Per mulierem Adam ... in paradiſo cecidit, mulier ipſum exterminauit. Per mulie... nitiſſimus ille Dauid ſuum militem innocentem Vriam, ... dolo occidendum hoſtibus præſentauit: Mulier ſapienti... Salomonem in præuaricationis ſacrilegium præcipitauit. ... fortiſſimum Samſonem raſit: raſumq; excæcauit. Mulier ... mum Ioſeph vinculis alligatum in carcerem truſit. Mulier ... nem totius mundi caput capite truncauit. Quid dicam de ... bus? quum mulier angelos de cœlo depoſuerit, mulier ... mnes proſtrauit, omnes iugulat, omnes interficit, omnes ... lier impudens, nemini parcit, non Leuitam honorat, non ... tem reueretur, non Prophetæ defert. O malum omni ... mulier mala! Siue illa pauper ſit, ſiue diues, ſi facultates habe... peratrices ſunt malitiæ ſuæ. O malum intolerabile, vipera ... diabilis, venenum inſanabile, mulier mala! Si iniuriam pa... ſanit: ſi honorem accipit, extollitur, ſi potentis vxor fit ... nocte ac die callidis ſtimulare ſermonibus, blanditur nequ... quod vult importuna rapit violenter: ſi pauperem habet ... ipſum ad iracundias & rixas incitare non deſinit, ſi vidua ... paſſim deſpicit, & ad omnem audaciam ſuperbiæ inflatur: ... Dei non refrænat linguam ſuam, nec irata futurum iudicium ... ſpicit, nec ad Deum attendit. *Chryſoſtom. in ſerm. de collat. ... Baptiſtæ.*

Quia in paradiſo mulier propinauit viro mortem, à ſep... mulier viris adnuntiat vitam: vt ſine occaſione ſexus mul... introductio mortis, ita hic ex pietate ſexus muliebris ... vitæ: vt quæ viro transfuderat culpam, transfunderet & gra... *Raban. ſup. Matth.* 17.

Scribit Herodotus, quod quum mulier cum veſte deponit ... cundiam, & quod ſine veſte gerit, quaſi non fecerit, obliuiſcitur. ... quis autem teſtis adfuerit, ipſa tamen artificio linguæ cogitet ... teri non vidiſſe, quod viderat: & quod verbis excuſare non ... hoc lachrymis excuſat, blanditur oculis, ſeducit oſculis, ... plexibus. *Hugo in libello ad ſocium volentem nubere.*

Ait Cato Vticenſis: Si abſq; fœmina eſſet mundus, con... noſtra non eſſet abſq; diis: Amice, Cato non niſi ſenſa & cogita... loquebatur, nec quiſquam fœminarum execretur ludibria, ... ſus, nec pene conſcius his fidem habere debet, niſi expertus: ... uerat, quod flos Veneris, roſa, & quod ſub eius purpura ... tent aculei. *Val. in epiſt. ad Rufum.*

Aut...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…ad omnia, quæcunque amat vel odit fœmina, & artifi-
…quum vult. *ibid.*

…naturalis in hominibus, vt ſeruiant fœminæ viris, & filii … quia in illis hæc iuſtitia eſt, vt maiori ſeruiat minor. *Au… Gen & hab.33. q.5. Eſt ordo.*

…Chriſtianos ſcandalizant potius, quæ purpuriſſo & … ora oculosq; depingunt, quarum facies Ægyptia… candore deformes idola mentiuntur, quas nec numerus … poteſt dicere, quod vetulæ ſint, quæ capillis alienis verti… & præteritam iuuentutem, in rugis anilibus poliunt. … mulier Chriſtiana, ſi naturam cogit in decorem, ſed car… in concupiſcentiis. *Hieron. in epiſt.8.*

…ſubiectam dominio viri eſſe, & nullam authorita… nec docere poteſt, nec teſtis eſſe, nec fidem dare, nec iu… *l. quæſt. noui & Veteris Teſtam. & habet.33. q.5. Mulie.*

…per Euam deceptus eſt, non Eua per Adam: quem vocauit … mulier, iuſtum eſt, vt eam gubernationem aſſumat, ne … fœminea facultate labatur. *Amb. in Hexa. in tract. diei. & … Adam.*

…debet velare caput, quia non eſt imago Dei, ſed vt viro o… ſubiecta, & quia præuaricatio per illam inchoata eſt, hoc … debet habere in Eccleſia propter reuerentiam epiſcopalem: … caput liberum, ſed velamine tectum, non habeat pote… quia Epiſcopus habet perſonam Chriſti, quaſi er… Chriſtum, ita ante epiſcopum ſit: quia vicarius … propter peccatum originale ſubiecta debet videri. *Idem … ad Corinth. & hab.33. q.5. Mulier.*

…oriosum eſt, quod non de eadem terra, in qua plaſma… ſed de ipſius Adæ coſta facta ſit mulier, vt ſciremus, v… & in muliere corporis eſſe naturam, vnum fontem ge… Ideo non duo à principio facti vir & mulier, nec duo … duæ mulieres, ſed primum vir, & deinde ex eo mulier. … naturam volens hominum conſtituere Deus, ab vno … creaturæ hoc incipiens, multarum & diſparium natura… facultatem. *Amb. in lib. de Paradiſo. & habet. ibid. Nec*

…validus & fortis leonem ſuffocauit, ſed amorem ſuum … non potuit: vincula ſoluit hoſtium, ſed ſuarum non ſoluit … Meſſes incendit alienas, ſed vnius ipſe mulieris … igniculo, meſſem ſuæ virtutis amiſit. *Ambroſ. libro 1. de*

…ſpecioſa mulier? ſepulchrum dealbatum, niſi fuerit ca… Pulchritudo autem ſine his virtutibus eſt præcipitium … inſpicientibus compoſitum. *Ioann. Chroſoſt ſuper*

…dum maritantur, ideo velantur, vt ſe nouerint ſemper … ſubditas eſſe, & humiles. *Iſidor. & hab.30. q.5. Fœminæ.*
… vehementior diſcordiarum eſt cauſſa, quam vnius fœ… maribus appetitio. *Lactant. Firmianus diuitiarum … lib.3.*

¶ Poeticae Sententiae.

Euripides in Medæa.

Γυνὴ γὰρ ἐστι τ᾽ ἄλλα μὲν φόβου πλέα,
Κακή δ᾽ ἐς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾶν.
Ὅταν δ᾽ ἐς εὐνὴν ἠδικημένη κυρῇ,
Οὐκ ἔστιν ἄλλη φρὴν μιαιφονωτέρα.
*Mulier enim in alijs quidem timore plena,*
*Timida autem in pugnam & ferrum inſpicere.*
*Sed quando circa lectum iniuria affecta fuerit,*
*Non eſt alia mens magis homicida.*
Γυναῖκες ἐς μὲν ἐσθλ᾽ ἀμηχανώταται,
Κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.
*Mulieres ſumus ad bona conſilia pauperrimæ,*
*Malorum aūt omnium artifices ſapientiſſimæ.*
Πάντων δ᾽ ὅσ᾽ ἔμψυχα, καὶ γνώμην ἔχει.
Γυναῖκες ἐσμὲν ἀθλιώτατον φυτόν.
*Omnium autem quæ ſunt animata, & mentem habent,*
*Mulieres ſumus miſerrima plantæ.*

Menander.

Γυνὴ δικαία τοῦ βίου σωτηρία
*Mulier iuſta vitæ ſalus.*
Γυναικὸς ἐσθλῆς ἐπιτυχεῖν οὐ ῥᾴδιον.
*Mulierem bonam conſequi non facile.*
Γυνὴ δὲ χρηστὴ πηδάλιον ἐστ᾽ οἰκίας.
*Mulier autem bona temo eſt domus.*
Καλὸν γυναικὸς εἰσορᾶν καλοὺς τρόπους.
*Pulchrum mulieris inſpicere pulchros mores.*
Καλὸν φυτὸν πέφυκεν ἐν βίῳ γυνή.
*Pulchra planta eſt in vita mulier.*
Ὑπερήφανον πρᾶγμ᾽ ἐστὶν ὡραία γυνή.
*Superba res eſt mulier ſpecioſa.*

Pittacus.

Γυναικὸς ἄρχου, id eſt: *Mulieri impera.*

Plaut. in Rudente.

*Tacita mulier eſt bona ſemper, quam loquens.*

Plaut. in Mercatore.

*Ecaſtor lege dura viuunt mulieres,*
*Multoq; iniquiore miſeræ quam viri.*
*Nam ſi vir ſcortum duxit clam vxore ſua,*
*Id ſi reſciuit vxor, impune eſt viro.*
*Si clam domo egreſſa eſt foras,*
*Viro fit cauſa, exigitur matrimonio.*

Plaut. in Pœnulo.

*Bono ingenio me eſſe ornatam, quam auro multo malo.*
*Multa ſunt mulierum vitia, ſed hoc è multis maximum eſt,*
*Cum ſibi nimis placent, nimiuq; operam dant, vt placeant viris.*

Plaut. in Bacchid.

*Iſthoc illecebroſius*
*Fieri nil poteſt: nox, mulier, vinum, homini adoleſcentulo.*

Terent. in Heautont.

*Noſtin mores mulierum. Dum poliuntur, dum comuntur, annus eſt.*

Tibull. lib.3. eleg. 4.

*Ah! crudele genus, nec fidum fœmina nomen,*
*Ah! pereat, didicit fallere ſi qua virum.*

Catull. eleg. 6.

*Dicit ſed mulier cupido quæ dicit amanti,*
*In vento & rapida ſcribere oportet aqua.*

Martial. l.12. in Zelotypam.

*Scire ſuos fines matrona & fœmina debet.*

Menandri Comici.

Ἔστι γὰρ γυνὴ λέγουσα χρηστ᾽ ὑπερβάλλον φόβος.
*Mulier verbis benigna maxime timenda eſt.*

Menander.

Ἔργον γυναικὸς ἐκ λόγου πίστιν λαβεῖν.
*Difficile eſt verbis mulieris fidem habere.*

Eurip. in Oedip.

Ἄλλων δὲ πάντων δυσμαχώτατον γυνή.
Ἐχθροῖσιν εἴη πολεμίαν δάμαρτ᾽ ἔχειν.
*Inter omnes alias res maxime inexpugnabilis eſt mulier:*
*Hoſtibus eueniat, inimicas habere vxores.*

Plaut. in Truculent.

*Male quod mulier incepit, niſi efficere perpetrat,*
*Id illi morbo, id illi ſenio eſt, ea illi miſeria miſeria eſt.*
*Si bene facere incepit, eius ea cito odiū percipit.*
*Nimis quam pauca efficiunt ſi quid occeperint benefacere.*
*Mulieri nimio malefacere melius eſt onus quā bene.*

Euripid. in Danae.

Γυνὴ γὰρ ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων,
Οὐ τῶν τεκόντων ἐστὶν ἀλλὰ τοῦ λέχους.
*Mulier paternam egreſſa domum,*
*Non amplius parentum eſt, ſed mariti.*

Iuuen. Sat. 6.

*Semper habet lites, alternaq; iurgia lectus,*
*In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.*
*Tunc grauis illa viro, tunc orba tigride peior,*
*Cum ſimulat gemitus occulti conſcia facti:*
*Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat*
*Vberibus ſemper lachrymis ſemperq; paratis*
*In ſtatione ſua*
*Nil non permittit mulier ſibi, turpe putat nil,*
*Cum virides gemmas collo circumdedit, & cum*
*Auribus extenſis, magnos commiſit elenchos.*

Euripid. in Danae.

Οὐ γάρ τις αἶνος, ὡς γυναιξὶ μὲν τέχναι
Μέλουσι, λόγχη δ᾽ ἄνδρες εὐστοχώτεροι,
Εἰ γὰρ δόλοισιν ἦν τὸ νικητήριον,
Ἡμεῖς ἂν ἀνδρῶν εἴχομεν τυραννίδα.
*Sic tibi ſolet, mulieribus artes*
*Curæ eſſe: viros autem plus valere haſta,*
*Nam ſi dolis acquirere victoriam liceret,*
*Nos ſane viris imperaremus.*

Eurip. in Iphigenia.

Δειναὶ μὲν αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας,
*Callida ſunt mulieres inueniendis dolis.*

Plauti Syra. anus.

*Vtinam lex eſſet eadem vxori, quæ eſt viro,*
*Nam vxor contenta eſt, quæ bona eſt, vno viro,*
*Qui minus vir vna vxore contentus ſiet?*
*Ecaſtor faxim ſi itidem plectantur viri,*
*Si quis clam vxorem duxerit ſcortum ſuam,*
*Vt illæ exiguntur, quæ in ſe culpam commerent,*
*Plures viri ſint vidui, quam nunc mulieres.*

Homerus.

*Οἶσθα γὰρ, οἷος θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γυναικός.*
*Κείνου βούλεται οἶκον ὀφέλλειν, ὅς κεν ὀπυίοι*
*Παίδων δὲ προτέρων καὶ κουριδίοιο φίλοιο*
*Οὐκέτι μέμνηται τεθνειότος, οὐδὲ μεταλλᾷ.*
*Noſti enim qualis ſit mens in pectore mulieris.*
*Illius vult domum augere, qui ipſam duxerit vxorem,*
*Priorum verò liberorum, & primi mariti*
*Defuncti non meminit amplius, neque moratur.*

Phocylides Poeta, cuius eſt ſententia.

*Ex quatuor hiſce animalibus natum eſt*
*Genus mulierum, cane, apicula,*
*Torua ſue, aut equo iubato.*
*Ex equo nata agilis eſt, velox, diſcurrens, pulchritudine*
*præſtans:*
*Ex torua autem ſue neque mala, neque bona eſt.*
*Ex cane verò moleſta & fera. Ex apicula autem*
*Bene regit rem familiarem, & nouit operari.*
*Cuius amabiles nuptiæ, chare ſodalis, optandæ tibi ſunt.*

Græcè.

Κεῖ τόδε Φωκυλίδεω, τέσσαρων ἀπὸ τῶνδε γένονται
Φῦλα γυναικεῖον, ἡ μὲν κυνός, ἡ δὲ μελίσσης,
Ἡ δὲ συὸς βλοσυρῆς, ἡ δ᾽ ἵππου χαιτηέσσης,
Εὔφορος, ἥδε ταχεῖα περίδρομος, εἶδος ἀρίστη.
Ἡ δὲ συὸς βλοσυρῆς οὔτ᾽ ἂρ κακή, οὐδὲ μὲν ἐσθλή.
Ἡ δὲ κυνός, χαλεπή τε, καὶ ἄγριος, ἡ δὲ μελίσσης,
Οἰκονόμος τ᾽ ἀγαθή, καὶ ἐπίσταται ἐργάζεσθαι,
Ἧς εὔχου φίλ᾽ ἑταῖρε λαχεῖν γάμου ἱμερόεντος.

Seneca in tragœd. 10.

*O quam cruentus fœminas ſtimulat dolor,*
*Cum patuit vnà pellici ac nuptæ domus.*

Seneca in Medea.

*Nulla vis flammæ, tumidiq; venti*
*Tanta nec teli metuenda torti,*
*Quanta cum coniux viduata tædis*
*Ardit, & odit.*

Anthol. Sacr. Iac. Bill.

Quam turpis ſit in muliere impudentia.

*Quæ proba dignoſci poſſet, quæ fœmina nequam*
*Temporibus priſcis cum tota nulla foret:*
*Id tulit indigne Dominus: nam perfida caſta,*
*Caſtaq; iudicio perfida plebis erat.*
*Errorem hunc igitur tollens his ora pudore.*
*Illeuit, quibus eſt chara pudicitia:*
*At quibus eſt ſtudio Veneris ſcelerata voluptas,*
*Fecit, vt his toto deſit in ore pudor.*

## ¶ Sententiae Philosophicae.

Lac mulierum nigrarum melius eſt, & pluris cibi, quam albarum. *Ariſt. l. 3. de animalib.*

Nulli animalium accidit menſtruum ſicut mulieri. *Idem libr. 6. de animalib.*

Mulier melioris eſt pietatis, & compoſitionis, quam vir, ſed maioris inuidiæ, & diligit lites, & malitioſior eſt viro, & facilius decipitur. *Idem l. 8. de animalib.*

Mulieres lactantes omnino non menſtruantur, vel modicum. *Idem l. 10. de animal.*

Mas eſt principium motus in generatione. Fœmina verò eſt ſicut materia.

Fœmina non generat per ſe, quia indiget principio motus, quod eſt mas. *Idem l. 15. de animal.*

Mulier & equa ſuper omnes fœminas diligunt coitum.

In hominibus citius formantur mares quam fœminæ.

Fœminæ debiliores ſunt maribus, quia ſunt frigidioris naturæ. *Idem l. 18.*

Conſilium mulieris eſt inualidum, pueri autem imperfectum. *Idem l. 1. Politic.*

A mulieribus male regitur ciuitas.

Melius eſt mulieris dotem modicam vel mediocrem eſſe, quam magnam. *Idem l. 3. Politic.*

Finis generationis in viris, vt plurimum eſt numeris ſeptuaginta annorum, in mulieribus autem quinquaginta. *Idem l. 7. Politic.*

Mulier exuta tunica, verecundiam pariter exuit. *Herod. l. 1.*

Mulier nubendo ſe non proſperæ tantum, ſed & omnis fortunæ cum marito init ſocietatem. *Iuſtin. lib 23.*

Non eſt imbecillis tantum & impar laboribus ſexus muliebris: ſed ſi licentia adſit, ſæuus, ambitioſus, poteſtatis auidus. *Tacit. Annal. lib. 3.*

Maledictis mulieres pugnare ſolent. *Nicet. in Manuele com. l 4.*

Nihil eſt concitatius muliebri animo, nihil æque promptum ad probabiles calumnias ſtruendas, & ſua mala inſolenter conferenda. Cum inuiſa eſt mulier, ſe odiſſe ait: cum amat, amari: cum furatur, ſe compilari quæritur: ac experti quidem ſe profitetur, ſed ea eſſe modeſtia, vt amatorem execretur, & huiuſmodi rebus gloriari & ſuperbire non dubitat, nihil verita ne coarguatur. Sed cum facile exagitari poſſe, & iucunda petulantium homin[...] uit, tintinabulo ſonantiorem linguam exerit, a[...] cœlumque terræ miſcet, quod ſi nobilitate & potentia [...] quouis modo cognitionis veritati obſtant, tum propter [...] pus, & magno mari ad eluendas contumelias & calum[...] ro, contra quem improba linguam ſuam exacuit. *Niceph. hiſt. lib. 7.*

Abſurdum & turpe eſt mulierem potandi ſtudioſam [...] ge magis multipotam. *Ælian. var. hiſt. l. 2. c. 41.*

Dare frenos impotenti naturæ, & indomito animali (*[...] Porcius Cato*) nec ſperare ipſas modum licentiæ facturas [...] ciatis.

Omnium rerum libertatem, imo licentiam, ſi vera d[...] mus, deſiderant.

Exemplo ſimul pares eſſe cœperint, ſuperiores erunt. *Li[...] cad. 4. lib. 4.*

Ornentur mulieres (*dictum Catonis*) non auro, non [...] non acu pictis aut byſſinis veſtibus: ſed modeſtia, mari[...] ſeruantia, liberorum amore, obedientia, moderatione, le[...] tatis, armis noſtris, victoriis, triumphis. *Zonar. Annal. [...]*

Mulierum genus eſt auarum. *Cic. Rhet. vet. lib. 1.*

Vini vſus olim Romanis fœminis ignotum fuit, ne ſ[...] liquod dedecus prolaberentur: quia proximus à Libero [...] temperantiæ gradus ad inconceſſam Venerem eſſe conſu[...]

Veneficii quæſtio & moribus & legibus Romanis ign[...] plurimum matronarum patefacto ſcelere orta eſt: quæ [...] ſuos clandeſtinis inſidiis veneno perimerent, vnius ancill[...] protractæ, per ſenatum capitali iudicio damnatæ, centum [...] ginta numerum expleuerunt. *Valer. Max. l. 2.*

*Γυνὴ πολλὰ ἀνδρὸς ὀξυτέρη πρὸς κακοφραδμοσύνην.*

Mulier multo quam vir promptior eſt ad aſtutias & m[...] tem. *Democritus.*

*Εὐάγωγοι γάρ ἐστιν εἰς πίστιν γυνή, καὶ μάλιστα [...] πρόσῃ.*

Mulier ad credendum facilis eſt, & præſertim in ca[...] *Caius pro Lucilla.*

*Εὐάγωγον δ᾽ εἰς τὸ ῥᾳδίως τὸ τολμῆσαι θυμὸς γυνα[...]*

Agilis & promptus eſt muliebris animus ad auda[...] *[...]tra Menandrum.*

Viros ad vnumquodq; maleficium ſingulæ cupidi[...] lunt, mulieres ad omnia maleficia cupiditatis vna duci[...] um enim vitiorum fundamentum eſt auaritia. *Cic. lib. 2. [...]*

Mulieres facilius incorruptam antiquitatem conſeru[...] multorum ſermonum expertes ea tenent ſemper, quæ [...] cerunt. *lib. 3. Orat.*

Mulier, quæ vini vſum immoderate appetit, & virtu[...] bus ianuam claudit, & vitiis aperit. *Man. l. 7.*

Aut amat, aut odit mulier, nihil tertium. Dediſcere [...] nam mendacium eſt. Duo genera lachrymarum haben[...] fœminarum: veri doloris vnum, inſidiarum aliud. M[...] la cogitat, mala cogitat. *Sen. in Prouer.*

## ¶ Apophthegmata.

*Crates*, mundum muliebrem dicebat eſſe, quod ornat [...] ornat autem id, quod eam reddit compoſitiorem ac mo[...] Verum id non præſtat, inquit, neque ſmaragdus, neque p[...] quæcunq; adderent v m ac ſpeciem honeſtatis ac verecu[...] cis κόσμος, & mundum ſonat, & ornamentum. Inde [...] *Laer. l. 6. c. 5.*

*Diogenes* conſpicatus mulieres garrulas inter ſe collo[...] Aſpis, inquit, à vipera venenũ mutuatur. *Ant. in Meliſ. p[...]*

*Solon* a quodam rogatus, an vxor eſſet ei ducenda? Si [...] xeris, inquit, habebis pœnam: ſi pulchram, habebis co[...] *eodem ſerm.*

*Ariſtippus* mulierem paruam, ſed pulchram conſpicat[...] uum quidem pulchrum, inquit, magnum autem malum [...] *ſerm. de mulier fort. &c.*

*Protagoras* vxorem temperantem quærere iubebat [...] ſiorem. Illud enim, inquit, eſt theſaurus, qui ſurripi non p[...] autem animi opinio ſiue perſuaſio. *eod ſerm.*

*Philo* dicebat, Phyſicos narrare mulierem nihil aliud qu[...] perfectum eſſe marem. Infirmiora item quodammodo e[...] rum conſilia, nec extra res, quæ ſub ſenſum cadunt, quic[...] ſe eas comprehendere. *eod. ſerm.*

*Philonis vxor* in complurium fœminarum cœtu interr[...] cur ſola ex omnibus aureo non vteretur ornatu? Satis, inqu[...] magnus ornatus viri ſui virtus eſt. *ibid.*

*Pericles*, quum, deuictis Samiis Athenas reuerſus, pro con[...] laudaſſet eos, qui in bello ceciderant, cæteræ matronæ [...] concione coronis ac vittis decorarunt. Elpinice verò Cimo[...] propius accedens, dixit illi: Præclara ſunt iſta, quæ geſſiſti, & [...] decoranda: qui nos tot fortibus viris ſpoliaſti? Ad hæc [...] uitia nihil commotus Pericles, tantum ariſit: nec aliud re[...] quam verſiculum Archilochi:

*Οὐκ ἂν μύροισι γραῦς ἐοῦσ᾽ ἠλείφεο.* Id eſt:
*Vnguento, anus cum ſis, caueto inungier.*

Significans, publica negotia non eſſe curanda vetulæ. Ta[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...rum, quam turpe foret eam vnguentis vti. *Plutarchus in*

...mulierem os exornantem animum deformem indi- ... *Ant. ſer. de mulierib. improb.*

... ſciſcitatus, cur, cum magnus eſſet, paruam duxiſſet ... (inquit) in malo eligendo, quod minimum erat, elegi. ...

...dicebat: Quum diligere & appetere te dixeris mulier, ... magis metuendum tibi eſt, quam quum conuitiatur, ſo... ...ſit dicere, tria ſe mala aſſecutum, Grammaticam, Pau... ...& perniciosam Vxorem: quorum duo effugiſſet, pernicio... ...orem minime. Adoleſcentulis eum de matrimonio con... ...Quemadmodum piſces, inquit, qui nondum intra naſſas ...intrare, qui autem iam intus ſunt, volunt exire: ſic & vos, ...bis accidat, vidtee. Item Xantippen ornatam, & ad ſpecu... ...conſpicatus: Non, inquit, vt ſpectes, ô vxor, proficiſceris, ...deris. *eod ſerm.*

...interrogatus, quam ob cauſam inimico filiam nu... ...: Quia (inquit) nihil ei dare poteram deterius. *Eodem*

...num exornatam conſpicatus, Si (inquit) viris, falleris: ſi ...ornata es. *ibid.*

...*philoſophus* interrogatus, quid eſſet mulier mala? re... ...in naufragium, domus tempeſtas, quietis impedimen... ...captiuitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, ...um bellum, bellua conuiua, ſolicitudo confidens, leæna ...ns, exornata ſcylla, animal malitioſum, malum neceſſa... ...*ſer. 9.*

...Dicente hoſpite quodam, Solæ vos Lacenæ viris imperatis: ...Nos quidem ſolæ viros parimus. *idem.*

...*mulieres.* Cum Cyperii aduerſus Aſtyagem Medorum ...feliciter pugnaſſent, mulieres in vrbem fugientibus ob... ...ac nudatis ventribus: Quo, inquiunt, ignauiſſimi rui... ...ſtis, vos huc iterum intrare non poſſe, vnde ſemel naturæ ...fuiſtis? Inuerſo ordine matres animant mares, quæ ſo... ...ulis auocare. *Eraſ. Rot. l. 6. apoph.*

...illud ſæpe in vita ſe pœnituiſſe dixit, ſi quid arcani fœ... ...diſſet. Eſt quippe loquaciſſimum animal mulier, non fa... ...ea, quæ in aurem dicta ſunt. *Plut in Cat.*

...obiurgans aliquando mulierum impotentiam: Omnes, in... ...mines vxoribus dominantur, nos omnibus hominibus no... ...vxores. Hoc modo colligens, mulieres rerum omnium ... *Plut. in Rom. apoph.*

...*patra.* Cum Auguſtus Cleopatram inuiſeret, exigeretque ab ...: Seleucus, vnus ex procuratoribus ipſius, indicauit ali... ...ſubtractum ab ipſa. Illa in procuratorem inſiliit, & arre... ...s crine crebris ictibus pulſauit os. Hæc quum Auguſtus ...tus eſſet inhibere: illa, an non, inquit, permoleſtum eſt, ...quum tu me digneris inuiſere, ſeruos meos heram incuſa... ...nihil muliebrium ornamentorum ſubtraxerim, non ea ...mihi, ſed vt Octauiæ & Liuiæ munuſcula dem? Hoc com... ...ſuaſit Cæſari, ſe de vita cogitare, dum mori decreuiſſet. ...*dat.*

...ſpecioſa & pulchra templum eſt ſuper cloacam ædifica... ...bat Socrates, *Laert. de vita & morte philoſ.*

## ❡ Similitvdines.

...*Noecæſarienſis.* Expertus ſum, mulierem eſſe quandam ...ram, vel aliud tale quid. Cor enim ipſius quaſi ſagena ...es concludit. Quod ſi manu ſola contingat, tenet: ſint ...vinculis trahit. *in Eccl.*

...*ſilij*, Vt naues putres procellæ & tempeſtates demergunt. ...proba mulierum ſtudia & affectiones imbecillos cohabitan... ...mo miſere ſubmergunt & perdunt. *Apud Anton. parte 2.* ...*24.*

...*ani*, De carbonibus ſcintillæ diſſiliunt, de ferro rubigo nu... ...morbos aſpides ſibilant, & mulier fundit concupiſcentiæ ...am, quam Salomon ſic comparat, dicens: De veſtimento ...tinea, & à muliere iniquitas viri. *De ſingularitate clerico...*

...*contingit* per tempeſtates nauigia feliciter explicare, & alteri ...itas non poteſt euenire: Sic vnus ſine querela cum mulie... ...conuerſatur, alius cadit. *De ſingul. cler.*

...*onij*, Circulus aureus in naribus eius, mulier pulchra & fa... ...: Hoc modo circulum aureum infixeris in naribus ſuis, id eſt, in ...porci: ille dum pergit terram vertere ac fodere naſo, immer... ...culum aureum in volutabrum luti: & tunc perdit circulus ...decorem quem habuit: Similiter ergo mulier fatua, ſi habet ...tudinem vultus, vel accipiat ornamenta inaurium moniliũ, ...& veſtimentorum ſordidat pulchritudinem ſuam, & amittit ...um, ſi ſe cœno libidinis coinquinare diligat, & adulteriis cor... ...*in Parab. Salom.*

...*tarchi*, Vt nemo ſentit, qua parte ſtringat calceus, niſi qui in... ...eſt: Ita nemo nouit ingenium mulieris, niſi qui duxit vxorem. ...*Moral.*

*Plinij*, Muta cicada, & miraculo eſt, quod ipſum genus ſit garrulum: ſunt autem huiuſmodi in agro Rhegino: Sic magis admiramur conſtantiam & ſilentium in fœmina, quod ipſum genus mutabile ſit & loquax *Lib. 11. c. 27.*

*Elyſii Calentij*, Mulieres vitibus ſimiles ſint, viri arboribus, quibus adhæreant vites, quibusve ſine fructum neque vllum imbecilles ferent: neque, ſi quempiam afferrent, ſuſtentabunt. *in epiſtol. ad Caſsianam.*

*Mulieres* quidem plantulis arborum, aut herbarum ſimiles ſunt: quæ, niſi alio transferantur, euellanturque à ſolo, in quo natæ ſunt, frugi eſſe non poſſunt. Aut enim iuſto plus adolent, aut areſcunt. Quod in lactucis rectius, aut braſſicis, ſi voles, aſpicies. *in epiſtola Mulg.*

*Thriueri:* Flores ſpinarum admodum ſuauiter ſpirant, ſed pungunt eos qui negligenter eos carpunt: Ita mulierum pulchritudo alacriter redolet, ſed fere offenditur, qui illis imprudenter vtitur. *in apoph. 113.*

## ❡ Adagia.

Mulier pudica, ne ſola ſit vſquam.

*Quum admonebimus, non conuenire, vt pudica mulier ſola citraque teſtes cum viris colloquatur: vſui fuerit illud apud Homerum frequens de Penelope:*

Οὐκ οἴη, ἅμα τῇγε καὶ ἀμφίπολοι ἕποντο.

*Haud ſola: aſt illam famulæ binæ comitata.*

Præſtat canem irritare, quam anum. πολὺ χεῖρον ἐστὶν, ἐρεθίσαι γραῦν ἢ κύνα.

*Notatur hoc adagio atrocitas iræ muliebris, qua nulla maior, maxime cum ad ſexus vitium accedit ſenectus. Menander.*

Mulieri ne credas: ne mortuæ quidem. Γυναικὶ μὴ πίστευε, μηδ' ἂν ἀποθάνῃ.

*Notat adagium muliebrem leuitatem & inconſtantiam. Diog.*

Nec mulieri nec gremio credendum.

*Idem notat quod præcedens proximum. Nam & mulier leuis eſt animi: & plerunque fit, vt in gremio poſita, dum in obliuionem veniũt, exſurgentibus procidant.*

Mulierum exitia. Γυναικῶν ὄλεθροι.

*De iis, qui funditus ac miſerabiliter pereunt, vſurpatum, quod omnium fere calamitatum mulieres viris authores extitiſſe dicãtur.*

Fœmina nil peſtilentius.

*Hanc ſententiam ita effert Homerus.*

Ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός.

*Vſque adeo nihil improbius muliereque peius.*

*Frequenter apud antiquos poetas male audit mulierum genus, quæ quidem & hodiernis temporibus ſtrenue dant operam, ne poetæ plane vaniloqui fuiſſe videantur. Germani dicunt:* Es iſt nichts vber ein böß Weib. *Item,* Es iſt kein böſer Creatur auff Erden / dann ein böſes Weib Ein böß Weib / iſt ein bitter Kraut.

Qui non litigat, cœlebs eſt. *D. Hieronymi.*

*Indicat adagium, rixoſum eſſe omne coniugium: nec tranquillitatem eſſe, niſi in cœlibatu.* Wem zu wol iſt / der nim ein Weib.

Tanquam Chalcidica nobis peperit vxor. ὥσπερ χαλκιδικὴ τέτοκεν ἡμῖν γυνή.

*De ea dici ſolitum, quæ liberos quam plurimos peperiſſet.*

Anus cothurniſſat. γραῦς κωθωνιζομένη.

*Dicitur de vetulis indecore laſciuientibus.*

Anus eriphus. Γραῦς ἔριφος.

*In eam quæ in virginitate conſenuiſſet, dici ſolitum.*

Theſſala mulier. Θεσσαλικὴ γυνή.

*In veneficas & malarum artium peritas mulieres dicebatur. Ariſtoph.*

Ὑποψηνισμένη.

*Dicitur prouerbialiter iam propinqua partui. Sumpta metaphora a ficis poſt immiſſos pſenas matureſcentibus.*

Γυναικίζειν.

*In eas iactari ſolitum, qui cultu geſtuque corporis mulierem repræſentant.*

Ignis, mare, mulier, tria mala. πῦρ καὶ θάλασσα καὶ γυνὴ κακὰ τρία.

*Dici ſolitum in mulierum improbitatem, ob quam paſsim apud veteres ſcriptores male audit hic ſexus.*

Sublata lucerna nihil intereſt inter mulieres. λύχνου ἀρθέντος γυνὴ πᾶσα αὐτή.

*Sentit adagium, nullam mulierem pudicam eſſe, ſi detur facultas ſine teſte peccandi.*

## ❡ Exempla Biblica.

Mulierum fides ac pietas. *Exempla:* Obſtetrices, *Exo.* 1. v. 17. Rahab, *Ioſ.* 2. v. 1. 4 *Hebr.* 11. v. 3. Ruth, *Ruth.* 1. v. 16. Noemi, 2. v. 12. Pueri viui mater, 1. *Reg.* 3. v. 26. Sareptana, 17. v. 19. Sunamitis, 2. *Reg.* 4. v. 9. 10. & c. Ioſaba, 11. v. 2. Eſther, *Eſth.* 4. v. 16. & 5. v. 1. Mulier ſanguinis profluuio laborans, *Matth.* 19. v. 21. & 15. v. 22. Chananæa, v. 25. 27. 28. Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi & Salome, *Marc.* 16. v. 1. *Ioan.* 20. v. 1. Elizabeth, *Luc.* 1. v. 42. 45. Deipara virgo, v. 38. Anna, 2. v. 36. 38. Peccatrix, 7. v. 50. Martha, 10. v. 38. *Ioan* 11. 27. Vidua paupercula, 21. v. 2. Chriſti Diſcipuli, 23. v. 27. 46. Samaritana, *Ioan.* 4. v. 25. 29. Deipara virgo, & eius comites, 19. v. 25. Tabitha, *Act.* 9. v. 36. Maria mater, 12. v. 12. Lydia, 16. v. 14.

Mulierum fortitudo, *Exempla:* Debora *Iudic.*4.*v.*9. Michol, 1. *Sam.*19.v.12. Sara filia Raguelis fortiter & patienter tulit contumeliam ab ancilla illatam, *Tob.*5.v.7. *&c.* Eſther, Regina periculo ſe exposuit pro gente ſua, *Eſa.*5,*v.*1 2. *&c.* Iudith *Iudith.*13.*v.*8.9. mater ſeptem filiorum, 2. *Macch.*7.*v.*1.2.*&c* Deipara virgo & eius comites *Ioan.*19.*v.*15. Maria Magdalenæ, 20, v, 11.

Mulierum pietatis & compaſſionis *exempla:* Rebecca, *Gen.*24.v. 17.18. Obſtetrices, *Exod.*1.*v.*17. Filia Pharaonis, 2.v.6. Rahab, *Ioſ.*2.v 4. 12. Ruth, *Ruth.*1.*v.*16. Noemi, 2.*v.*12. Pueri viui mater, 1. *Reg.*3 *v.*26. Sareptana, 17.*v.*9. Sunamitis 2.*Reg.*4 v.9.10. Ioſaba, 11.*ver.*2. Eſther, *Eſth.*5 *v.*2.*&c.* Maria Magdalena, Iacobi & Salome, *Marc.*16, v.1. Ioanna, Suſanna, &c *Luc.*8.*v.*2. Martha, 10.v. 38. Paupercula vidua, 21. v.1. Diſcipulæ Chriſti, 23.v.27. Vxor Pilati, *Matth.*27.v.19 Mater Chriſti, *Ioan.*2.v.3. Et eius comites, 19.v.25. Tabitha, *Actor.* 9. v. 16. Maria Marci mater, 12, v.12. Lydia, 16.v.14.15.

Mulierum ſapientum *exempla:* Sara, *Gen.*21.v.9.10. Rahab, *Ioſ.*2. v.8.12.13. Debora, *Iudic.*4.v.4. Ruth, *Ruth.*2.v.1. Anna, 1.*Sam.*1. v.15. Abigail, 25.v.18.32.33. mulier Thecuitis, 2.*Sam.*14.v.19. mulier ſapiens 20, v.16. Bethſabeæ, 1.*Reg.*1.v.16.17. Meretrix 3.v.26. Regina Saba, 10. v.1.2.*Par.*9.v.1. Vidua Sunamitis, 2. *Reg.*4. v.28. Hulda Prophetiſſa, 22.v.15.19. Eſther, *Eſth.*7.v.1.2.3. Vxor Pilati, *Matth.*27. v.19. vtraque Maria, 28 v.9. Deipara virgo, *Luc.*1.v.34.38.46.& 2.*v.*48. Elizabeth, v.41.43. Maria ſoror Marthæ, *Luc.*10.v.39. Martha *Ioan.*11.v.32.

Mulierum ſtultiloquii *exempla:* Sara, *Gen.*18.v.10.11.12. Rachel, 30.*v.*1. Dalila, *Iudic.*14.v.17 & 16.v.18. Michol, 2.*Samuel* 6.v.20. Meretrix altera, 1.*Reg.*3.v.26. Vxor Tobiæ, *Tob.*2.v.22. Anchilla Saræ, 3. v.8. Vxor Aman, *Eſth.*5 v.14. Vxor Iob, *Iob.*2.v.9. Zebedæi, *Matth.*20. v.20.21.

Mulierum auiditatis & concupiſcentiæ *exempla:* Eua. *Gen.*3.v.6. Sarai, 16.v.1.2. Filiæ Loth, 19.v.31.*&c.* Rebecca, 24.v.58. Rachel, 30.v.1. Dina, 34.v.1. Vxor Putipheris, 39. v.11, Axa, *Ioſ.*15.v.17.18.19. Anna, 2. *Sam.*1.v.7.8. Sunamitis, 2 *Reg.*4.v.22.23.24. Athalia, v. 11. Anna vxor Tobiæ. *Tob.*11.v.5 Eſther. *Eſth.*9 v.12.13. Rhode, *Act.*12. v.14.

Mulierum officia. *Primo,* Maritum amore complecti: Michol, 1. *Sam.*18.v.28 Sara Tobiæ vxor. *Tob.*10.v.12. *Secundo,* monere de pietate Sunamitis, 2. *Reg* 4 v.9.10 Eſther, *Eſth.*7. v.1.2. *&c. Tertio,* illi parere & honorem deferre. Sara iuxta mandatum Abrahæ mariti, ſubticet ſe eſſe vxorem Abrahæ, *Gen.*12 v.14. *&c.* & dominum eum vocat, 1. *Pet.*3. v. 6. Sunamitis veniam petit à marito eundi ad Eliſæum. 2 *Reg.*4.v.22. *Quarto,* mariti miſerias ſubleuare, Sephora. *Exo.* 4.v.25. Michol, 1 *Sam.*19.v.11.12. Vxor Ieroboam, 1 *Reg* 4. Iezabel, 21, v 7. Tobiæ vxor, *Tob.*2.*v.*19.20. *Quinto,* ſequi maritum: Sara, *Gen.*12. v.1.2. & 20.*v.*1.2. Rebecca, 24.v.61. Lia & Rachel, 31.14. Sephora, *Exo.* 4 v.20. Dauidis vxores, 1 *Sam.*27.v.3. Mulieribus etiam legendum Deuteronomium, *Deuter.* 31. *v.* 21. Mulieribus prædicat Paulus, *Act.*16.v 13.

Mulieres ſteriles fœcundæ redditæ. *Exempla:* Sara vxor Abrahami, *Geneſ.*16 *v.*1.& 21. v 1. Rebecca, 25. v. 21. Rachel, 39. v. 1.22.23. Vxor Manue, *Iudic.*13.v.2.24. Anna, 1. Sam. 1. *v.*5.20. Elizabeth, *Luc.*1. v.7.57.

Mulierum aſtutiæ & fallaciæ *exempla.* Filiæ Loth, *Gen.*19.v.32. Rebecca, 27. v.16. Rachel, 31.v.35. Vxor Putipharis, 39 v.13.14.15.16. Obſtetrices, *Exod.* 1. v. 19. Filiæ Moabitarum, *Num.* 25. v.2. Rahab, *Ioſ.*2.v.4. Iahel *Iudic.*4. v.18. Vxor Samſonis, 14.v.16. Dalila, 16. v.15. Michol, 1, *Sam* 19.v.21. Mulier Thecuitis, 2. *Sam.* 14.4. *Mulier quædam* 17.v.19. Mulier meretrix, 1. *Reg.*3.v.20. Iezabel, 21. v.8. *Iudith.*10. v, 12.*&c.* Herodias, *Marc.*6.v.19.21.22.24.

¶ EMBLEMA.

Mulieris famam, non formam, vulgatam eſſe oportere.

Emblema cxcv. Andr. Alciat.

*Alma Venus, quænam hæc facies? quid denotat illa*
*Teſtudo, molli quam pede Diua premis?*
*Me ſic effinxit Phidias ſexumq; referri*
*Fœmineum noſtra iuſſit ab effigie:*
*Quodq; manere domi, & tacitas decet eſſe puellas,*
*Suppoſuit pedibus talia ſigna meis.*

*Vide, Coniugium, Matrimonium.*

# Mundus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

MVndus, Græce κόσμος, ου, ὁ, & κοσμικός, ου, ὁ, mundanus dicitur. Heb. *Holam*, quot iam per aliquot ſecula ſubſiſtat quaſi dicat ſeculum, in quo rerum ortus & interitus ſit. Sicut Græci autem κόσμον, id eſt, ornatum, ita nos à perfecta abſolutaque elegantia vocamus Mundum: quod nihil eo ſit mundius, pulchrius, ornatius. *Plin. lib.*2.*cap.*1. & 4.

Eſt autem mundus, qui conſtat ex cœlo, terra & terrenis cœleſtibusque naturis, *vt ait Poſſidonius in Meteoris.* Siue qui conſtat ex diis, & hominibus, iisque rebus, quæ horum gratia conditæ ſunt, ab ornatuque dicitur, quem Græci κόσμον vocant.

Eſt etiam mundus, ornatus muliebris, quaſi munitus ... alii à mouendo dictum velint, quoniam mundus ... ſit, quod ſumunt mulieres, ac deponunt. Mundum ... genere veteres dixerunt. Lucil. *Legauit quidam vxori ... mne penumque.* Hinc fit mundus, a, um, hoc eſt, purus ... tus, à quo immundus, impurus, obſcœnus: & mundo, & ... verba, hoc eſt, depurgo, detergo: & munditia, quæ & m... citur, hoc eſt, lautitia: & contrarium eius immunditia, ... ties: & aduerbia munde & immunde. Mundus vero m... *placet Vlp.* eſt, quo mulier mundior fit, quo dicit con... lum, matulas, vnguenta, vaſa vnguentaria, & ſi quæ ... guenta vero gratia valetudinis, mundo muliebri d... contineri.

¶ LOCI BIBLICI.

Mundus, pro toto humano genere, 1. *Ioan.* 5.19. pro ... quod ſpirituali Chriſti Regno aduerſatur, *Ioan.*14.17. & ... 16.20.& 17 9. *Galat.*6.14. & à Lege Dei nos abducit, ... *cundo,* pro vitæ terrenæ conditione, 1. *Corinth.*7.33. *Tertio* ... libus, qui mundum incolunt, 2. *Corinth.*5. 19. 1. *Ioan.*2.2 ... pro hominibus metonymice, 1. *Petr.*1.4. *Quinto,* pro qui... definite, *Ioan.*18.20. Sic poteſt accipi & *Ioan.*3.17. hoc eſt, ... busvis credituris, ſiue ii ſint Iudæi, ſiue gentiles. *Sexto,* pro ... nibus, quales ſunt in ſeſe, in malo veluti ſepulti, 1 *Ioan.*5 ... pro gentibus per vniuerſum mundum diſperſis, *Roman.*11 ... vniuerſa Eccleſia, 2. *Corinth.*5 9. *Octauo,* pro omnibus ... tum, ordinum, locorum, electis, 1. *Ioan.*2.2. pro omni ... terarumque rerum ſplendore, *Gal.*6.14. *Nono,* pro iis ... nobis hic viuentibus vtenda conceduntur, 1. *Corinth.*7.3 ... quæ ad vitam in coniugio tranſigendam neceſſario ... *Cor* 7.*v.*13.

Breuius præcipua mundi ſignificata ſic concipi poſſunt ... tripliciter potiſſimum vſurpatur: *Primo,* pro rebus ... quibus tota hæc machina viſibilis conſtat, *Ioan.* 1.12. ... *do,* pro vitioſa ea, & miſera conditione, quæ ex pecca... contracta, 1. *Ioan.*2.16.& 5.19. *Tertio,* pro vna quadam ... nobiliſſima & præſtantiſſima, nimirum pro homini... iiſque *Primo,* vel omnibus, *Ioan* 3.16. *Rom.*5, 12. *Secundo,* ... renatis, 1. *Ioan* 2.2. *Tertio,* vel reprobis & infidelibus, *Ioan* ... 1. *Ioan.*1.21.

Mundus ex nulla præexiſtente materia conditus eſt, ... Mundus ex aquis emerſit, 2. *Pet.*3.5. apro ſimilis eſt, *Matth.* ... uinitatis Dei ſpeculum eſt. *Rom.*1.20. à Spiritu ſancto argu... 16.8 Spiritus ſancti minime capax. *Ioan.*14.15. Piis contem... 18.& 16.33. *Rom.*12.2. *Gal.*6.14. *Col.*3, v.1.2. *Iac.*10 & 4.4.1. ... Mundus piorum præſentia indignus, *Hebr.*11.38. nequam ... gnus, *Gal.*1.4.1. *Ioan.*5.19. mundus priſcus diluuio à Deo ... *Pet.*2.5. mundus Deo reconciliatus, 2. *Cor.*5 19. à Chriſto ... *Ioan.*16.*v* 33. Dei cognitione vacuus, v.3. & 17.25. Chriſtum ... gnoſcit, 1, v.10. & 8. v.19, Chriſtum odit & quare, 7 v.7.

Mundus iniquitatis, pro congerie & cumulo quodam ... ſcelerum, *Iac.*3.6.

Mundi amor, quam noxius, 2. *Tim.*4, 10, *Iac.*4 4.1. *Ioan.* ... mundum infinito quodam amore dilexit, *Ioan.*3 16. ... ex mundo elegit. Mundi finis, meſſi confertur, *Matth.*3.12. ... mundi opera mala, *Ioan.*7 7. mundi ſapientia, 1. *Cor*3.19. ... tus corruptioni obnoxius, 2. *Pet.* 3. v. 7. 10. mundi vanitas ... *Rom* 8.28.1. *Cor.*7.31. mundi ætas vltima, 1. *Cor.*10.11.

Mundo crucifigi dicitur, qui mundum deſpicit: & mundus ... fixus dicitur ei, qui mundum viciſſim nihili facit, *Gal.*6, 14. ... renunciandum eſt, vt Deo ſeruiamus, *Rom.*12.2.2. *Pet.*2.14 ... 15. Pro mundo orat Chriſtus, *Ioan.*17.9.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE

*Mundi amicitia à Deo auertit.*

Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, ... neat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus ... poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum. *Ioan.*14.

Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio ... Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret. Quia ... de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit ... mundus *Ioan.*15.

Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus, ... ceat, cui ſe probauit. 2. *Tim.*2.

Adulteri neſcitis quia amicitia huius mundi inimica ... Quicunque ergo voluerit amicus eſſe huius ſeculi, inimicus ... conſtituitur *Iac.*4.

Nolite diligere mundum, neq; ea, quæ in mundo ſunt, ... mundum, non eſt charitas Patris in eo, 1. *Ioan.*2.

*Lætitiæ modum peruertit.*

Qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur: præterit ... gura huius mundi, 1. *Cor.*7.

Mundus tranſit, & concupiſcentia eius, 1. *Ioan.*2.

Propter hoc mundus non nouit vos, quia non nouit eum ...

*Mundi malitiam fides ſubuertit.*

vocauit nos propria gloria & virtute, per quem maxima & obis promiſſa donauit, & per hoc efficiamini diuinæ con- fugientes eius, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ cor- *2.Pet.1.*

quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt. *1.Ioan.2.*

quod natum eſt ex Deo vincit mundum. Quis eſt autem, mundum, niſi qui credit, quoniam Ieſus eſt filius Dei? 1.

## § Sententiæ Patrum.

iſte periculoſior eſt blandus, quam moleſtus: magis ca- quam ſe illicit diligi, quam quum admonet cogitque con- *ad Dioſcor.*

mundo non timere, non dolore, non laborare, non peri- poſſibile: ſed plurimum intereſt, qua expectatione, quo a que patiatur. *ibidem.*

atores mundi! cuius rei gratia militaris? maior non eſſe es veſtra in mundo, quam vt amici mundi ſitis. Ibi quid , plenum periculis, & per quot pericula peruenitur ad periculum? pereant hæc omnia, & dimittamus hæc vana, & conferamus nos ad ſolam inquiſitionem eorum, quæ fi- habeant, vita hæc miſeria eſt: mors incerta ſubito obre- poſt hæc negligentiæ pœna ſupplicio luenda eſt. *Lib. confeſſ.* dus tranſit & concupiſcentia eius. Quid vis? vtrum amare lia, & tranſire cum tempore, an Chriſtum amare, & in æter- re? *Sup epiſt. Ioan.*

turbat mundus, & amatur, quid ſi tranquillus eſſet? formo- modo hæreres, qui ſic amplecteris fœdum? Flores eius quo- lligeres, qui à ſpinis non reuocas manum? *in Pſalm.*

cula huius mundi aſperitatem habent veram, iucunditatem ertum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, ti- quietem, rem plenam miſeriæ, ſpem beatitudinis inanem.

ruinoſus mundus eſt, & ſic amatur, quid ſi dulcis eſſet? ô mmunde, tenebras pariens, quid faceres, ſi maneres? quid dulcis, ſi amarus alimenta metiris? *in ſerm.*

rarus in terris, qui poſſit dicere, portio mea, & quam alie- & quam ſegregatus à labe peccati, qui nihil habeat com- cum ſeculo, nihil ſibi mundi huius vindicet non ſit corpo- poſſeſſor cupiditatum, quem non inflammet libido, non ſti- auaritia, non laſciuia effœminet, non luxuria decoleret, non ambitio, non maceret inuidia, non aliqua negotiorum ſæcu- cura ſolicitet. *Ambr ſuper Pſalm.*

in hoc mundo, ſupra mundum eſſe, & ſi corpus geritis, vobis ales interior. *Lib. de Virg.*

viri, quia nihil huius mundus appetunt, proculdubio nul- bus in corde premuntur. *Greg in mor.*

nec Paulus mundi gloriam quærebat, nec à mundi gloria rebatur: & ſe mundo & ſibi mundum crucifixum eſſe glo- *Lib. 5. moral.*

huius mundi veraciter mala ſentit qui eius bonis inhiat, nec appetit. *Lib. 6. mor.*

mundus qui diligitur, fugit. Sancti iſti, quorum ad tubam nus, florentem mundum mentis deſpectu calcauerunt, erat ga, ſalus continua, opulentia in rebus, fœcunditas in propa tranquillitas in diuturna pace, & tamen cum in ſeipſo floreret, eorum cordibus mundus aruerat. Ecce iam in ſeipſo mun- & adhuc in noſtris cordibus floret, vbique mors, vbiq; lu- q; deſolatio, vndiq; percutimur, vndiq; amaritudine reple- tamen cæca mente carnalis concupiſcentiæ eius amaritudi- amus, fugientem ſequimur, labenti inhæremus, & quia la- retinere non poſſumus, cum ipſo labimur, quem cadentem *in hom.*

Chriſtus incipit dulceſcere, neceſſe eſt amareſcere mundum. *in ſerm.*

nus eſt mundus ſpinis, quæ in terra ſunt, in tua carne ſunt: ver- his, & minime lædi, diuinæ potentiæ eſt, & non virtutis no- *Sup. Cant.*

dus eſt, vbi malitiæ plurimum, vbi ſapientiæ modicum, vbi ſunt viſcoſa, omnia lubrica, omnia opera tenebris & obſeſſa , vbi periclitantur animæ, & affliguntur corpora, vt omnia & afflictio ſpiritus: & in Ioele dicitur, Confuſum eſt gaudi- à filiis hominum. *in ſerm.*

Habemus pro mari mundum, pro naui eccleſiam, pro velo pœni- tiam, pro gubernaculo crucem, pro nauta Chriſtum, pro ventu Spiritum ſanctum. *Chryſ. ſuper Matth.*

Fallax eſt hic mundus, finis dubius, exitus horribilis, iudex terri- bilis, pœna infinibilis. *Pet. Bleſ.*

Si Chriſtus pro te de cœleſti ſede deſcendit, tu propter ipſum fuge terrena. Si dulcis eſt mundus, dulcior eſt Chriſtus. Si amarus eſt mundus, omnia pro te ſuſtinuit Chriſtus. *Aug. tract. de contemptu mundi.*

Mundi amor, & Dei, pariter in vno corde habitare non poſſunt, quemadmodum oculi pariter cœlum & terram nequaquam con- ſpiciunt. *Cyprian. de 12. Abuſionib.*

Mari iuſte comparatus hic mundus, quia falſitatibus amarus eſt, fluctibus Diabolicis quatitur, vitiorum tempeſtatibus commo- uetur. *Caſsiod. ſuper Pſal. 44.*

Si conſideramus, fratres chariſſimi, quæ & quanta ſint, quæ nobis promittuntur in cœlis, vileſcent animo omnia, quæ habentur in terris. Terena namque ſubſtantia ſupernæ felicitati comparata pondus eſt, non ſubſidium, temporalis vitæ æternæ vitæ comparata, mors eſt potius dicenda, quam vita. Ipſe enim quotidianus defectus corruptionis quid eſt alius, quam quædam prolixitas mortis? *Greg. in Regiſtro*

Dic mihi, vbi ſunt amatores mundi, qui ante pauca tempora nobiſcum fuerunt? Nihil ex eis remanſit, niſi cineres & vermes. Attende diligenter, qui ſunt & fuerunt, ſicut tu, comederunt & biberunt, riſerunt, duxerunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcenderunt. Hic caro eorum vermibus, illic anima eorum ignibus deputatur, donec rurſus infelici collegio colligati ſempiternis ignibus inuoluantur. Qui ſocii fuerunt in vitiis, ſocii erunt in pœnis: vna namq; pœna illos implicat, quos vnus amor in crimine ligat. *Bernardus libro Meditationum.*

## § Poeticae Sententiae.

Antholog. Sacr. Iac. Bill.

Chriſtum eos vt plurimum ad ſe admittere, quos mundus aſpernatur.

*Quid mæres, quod te mundus faſtidit & horret,*
*Te cruciat, miris inſequiturq; modis?*
*Erige te: mundus quos auerſatur & odit,*
*Excipit hos Chriſtus, colligit atq; fouet.*
*Si nempe a Domino crudelis barbarus ager*
*Linquitur, immitis conterit ſtrq; fame.*
*Adhuc inuenies ſoboles Ieſſæa benigne*
*Excipit, atq; auido pellit ab ore famem.*

A mundo iam caduco abducendum amorem eſſe.

*Diffuge munde ſenex, tam fœde & ſordide, vi iam*
*Fallere qua poſſis, ars ſit vt vlla tibi.*
*Non mirum iuuenem multis placuiſſe. ſeniles*
*Nunc iam ruga genas inficit, ito procul.*
*Quam ſunt laudandi, qui te florente iuuenta*
*Spreuere, & luxus, deliciaſq; tuas:*
*Tam ſunt in vitio qui nunc in fata ruentem,*
*Atq; omni vacuum proſperitate, colunt.*

Mundum ſuos amare, pios autem odio habere.

*Hos amat, hos opibus cumulat, miroq; fauore*
*Proſequitur mundus, quos videt eſſe ſuos.*
*Quos autem athtereas contendere cernit ad arces,*
*Hos odit, variis exagitatq; modis.*
*Id geminis olim tibi ſignabatur in hircis:*
*Vnus enim in ſolam ſoſpes abibat humum:*
*At Domino in ſortem quam primum venerat alter,*
*Sanguine mox caſi tincta rubebat humus.*

Manil. 1.

*Eſt igitur tellus mediam ſortita cauernam*
*Aeris & toto pariter ſublata profundo,*
*Nec patulas diſtenta plagas ſed condita in orbem*
*Vndiq; ſurgentem pariter pariterq; cadentem.*
*Hac eſt naturæ facies, ſic mundus & ipſe*
*In conuexa volans teretes facit eſſe figuras*
*Stellarum, Soliſq; orbem, Lunaq; rotundum.*

Lucan. 1.

*Sic cum compage ſoluta*
*Secula tot mundi ſuprema coegerit hora,*
*Antiquum repetens iterum chaos, omnia mixtis*
*Sidera ſideribus concurrunt, ignea pontum*
*Aſtra petent, telluſq; extendere littora nolet.*
*Excutietq; fretum fratri contraria Phœbe*
*Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem,*
*Indignata, diem poſcet ſibi totaq; diſcors*
*Machina diuulſi turbabit fœdera mundi.*

Qua ratione in contemptum res mundi venire queant.

Et Antholog. Sacr.

*Quiſquis ad excelſi peruenit culmina montis,*
*Iam cuncta ex alto vertice parua putat.*
*Sic quoque virtutis tetigit qui culmina, paruı*
*Iam pretij, quicquid cernit in orbe, putat.*
*Viſne igitur, vilis mundus, mundiq; voluptas*
*Sit tibi? vis mundi ſit procul omnis amor.*
*Ante oculos tibi pone Deum, ſedeſq; beatas:*
*Sic mundi ſubito fracta cupido ruet.*

De vanis amatorum mundi ſtudiis.

*Qui circumgraditur, progreſſus non facit vllos,*
*Sed ſua veſano membra labore premit.*

*Huic ſimilis plane eſt, qui mundi raptus amore*
*Fluxa putat ſolidis anteferenda bonis.*
*Nam quia terga vertit, qui ſolus acerba*
*E media curas pellere mente poteſt.*
*Omnia percurrent, in cunctis tædia rebus*
*Inuenit, æternam perpetiturq́; famem.*

Boet. de conſolat. lib. 2. metro. 5.

*Rara ſi conſtat ſua forma mundo*
*Si tantas variat vices:*
*Crede fortunis hominum caducis.*
*Bonis crede fugacibus.*
*Conſtat, æterna poſitumq́; lege eſt,*
*Vt conſtet genitum nihil.*

¶ Philosophorvm Dicta.

Nec plures mundi ſunt, nec plures eſſe poſſunt: ſi modo hic ex vniuerſa materia conſtet, ſicuti conſtat. *Libro .. de Cœlo, cap.* 10. *T* 93.

Omnia, quæ ſunt ſub cœlo, tabeſiunt, ſeneſcunt, & ſordeſcunt ſub tempore. *Ariſt. l. 4. Phyſic.*

Res nullæ ſtabiles ſunt, quæ cum fluxu huius temporis confluxibiles ſunt. *Comment. 2. Poet.*

Quid enim videtur ei magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis totiusque mundi nota ſit magnitudo? Nam qui aut in ſtudiis humanis, aut in tam exigua vitæ breuitate magnum ſapienti videri poteſt, qui ſemper animo ſic excubat, vt ei nihil improuiſum accidere poſſit, nihil inopinatum, nihil animo nouum? atque idem ita acrem in omnes partes aciem intendit, vt ſemper videat ſedem ſibi ac locum ſine moleſtia atque angore viuendi: vt quemcunque caſum fortuna inuexit, hunc apte & quiete ferat. Quod qui faciet, non ægritudine ſolum vacabit, ſed etiam perturbationibus reliquis omnibus. *Cic. Tuſc. q. l. 4.*

Ideo nulli loco animus adiicere debemus, cum hac perſuaſione viuendum: Non ſum vni angulo natus, patria mea totus eſt mundus. *Senec. ad Lucil.*

Mundus à Deo factus eſt. *idem.*

Charitas Dei cauſa fuit factionis mundi, & originis omnium rerum. *Plato in Timæo.*

Vniuerſus hic mundus vna ciuitas communis deorum atque hominum exiſtimanda eſt. *Cic. l. de leg.*

Sin alia cauſa eſt, cur mortalem fecerit mundum, non, quemadmodum Platonici dicunt, ſempiternum. Ab vtroque autem ſciſcitor, cur mundi ædificatores repente extiterint, innumerabilia autem ſecula dormierint. Non enim ſi mundus nullus erat, ſecula non erant: ſecula nunc dico, non ea, quæ dierum noctiumque numero, annuis curſibus efficiuntur. Nam fateor, ea ſine mundi conuerſione effici non potuiſſe: ſed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla circumſcriptio temporis metiebatur, ſpatio tamē qualis ea fuerit, intelligi non poteſt, quod ne in cogitationem quidem cadit, vt fuerit tempus aliquod, nullum cum tempus eſſet. Igitur iſto tam immenſo ſpacio, quæro Balbe, cur πρόνοια veſtra ceſſauerit, laboremne fugiebat: At iſte nec attingit Deum, nec erat vllus, cum omnes naturæ numini diuino, cœlum, ignis, terra, maria parerent. Quid autem erat, quod concupiſceret Deus mundum ſignis & luminibus, tanquam ædilis ornare, ſi vt Deus ipſe melius habitaret, antea videlicet tempore infinito, in tenebris, tanquam in gurguſtio, habitauerat, poſt autem, varietatene eum delectari putamus, quia cœlum & terram exornatas videmus? Quæ iſta poteſt eſſe oblectatio Deo? quæ ſi eſſet, non ea tamdiu carere potuiſſet. An hæc ferre, vt dicitis, hominum cauſa à Deo conſtituta ſunt? Sapientumne? propter paucos ergo tanta eſt facta rerum molitio: an ſtultorum? At primum cauſa non fuit, cur de improbis bene mereretur. Deinde quid aſſecutus cum omnes ſtulti ſint, ſine dubio, miſerrimi maximeque ſtulti ſunt. Miſerius enim ſtultitia quid dicere poſſumus? *idem, l. 1. de Naturæ.*

Quid enim mundo præſtantius? lauda quàm putas ſpeciem, portio à te laudabitur mundi. *Luc. Apul. de dogm. Platonis.*

Omnem terræ ambitum (ſicuti aſtrologicis demonſtrationibus accepiſti) ad cœli ſpacium puncti conſtat obtinere rationem: id eſt, vt ſi ad cœleſtis globi magnitudinem conferatur, nihil ſpatii prorſus habere iudicetur: Huius igitur tam exiguæ in mundo regionis quarta fere portio eſt ſicut, Ptolemæo teſtante didiciſti, quæ à nobis cognitis animantibus incolatur. Huic quartæ, ſi quantum maria paludesque premunt, quantumque ſiti vaſta regio diſtenditur cogitatione ſubtraxeris, vix anguſtiſſima inhabitandi hominibus area relinquetur. In hoc igitur minimo puncto circumſepti atque concluſi, de peruulgata fama, de proferendo nomine cogitatis? At quid habet amplum magnificumq; gloria tam anguſtis exiguisq; limitibus arctata? *Boet. de Philoſ. conſo lib. 4 proſap. 7.*

¶ Similitvdines.

*Iuſtini Martyris.* Quemadmodum videmus coagulationem repente lacti accedere: Ita repente accedit mundo eſſe. *In reſuratione reſponſionis gentilis ad tertiam quæſtionem Chriſtia fol. 262.*

*D. Auguſtini.* Sicut area paleis & frumentis, & ſicut a liis & pomis: Ita infidelibus plenus eſt mundus. *In Ioan. tractat. 95.*

*D. Ambroſii.* Deſerto mundus comparatur adhuc incultis, infœcundus in quem negat nobis Dominus ita prode &c. *Lib. 5. in Luc. c. 29.*

*Mercurij Triſmegiſti.* Sicut Deus omnibus ſpeciebus ribus, quæ in mundo ſunt, diſtributor diſpenſatorque eſt id eſt, ſenſus animæ ac vitæ: Sic & mundus præſtitor eſt & omnium, quæ mortalibus videntur bona, id eſt, alternantium, temporalium fructuum, natiuitatis, augmentorum ritatis, & horum ſimilium. *In Aſclepio.*

*Lactantij.* Sicut domus in vſum habitandi facta per ſe tit, dominoque ſubiecta eſt, qui eam fecit, aut incolit: Ita per ſe nihil ſentiens factori Deo ſubiacet, qui eum in vſum *Lib. 2. de orig. error. c. 6.*

*Eraſmi Roterodami.* Vt mare grauida minus laborat & tione & in partu: Ita ſi rem honeſtiſſimam animo co minore negotio conſequemur, quam ſtulta quædam oblect Et qui mundi præmia ſequuntur, minore dolore margarit Euangelicum ſibi parare poterunt. *in ſimil.*

*Thriueri.* Vt nemo, qui patria capitur, & peregrinæ regio diis tenetur: Sic nemo ad cœlum adſpirat, qui huius mundi tur aut cupediis, aut illecebris. *in apoph. 50.*

*Vt nemo* munus meretur, quod contemnit: Sic nemo Chriſti gnus eſt, qui à tergo reſpicit, & animum ad poſteriorem mundi retorquet. Quippe & commutationem eius grauatim ferre *in apoph. 50.*

*Chryſoſtomi.* Cur perforato aquam dolio ingeris? Nihil aliud eſt pro præſentibus iſtis laborare, quam flammam quam pugnis aera cædere. Certe fruſtra curris. Nonne artis finis quidam eſt? Ita profecto. Oſtende igitur mihi ius ſecularis ſtudii: ſed non potes. Vanitas enim omnia. *Homil. Matth.*

*Dugonis Philonij,* Pix eſt mundus; quamlibet leui attactu tes inquinat. Viſcus eſt mundus, qui ſuos miratores in cupis, peccati & mortis æternæ inuoluit. Laqueus eſt mundus voluptatibus & opibus, velut eſcis obiectis allicit atque capt tos, & ſecum trahit in naſſam interitus. Vnde mihi vix poſ detur, vt qui mundi legibus viuit, purus ab inquinamentis & immaculatus hinc emigret. *In Tiliano, vel de ſcientia b endi fol 28.*

*Chryſoſtomi,* Sicut difficile eſt, arborem iuxta viam poſi ctus ſuos vsque ad maturitatem ſeruare: Sic difficile eſt, vi lem iuxta iſtum mundum viuentem, id eſt, in actibus eius, immaculatam vsque in finem ſeruare. *in 21. Matth. hom. 50.*

*Bernardi.* Sicut merſi in aquis periclitantur videas eos tenere, nec vlla ratione deſerere, quod primum occurrit quidquid ſit illud, licet tale ſit, quod omnino prodeſſe non ſunt radices herbarum, cæteraque ſimilia. Nam & ſi qui forte veniant, vt ſubueniant, nonnunquam ſolent apprehenſos ſecum, adeo vt iam nec ſibi, nec aliis auxilium ferre præuale pereunt in hoc mari magno & ſpatio, ſic pereunt miſeri dum cura ſectantes omittunt ſolida: quibus apprehenſis, emerge uare poſſent animas ſuas. Ita, inquam, pereunt, qui omiſſis ſalutaribus ſtudiis caduca & tranſitoria quærunt: à quibus diuelli. *Serm. 1. de Aduentu Domini.*

*Thriueri,* Nemo libenter alteri obtrudit, quod dedigna poteſt moriturus accipere regnum Dei, qui adhuc dum diligit apparatus huius mundi. *in apoph. 74.*

*Dionis Chryſoſtomi,* Sicut quando videmus ſenem homin mus, quia propemodum moriturus eſt: quando autem, Sic & mundum, quando perturbatum videmus, caſurum cog mus, diem autem ignoramus. *in 24. Matth. hom. 50.*

*Sicut* morituros ſe eſſe quotidie audiunt homines, nam alios mortuos vident, & tamen non credunt ſe morituros: audiunt periturum mundum, tamen non credunt. *in Matth. hom. 50.*

*D. Chryſoſtomi.* Quum homines facilius & minori tempore ſtruant, quam conſtruant, vt in ædificiis patet: contra Deus conſtruit, quam deſtruit, iuſtificat, quam perdit. Mundum vniuerſum, & omnem eius ornatum ſex diebus condidit ſed richo vnam vrbem ſeptimo tandem die diſſoluit. *Homilia pœnit.*

*Theodoreti,* Sicut arcam ſcamnumque fabrefactum videmus non ſolum opus laudamus, ſed & opificem: Sic etiam videntes uim fabre compactam, ſic monile fabrefactum, artificem mus: Sic in mundi fabricam oculos tendentes Deum laudem non mirati ſunt hæc, imo qui nec iam mirantur, inexcuſabiles *Serm 3.*

*Philonis,* Quemadmodum, quum condenda eſt vrbs, alicuius Regis aut Imperatoris, pro fortuna magnifice quiſpiam peritus architectus, qui contemplatur loci oppor

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...primum intra ſeipſum partes futuræ vrbis propemodum ...lineat, templa, gymnaſia, curias, fora, portus, naualia, vias, ...a, mœniorum ſitum, & ædificiorum tam priuatorum, ...blicorum. Deinde impreſſis velut in ceram in ſuum ani... ſingularum rerum imaginibus, effingit vrbem, cuius effigiē ...rcumſtans memoria, atque ita impreſſis ſibi magis etiam ſi... ...s, vt bonus artifex, ad ſemel propoſitum exemplar reſpi... ...greditur ſtructuram è ſaxis & macerie, repræſentans incor... ...as ideas ſingulis operis partibus. Eodem ferme modo de ...endum eſt: qui, vbi decreuit ingentem hanc vrbem vniuer... ...prius formam eius concepit, ex quibus poſtquam intelli... ...mundum conſtituit, ad illius exemplar ſenſibilem hunc ... Et quemadmodum illa in architecto præſignata vrbs lo... ...nullum habuit, tanquam impreſſa artificis animo. Eo... ...done ille quidem ex ideis conſtans mundus, alibi locum ...poterat, quam in Dei verbo, quod adornauit hæc omnia. *De ...opificio.*

...pij, Quemadmodum rerum naturalium corpora, vbi pri... ...eſſentiam progreſſa fuerunt, ſimul colorem & magnitudi... ...tinent, quorum alterum prius intellectu, alterum ſecun... ...Sic & mundus ordine conditus, non tempus, ſed decenti & ...harmonia vndique abſolutus eſt. Haud enim pars mundi v... ...ta eſt, deinde altera defuit. Hinc & luminaria, propter ſuam ...am, commemorantur die quarto apparuiſſe. Siquidem ...quæ potentia eſt, decas pretioſus & inſignis habetur nume... ...s, binarius, ternarius, & quaternarius, inter ſe additi, decada ...unt. *In Gen. cap.* 1.

...*lochus*, Sicut gubernator à naui & gubernaculo ſegregatus, ...quam facilique momento mouet vndique & regit, dirigit... ...em; Ita Deus ipſe mundum deſuper, videlicet, à primis na... ...rincipijs præcipuas motionum cauſas exhibens. *De myſte...*

...*erij*, An tu, ſi educatus in domo fabrefacta & ornata nul... ...quam fabricam vidiſſes, domum illam putaſſes non ab ho... ...e ædificatam, quia, quomodo ædificetur, ignorares; Idem ...de domo quæreres, quod nunc de mundo requiris, quibus ...quibus ferramentis tanta eſſet opera molitus: maxime, ſi ...genua, immenſa cæmenta, veſtas columnas, opus totum ſub... ...excelſum videres: nonne hæc tibi humanarum virium mo... ...dentur excedere? quia illa non tam viribus, quam ratione ...tificio facta eſſe neſcires. Quod ſi homo, in quo nihil perfe... ...tamen plus efficit ratione, quam vires exiguæ patiantur: ...incredibile tibi eſſe videatur, cum mundus dicitur fa... ...Deo, in quo, quia perfectus eſt, nec ſapientia poteſt habere ter... ...nec fortitudo menſuram? *Lib. 2. c. 1. de orig. error.*

...eſt vel tam ineptus, vel tam otioſus, vt aggrediatur facere ...fruſtra, ex quo nullam vtilitatem, nullum commodum ſpe... ...domum ædificat, non idcirco ædificat, vt tantummodo ...ſed vt in ea poſſit habitari. Qui nauim fabricat, non ideo ...operam, vt tantum nauis appareat, ſed vt in ea nauigetur. ...vas aliquod inſtruit aut format, non propterea id facit, vt ...feciſſe videatur, ſed vt vas illud effectum capiat aliquid ne... ...Similiter cætera, quæcunque fiunt, non vtique in ſuper... ...ſed ad vſus aliquot laborantur. Mundus igitur à Deo fa... ...non vtique propter ipſum mundum. Neque enim aut calo... ...aut aſpiratione ventorum, aut humore imbrium, aut ali... ...frugum, quum ſenſu careat, indiget. *Lib. 7. c. 4. De præmio di... ...libr. Aceph epitom.*

# Munus

## DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Munus, Græce δῶρον, ȣ, τὸ, dicitur. Hebr. *Schocadh*, à verbo *Schá... ...cadh*, munerauit, munus dedit. Cognationem, habet cum ...*cath*, corrupit, nam munera excæcant oculos videntium & iu... ...corrumpunt. Eſt rei alicuius donatio, atque honoris ſignum, ...*dum Ariſt. l. Rhet.* Munus autem, donum, & premium (*vt pla... Donato*) ſic differunt, quod donum & munus tam ante factum ...poſt factum datur, præmium non niſi ad factum.

Donum voluntarium eſt, Præmium debetur: Donum diis datur. Munus hominibus, Præmium viris fortibus. Donum à liberali ho... Præmium à præclaro. Inter Donum & Munus hoc intereſt, ...*dum eundem Donatum*, quod Munus eſt id, quod neceſſa... ...ſubimus, lege, more, imperio eius, qui iubendi habet poteſta... ...: Donum, quod nulla neceſſitate iuris, ſed ſponte præſtatur, & ...non præſtatur, nulla reprehenſio, &, ſi præſtatur, plerunque eſt ...

Munus, *vt placet Varroni*, dicitur, quia, qui mutuo animo ſunt, ...dant officij gratia, nec à dono differt, niſi cum per metaphoram ...pro officio ponitur, quoniam officia aut à principibus aut Re... ...publicis muneris loco dari conſueuerunt, vel pro ludis, qui à ...cipe populis quaſi muneris loco exhibentur. A munus fit im... ...nus, qui abſque onere liber eſt: & immunitas, exemptio ab onere.

Hinc remunero, hoc eſt, retribuo, redono, & munificus, liberalis, quaſi munera large præbens; munificentia, liberalitas, & munifice, liberaliter.

## ¶ Loci Biblici.

Munera accipiunt filii Heli Iudices Iſraelis, & male iudicant, 1. *Sam.* 8. 3. munera accipiens Giezi leproſus fit, 3. *Reg.* 5. *verſicul.* 21. 27. munera accipiens, vt occidat innocentem, maledictus, *Deuteron.* 27. *v.* 25. munera non accipit Deus, *Deut.* 10. *v.* 17. munera non accepit Eliſæus à Naaman gentili quem ſanauerat, 2 *Reg.* 5. *ver.* 16. munera non accipienda, *Exod.* 23. 8. *Deut.* 16. *v.* 19. *&* 27. *v.* 25. 1. *Samuel* 8. 3. *&* 12. 3. 1. *Regum* 13. *v.* 7. 2. *Reg* 5. *v.* 16. *Pſalm.* 14. 5. *Prouerb.* 15. *v.* 27. *&* 17. 23. *Eccleſ.* 8. 3. *&* 20. 10. *Eſa.* 1. 23. *&* 5. 23. *Ezech.* 13. 19. *&* 22. 12. *Amos* 5. 12. *Mich.* 3. 11.

Munerum acceptio periculoſa, *Gen.* 24. *v.* 23. *Exod.* 23. *verſ.* 8. *Num.* 22. *v.* 7. 8, *Deut.* 16, *v.* 19, *&* 27, *v.* 25, *Iudic.* 16, *v.* 5, 1, *Sam.* 8. 3, *&* 12, *v.* 3, 4, 2, *Sam.* 16, 1, *Iob.* 15, 34, *&* 36, 18, *Pſal.* 15, 5, *&* 26, 10, *Prou.* 15, *v.* 27, *&* 17, *v.* 23. *&* 22, 9. *Eſa.* 1, *v.* 23. *&* 33, *v* 15, *Mich.* 3, 11, *Eccl,* 4, 36, *&* 7, 6, *&* 20, 31, *Matth.* 28, *v.* 12, 15, *Act.* 24, *v.* 26, 27, *Iuda. v.* 16.

## ¶ Sententiae Biblicae

Donec accipiant, oſculantur manus dantis, & in promiſſionibus ſuis humiliant voces ſuas, in tempore retributionis poſtulabunt tempus. *Eccl. cap.* 29.

Cum dederis: ne improperes. 41.

Vbi manus multæ ſunt, claude, & quodcunque trades, numera & appende. Datum vero & acceptum omne deſcribe. 42.

## ¶ Sententiæ Patrum.

Libertatem arguendi amittit & peccat, qui ab eo accipit, qui ideo dat, ne corrigatur. *Amb. in epiſt. ad Cor.* 1,

Munera excœcant oculos iudicum, & vim authoritatis inclinant *ibidem.*

Facile contemnitur clericus, qui ſæpe vocatur ad prandium, & non recuſat. Nunquam petentes, raro accipiamus rogati. Neſcio, quomodo etiam ipſe, qui deprecatur, vt tribuat, quum acceperis, viliorem te iudicat: & mirum in modum, ſi eum rogantem contempſeris, plus te poſt veneratur. *Hieron. ad Marcell.*

Ante Dei oculos nunquam vacua eſt manus à munere, ſi arca cordis plena ſit bona voluntate. *Greg. in Hom.*

Non Abel ex muneribus, ſed ex Abel munera oblata placuerunt *Lib.* 12. *Mor.*

Quis non erubeſcat dicere: quid mihi dabis, vt tibi iuſtitiam faciam? nonne ſimile eſt, ac ſi dicatur: quid mihi vultis dare, vt abnegem? officium perdam, & Deum vendam? *ibid.*

Quo beatus Eugenius munera cautius fugitabat, ad eum vndique multiplicius confluebant, hoc quoque fere vbique accidit, vt fugiant, dum quæruntur, dum fugantur: accelerant. Quum idem prior quidam modicæ facultatis, cuius cauſam nondum audierat, marcam auri deuotione multa inſtanter offerret; *Nondum*, inquit, *ingreſſus es domum*, *& iam vis corrumpere dominum* corruptionem namque vir ſanctus credidit quicquid offerebatur lite pendente. *ibid.*

Tres ſunt munerum acceptiones, quibus contra iuſtitiam humana vanitas militat, nempe Fauor amicitiarum. Adulatio laudis, & corporalis acceptio muneris. Facilius autem peruertitur animus rei corporeæ munere, quam gratiæ laudiſque fauore, *Iſid. de ſummo bono lib.* 1.

Oblatio enim muneris tinea eſt regiminis. *Caſſ. in epiſt.*

Peremptorium enim eſt in principe, vel auram adorare munerum, vel fauorem quærere perſonarum; teſte ſiquidem Propheta: In quorum manibus iniquitates ſunt, dextera eorum repleta eſt muneribus Tranſibunt iniquitates in pœnam, & munera in dolorem: quia teſtimonio Iob ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. *Petrus Bleſenſis.*

## ¶ Sententiae Poeticae.

Ouid. ad quend. ſine nomine.

*Vt iam nil praſtes, animi ſum factus amici*
*Debitor, & meritum velle iuuare voco.*
*Parua quidem fateor pro magnis munera reddi,*
*Cum pro conceſſa verba ſalute damus.*
*Sed qui quam potuit dat maxime, gratus abunde (eſt,)*
*Et finem pietas contigit illa ſuum.*
*Nec quæ de parua pauper dijs libat acerra,*
*Thura minus grandi, quam data lance valent.*
*Agnaq; tam lactens, quam gramine paſta Phaliſco,*
*Victima Tarpeios inſilit iſta focos.*

Plato l. 3. Politiæ etiam hunc verſ. vſurpauit.

Δῶρα θεὺς πείθει καὶ αἰδοίȣς βασιλῆας.
*Cum diuis flectunt venerandos munera reges.*

Menander.

Κακȣ̃ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν ȣ̓κ ἔχει.
*Mali enim viri dona vtilitatem non habent.*

Idem apud Stob.ſer.10.

*Quicunq; manum auro ſupponit, ille quamuis*
*inficietur mala melitus conſilia.*

Eurip.in Medea.

Πείϑειν δῶρα καὶ ϑεὸς λόγος.
*Perſuadere dona & dijs fama eſt.*

Terent.Comœd.3.

*Quam inique comparatum eſt, vt hi qui minus habent,*
*ſemper addant aliquid ditioribus.*

Ouid.1.epiſt.Oenonis ad Paridem.

*Turpiter ingenium munera corpus emunt.*

Martialis in Epigr.

*Callidus effracta nummos fur auferet arca:*
*Proſternet patrios impia flamma Lares:*
*Debitor vſuram pariter ſortemq; negabit.*
*Non reddet ſterilis ſemina iacta ſeges.*
*Diſpenſatorem fallax ſpoliabit amica.*
*Mercibus exſtructas obruet vnda rates:*
*Extra fortunam eſt quicquid donatur amicis:*
*Quas dederis ſolas ſemper habebis opes.*

Martial.l.5.Epigr. ad Æmil.

*Semper eris pauper, ſi pauper es, Æmiliane:*
*Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus.*

Mart.l.9.ad Ruffum.

*Dum me captabas mittebas munera nobis,*
*Poſtquam cepiſti, das mihi Ruffe nihil.*
*Vt captum teneas capto quoq; munera mitte.*
*De cauea fugiat ne male paſtus aper.*

Ouid. epiſt.16. Helene ad Paridem.

*Aut ego perpetuo famam ſine labe tenebo.*
*Aut ego te potius quam tua dona ſequar.*
*Vtq; ea non ſperno ſic acceptiſſima ſemper.*
*Munera ſunt, author quæ pretioſa facit.*

Hier.Sauanorola in locis communib.

*Quatuor iſta, Timor, Munus, Dilectio, Rancor,*
*Sæpe ſolent hominum rectos peuertere ſenſus.*
Vier ding wenden in dieſer Welt Gutgerüchte:
als Forcht/Lieb/Haß vnd Gelt.

Ouid.2.de Art.

*Carmina laudantur, ſed munera magna petuntur*
*Dummodo ſit: diues barbarus ille placet.*

Idem 2.& 3 de Art.

*Ipſe licet venias Muſis comitatus Homere.*
*Si nihil attuleris, ibis Homere foras.*
*Munera crede mihi, placant homineſq; deoſq;,*
*Placatur donis Iupiter ipſe datis.*
*Quid faciet ſapiens? ſtultus quoq; munere gaudet.*
*Ipſe quoq; accepto munere mitis erit.*

Idem 4.de Pont.

*Multiplicat tamen hunc grauitas autoris honorem,*
*Et maieſtatem res data dantis habet.*

Idem 3.de Pont.

*Dignus es argento, fuluo quoq; dignior auro.*
*Sed te, cum donas iſta, iuuare ſolent.*

Mich. Verin.

*Munera quid poſſint, teſtatur ferrea turris,*
*Quam victor fuluo Iuppiter imbre ſubit.*
*Accipe parua mei lætus munuſcula cenſus,*
*Nec quæ ſint, ſed qua ſuſcipis mente data,*
*Quid non argento? quid non corrumpitur auro?*
*Qui maiora dabit munera, victor erit.*
*Munera qui mittit, ſperat maiora remitti:*
*Nemo ſuas vellet perdere gratis opes.*
*Munera ne capias: vncus latet hamus in eſca;*
*Nulla carent viſco munera, virus habent.*

Ouid.5.Faſt.

*Sæpe Iouem vidi, iam ſua mittere vellet*
*Fulmina, thure dato ſuſtinuiſſe manum.*

## ¶ Sententiæ Philoſophicæ. Et Hiſtoricæ.

Munera oportunitate grata ſint, non vulgaria quæque aut pauci habuerint, aut pauci intra hanc ætatem habent, aut quæ etiam ſi natura pretioſa non ſunt, tempore aut loco fiant. *Senec. lib. 1. de beneficijs, cap.*11.

Vtique cauebimus, ne munera ſuperuacua mittamus: vt fœminæ aut ſeni arma venatoria, aut ruſtico libros, aut ſtudiis ac literis dedito retia. Æque ex contrario circumſpiciemus, nedum grata mittere volumus, ſuum cuique morbum exprobatura mittamus ſicut ebrioſo vina, & valetudinario medicamenta. Maledictum enim incipit eſſe non munus, in quo vitium accipientis agnoſcitur. *idem, ibid.*

Si arbitrium dandi penes nos eſt, præcipue menſura quæremus vt quam minime mortale munus ſit, &c. *idem, eo. lib. c.*12.

Sæpe nihil intereſt inter amicorum munera, & hoſtium vota: *idem, lib.2.cap.*15.

Quidam, cum aliquod illis miſſum eſt munuſculum, ...
liud intempeſtiue remittunt, & nihil ſe debere teſtantur. ...
di genus eſt, protinus aliud inuicem mittere, & munus ...
pungere. *idem l.4.c.vlt.*

Parua munera, diutina: locupletia non propria eſſe ...
*Æmil.Prob. in Traſyb.*

Viri boni aduerſus omnia amicorum munera bellum ...
ſuſcipiunt, quod componi nulla pace aut conditione poſſe ...
quæ ad reponendum & diuitias parandas ſpectant illiberali...
cantes, non taman ea repudiant, quæ liberalitati nullum ...
mittenti, & ſplendori ſeruiunt. *Plut. in Ariſtide.*

*Socrates* dicebat, Archelaum quadraginta minas in do...
impendiſſe, conducto mercede Zeuſipe Heracleota, qui ...
eam exornaret, in ſeipſum vero nihil. Et ob hanc cauſam ...
longinquis terræ partibus, magno ſtudio contemplandi ...
cauſa venire: ipſius vero Archelai gratia neminem in Mace...
proficiſci niſi ſi quem forte perſuaderet pecuniis & mune...
men honeſti bonique viri capi non poſſent. *Ælian. libro 14. ...*
*hiſtor.*

*Cyrus iunior* Lacedæmoniis, vt ſecum ſocietatem inirent ...
quam cum fratre, hac oratione ſeſe commendauit; Aiebat ...
longe grauius eſſe, quam fratri: plus illo meri bibere, meliu...
quam illum. Nam illum vix in venatu poſſe in equo ſedere, ...
excutiatur; in rebus aduerſis, ne in ſella quidem. Sciebat enim ...
dæmoniis inuiſos eſſe molles ac timidos. Hortabatur inſuper ...
ros ad ſe mitterent, pollicens, ſe peditibus daturum equos, ...
currus, agrum poſſidentibus, ſe daturum vicos, qui haberent ...
facturum. vrbium dominos. cæterum auri argentique ...
vt non poſſent numerare, ſed pendere cogerentur. Nimirum ...
erat, quod dixit Artaxerxes, regalius eſſe addere, quam ad...
*Plut. in Reg. apoph.*

*Philippus*, quum arcem quandam valde munitam capere ...
naſſet, atque exploratores retuliſſent prorſus eſſe difficile ...
eo etiam impoſſibile, percontatus eſt. num vſque adeo ...
ſet, vt nec aſinus auro onuſtus poſſet accedere? Significans, ...
tam munitum, quod auro non expugnetur. Quod ipſum ...
gnificarunt fabula Danaes, à Ioue ſtupratæ, ſed deo in aurum ...
Flaccus:

*Aurum per medios ire ſatellites,*
*Et perrumpere amat caſtra potentius ferro.*

*Plut. in apoph item Cic. in epiſt. ad Attic.*

*Phocion* Harpalus, ab Alexandro fugiens, magno cum ...
dere Athenas venit, ibique quum multos muneribus ad...
ſet, ad Phocionem etiam ſeptuaginta talenta deſtinat, Pho...
ad nuntios conuerſus. Auferre iſthæc (ait) hominum imp...
meoque nomine mœrorum luctumque renuntiare Harpa...
corrumpenda ciuitate manum abſtineat. *Phocion.*

*C. Potitius* audiens Romanos acceptis muneribus priſ...
men & decus amiſiſſe: Vtinam, inquit, ad illa tempora me ...
ſeruaſſet, & tunc eſſem natus, quando Romani dona accipe...
piſſent. Non profecto paſſus eſſem eos imperare diutius. *Cic. ...*
*Offic.*

*M Cinthius* legem quum tuliſſet, qua cauſidico munera ...
gendam cauſam percipere probibebatur: hancque rem C. ...
moleſte ferret, prodiſſetque, ac ſatis contumelioſe dixiſſet, ...
fers Cinthiole? Vt emas, inquit, Cai, ſi vti velis. Quaſi dixiſſet ...
accipere munera gratis prohiberis. *Bruſ.l.2.c.*1.

*Socrates.* Alcibiades ambitione quadam munificus, cum ...
magnaque munera Socrati dono miſiſſet, & Xantippe admira...
donorum amplitudinem, eaque cuperet eum accipere, Socra...
xiſſe fertur: Imo nos certemus liberalitate cum Alcibiade, & ...
mittuntur, ab ipſo non capiamus quadam munificentia. *Ælian. ...*
*de var hiſt.*

*Idem*, cum Alcibiades ſpecioſam arcam dono offerret Socra...
qua ſibi domum ædificaret. Quid, inquit, ſi mihi calceis opus ...
num corium mihi dares, vnde mihi calceos conficerem? Et ſi ...
an non ipſe ridiculus eſſem, ſi acciperem? Hac ſimilitudine ...
inutile recuſauit. *Eraſ.l.3.apoph.*

*Idem*, obiurgatus ab vxore Xantippe, quod multa miſſa ...
amicis, nihil acciperet, dixit: Si omnia, quæ dantur, ſtatim ...
mus, ne, ſi peteremus quidem impoſterum, vt darent, habe...
mus. *Stob ſer. de Prudentia.*

*Idem.* Archelaus rex Socratem ad ſe vocarat, multa pollicens ...
crates reſpondit, ſe nolle ad eum venire, à quo acciperet bene...
cum illi reddere paria non poſſet. Hoc dictum improbat ...
quod philoſophus perſuadens auri argentique contemptum, ...
dat, quam ſi det aurum & argentum. *Eraſ. Rot l.3. apoph.*

*Idem*, Quum Ariſtippus, Socratis diſcipulus, ex quæſtu, ...
Socraticorum primus facere inſtituit, præceptori miſiſſet ...
minas, remiſit illico Socrates ad illum pecuniam, dicens ...
genium hoc nequaquam permittere. Dicebat enim Socrates ...
bi peculiarem eſſe dæmonem, à quo perhiberetur arcano ...
ſi quid tentaret parum honeſtum. Genium autem illum ...
fuiſſe rationem. Atque interim ciuiliter indicauit Ariſtippo ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

-t, quod philoſophiam doceret mercede, eoque donum -io partum reiecit. *Eraſ. lib 3. apoph.*

-eles Cyren. oblata ab hominibus munera non accipienda -: Et eam quidem ob cauſam, quod munerum accepto -as habiturus ſit, vt rependat: aut ſi omnino non referat, -dinis reprehenſionem facilime incidat. *Aelian. libr.* 10.

-ius Cynicus, quum Cæſar ducenta talenta ei attuliſſet, ri- Si tentare, inquit, me conſtituerat, toto illi fui experi- -io. *Bruſ. l. 1. c. 9. ex Sen. de benef. l. 7. c. 11.*

- pauperrimus fuit, attamen quum amici decem talenta -ent, non accepit: Hæc, inquiens, me cogerent, ſiqui- -ter vos haberem, aliquid præter ius concedere: ſin mi- -ruarem, ingratiſſimum haberi. *Aelian. libr. 11. de Var.*

-inus pecuniam ab amicis ad ludorum impenſam con- -us acceperat, ſed magnam pecuniam miſſam à Fabio Perſi- -n accepit. Obiurgantibus autem, quod non accepiſſet: Ego, in- -n beneficium accipiam, à quo propitiationem accepturus -m? Quumque illi Rebilius, conſularis homo, eiuſdem infa- -iorem ſummam miſiſſet, & inſtaret, vt acciperet, Rogo, in- -ioſcas: à Perſico enim non accepi. *Sen.*

-creon, poſteaquam à Polycrate tyranno quinq; talentorum -oet, munus, inſomnes duas egit noctes, indeque cogitatione -s reddidit ea, dicens: non tanti ea ſibi eſſe, vt tanta cura ve- -ret. *Aelian & Stob.*

-ſilaus, quum in Lydia Tiſſaphenen fugaſſet, ac quampluri- -emptis, iam in agros regios feciſſet incurſionem, rex Per- -per legatos, quorum præcipuus Titrauſtes, ingentem pecu- -nim vltro ad illum miſit, petens vt à bello deſiſteret: Ageſi- -ſta pecunia reſpondit, pacis quidē tempore Reipublicæ vi- -uthoritatem, vt ius habeat decernendi, quod ad tuendam ci- -tranquillitatem cenſuerit conducere: belli verò tempore -em. Sibi verò iucundius eſſe, ſi milites ſuos ditet, quam ſi dite- -ſe, præter ea ſe pulcherrimum ducere, ſi Græci munera cape- -ab hoſtibus, ſed arma putarent ſpolia. Vox excellentis animi, -on aliud virtutis præmium ambiret, quam gloriam: nec pa- -triam venderet, fraudato milite. *Plut in apoph. Lacon.*

-menem Telecri filium quum quidem interrogaſſet: Cur -a Meſſeniis oblata non accepiſſet? reſpondit: Quoniam ſi -iſſem, cum legibus pacem habere non potuiſſem. Quo dicto -it, munera nequaquam eſſe accipienda, quæ legibus & Reipu- -aliqua ſaltem ex parte obeſſe poſſunt. *Plutarch. in Lacon.*

-omenes. Mæander, Samiorum tyrannus, ob incurſionem Per- -um profugerat Spartam, oſtenditq;, quantam pecuniarum vim -m apportaſſet, & quantum Cleomeni vellet largiri. At Cleome- -e quidem nihil accepit, ſed veritus, ne quid aliis ciuibus do- -adit Ephoros, dixitque, ſatius eſſe, ſi hoſpitem ſuum Samium -ponneſo ſubmouerint, ne cui Spartano perſuadeat, inquit, vt -us. Ephori verò Cleomenis conſilio parentes, eodem ſta- -m promulgarunt edictum, vt Mæander Peloponneſo decede- -Quantus in hoc homine diuitiarum contemptus, à quibus non -aque à præſentiſſimo veneno timuit ciuibus ſuis, quum ple- -que aliter exiſtiment beatas ciuitates, quam ſi maxime abun- -tibus. *Hunc Mæandrium Herodotus lib. 3. Mæandrium appel- Plutarch.*

-rgo Cleomenis filia: Quum Ariſtagoras Mileſius Cleomenem -llum pro Ionibus aduerſus Regem Perſarum ſuſcipiendum -aretur, magnam pecuniarum vim pollicens, quantoque magis -cuſabat, tantò plus adderet promiſſæ ſummæ: Pater, inquit, -mpet te hic peregrinulus, ne ocyus cum ædibus extruleris. *-in apoph. Lacon.*

-llicratidas: Cum Cyrus ſtipendium miſiſſet militibus, Calli- -ſeorſim xenia, amicitiæ monumenta: ſtipendium quidem -it, xenia verò remiſit: negans ſibi cum ipſo priuatam haben- -amicitiam, ſed quam haberet publicam cum Lacedæmoniis o- -bus, eandem illi ſecum quoque intercedere. Quid hoc animo -rruptius, qui totus ad Reipub. commoda ſpectabat? *Idem.*

-lopidas: Quum obiurgarent eum amici, quod pecuniariæ rei -uam tuendam conferentis nullam cauſam gereret: Et, inquit, -ercule res vtilis eſt, verum huic Nicomedi, intento digito in ho- -em quendam claudum & mutilum. *Aelian libr. 11. de Var. hiſt. -lut.*

-paminondas pauper quidem erat, ſed cum Iaſon ei quinqua- -ta auri talenta mitteret: Iniuriam inquit, mihi facis. Sed quin- -ginta drachmas à ciue mutuatus, vt eſſent pro viatico, profectus -n Peloponneſum. Cum verò nuntium allatum eſſet, ſateſlitem -us pecunias à captiuis cepiſſe: Mihi, inquit, da ſcutum: Tu verò -i cauponam eme, in qua viuas. Non enim vlterius pericula ſub- -oles, cum diues ſis factus. *Plut.*

*Idem*, Quum legati venirent ferentes munera animo corrum- -ndi, ad prandium eos venire iuſſit prius: vt in eodem cauſam ad- -ntus explicarent. Appoſita igitur eſt menſa vilis, bibebantq; vi- -um acidum. Subridens igitur Epaminondas, ad legatos ait: Abite, -domino veſtro mea prandia narrate, quibus me contentum non facile ſuis muneribus ad proditionem alliciet. *Stob. ſerm. de Prouidentia.*

*Idem*, cum Artaxerxes Perſarum rex ipſi tria Daricorum millia miſiſſet, Diomedontem Cyzicenum aſperius increpauit, ſi tantam nauigationem ſuſcepiſſet, corrupturus Epaminondam, eumque iuſſit hæc verba ad regem referre: Si fauet commodis Thebanorum, habiturus eſt Epaminondam amicum gratis: ſin minus, hoſtem. *Plut. in apoph.*

*Phocion*: quum à Menillo oblatam pecuniam contempſiſſet, rogatus ab illo cauſam, cur ſaltem filio ſumendam non permitteret? reſpondit: Si filius vitam moresque compoſuerit, viuet ille quidem paterna hæreditate contentus: Si verò prodigus & immodeſtus fuerit, ne argentum quidem hoc ſatis futurum eſt. *Plut.*

*Idem*, Alexander Macedonum rex, centum talenta dono miſerat Phocioni, is verò percontatus eſt eos, qui pecuniam adferebant; Quid ita, quum eſſent Athenienſes permulti, ſibi vni illa mitteret Alexander? Illis reſpondentibus; Quoniam vnum te iudicat virum & honeſtum & bonum. Ergo ſinat, inquit, me talem & haberi, & eſſe. Vt ſcite arreptum ab illis argumentum torſit ad occaſionem recuſandi muneris. Iam quis hic non admiretur corrupti pectoris ſinceritatem? Pauper erat Phocion, nec doni magnitudine quicquam mouebatur. Simul autem indicat, illos, qui Rempub. adminiſtrant, tamen à capiendis muneribus non temperant, nec bonos eſſe viros, nec tales haberi debere. *Plut. in apoph*

*Alexander*: Ciuitas quædam, vt ab armis Alexandri quietem haberet, obtulit illi partem agrorum, & præterea rerum omnium dimidium. Cui ſic reſpondit: Hoc animo veni in Aſiam, non vt acciperem, quod dediſſetis, ſed vt vos haberetis, quod reliquiſſem. *Plut. in Alex.*

*Xenocrates*: Cum Xenocrati Chalcedonenſi ingentem pecuniarum ſummam miſiſſet, ex ea Philoſophus tres tantum minas recepit, & reliquum referri iuſſit, dicens: ipſi pluribus eſſe opus, qui plures aleret. *Laert. l. 4. c. 2 Stob ſerm. 3.*

*Idem* Alexander ad Xenocratem legatos miſit cum aliquot talentis, quos ille in Academiam perductos parca tenuique cœna excepit. Poſtridie interrogantibus: cui vellet adnumerari pecuniam? Quid, inquit, Itane vos ex heſterna cœna non intellexiſtis, me pecunia non indigere? Philoſophus ethnicus reiecit à ditiſſimo liberaliſſimoque rege vitro delatam ingentem pecuniæ ſummam, & nunc pro ſanctis haberi volunt, qui extremam profeſſi paupertatem in tantum, vt horreant etiam ærei nummi contactum, non aliter quā viperæ non referendis artibus venantur diuitum ac pauperum liberalitatem *Laert. l. 4. c. Cic. l. 5. Tuſc. quæſt.*

*Dionyſius ſenior*: Corinthiorum legati, quum ad Dionyſium ſeniorem miſſi eſſent, & is pro more ampliſſima dona obtuliſſet, recuſarunt plane, eo quod lex apud ipſos vetans, ne legatione fungentes munera acciperent à principe. Quibus Dionyſius reſpondit; Rem profecto abſurdam facitis, qui, quod vnum bonum bonum habet tyrannis, hoc tollitis, tum docetis, etiam beneficium à tyrannis accipere periculoſum eſſe. Grauem rex iudicabat contumeliam eſſe oblata recuſare munera, quum hac vnica re tyranni aliis ſe commendare poſſint. *Plut. in apoph.*

*Cimon.* Quendam barbarum à Perſis Athenas aiunt cum magna auri copia veniſſe, Cimoniſque domum adiiſſe, & ob tutelam phialas duas, alteram Daricis, alteram argenteis plenas obtuliſſe. Conuerſum verò ad eum Cimonem ſubriſiſſe, rogaſſeque barbarum, mercenariumne an amicum Cimonem habere vellet? quum autem reſpondiſſet, amicum: Abi igitur, inquit, tuaque iſthæc tecum munera defer. Ego enim amicitia tua fretus, hiſce, quum opus fuerit, liberaliter vtar. *Plut.*

*M. Curius.* Samnites poſteaquam à M. Curio deuicti eſſent, venerunt, magnam ei vim auri offerentes, verum Curio, quum forte ad focum ſederet, & ex cado ligneo rapas comederet, Samnitū legatis reſpondit: Nihil opus eſt auro, talem cœnanti cœnam. Alii autem reſpondiſſe ſcribunt: Ego malo aurum habentibus imperare, quam vt alii mihi aurum accipienti imperent. *Plut. in Roma apoph. Plin. de viris illuſtrib. cap. 33 Cic in Catone Maiore.*

*C. Fabricius.* Samnites quum ad C. Fabricium Imperatorem populi Romani veniſſent, grandem offerentes pecuniam: Fabricius plenas manus ab auribus ad oculos, & infra deinceps ad nares & ad os, & ad gulam, atque inde porro ad ventrem imum deduxit, & legatis ita reſpondit: Dum illis omnibus membris, quæ attigi, obſiſtere & imperare poſſum, nunquam quicquam deerit. Propterea pecuniam, quum nihil mihi vſui ſit, non accipiam ab iis, quibus eam vſui ſcio. *Higinius libro de vita rebusq; illuſtrium virorum. Gellius l. 1. c. 4 & 14.*

*Idem.* Cyneæ Pyrrhi legato, magnam auri vim dono offerenti, reſpondit. Se malle imperare aurum habentibus, quam habere aurum *Eraſ. l. 6.*

*Cyanenſes.* M. Bruto cum tota fere ſeſe dediſſet Luſitania, ſola vrbs Cyana pertinaciter arma retinuit. Verum quum tentaretur per Bruti legatos, vt data pecunia ſe darent Bruto: Cyanenſis populus vno ore reſpondit: Sibi ferrum eſſe à maioribus relictum, quo libertatem patriæ tuerentur non aurum, non munera, quibus ab hoſte ſe redimerent. *Eraſ. l. 8. apoph.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Spartacus*, Spartaco in Craſſum omnes mouenti copias, quidam equum dono obtulit. At ille: Si vicero, inquit, plurimos ex hoſte equos habiturus ſum, ſi victus fueto, nec hic mihi futurus eſt vſui: ſimulq; cum dicto, equum gladio transuerberatum interemit. *Eraſ. lib. 6. apoph. ex Plut.*

## ¶ Similitudines.

*Iouiani Pontani*, Omnino munerum finis gratuitus eſſe debet: qui, ſi voluptatem aliquam, quę parum honeſta ſit, reſpectet, nequaquam mihi, qui finem hunc ſequatur, magnificus iudicabitur; ſed voluptuarius quiſpiam, & mercator rerum earum quæ ſunt hominum beluis communes, quo nec melior videri poteſt, qui vtilitatem ſequutus magna dat, vt paulo poſt referat maiora. Quod in regibus præſertim eſt turpiſſimum, quorum animos etiam ſuſpicione auaritiæ vacuos eſſe decet. Quanquam ſeculo noſtro vix aliud genus hominum tam libenter atque aſſidue mercaturam exercet. Qui tamen dum oſtentare volunt magnificentiam, Hiſtriones, Scurras, Tibicines, maximis donis proſequuntur. Quin & quos bene meritos muneribus aliquando affecerint, non tam volentes id agunt, quam vt ſuſpicionem deuitent auaritiæ, aut aliam ſequuti rationem conſilium ſuum celant. In vtroque autem maximum eſt vitium: nihil enim fictum aut fucatum habere virtus debet, nec ſine delectu recte agi quicquam poteſt. *In lib. de ſplendore, c 29.*

*Eraſ. Reterod.* Vt bilanx in eam vergit partem, vnde plus accipit: Sic quidam nunc huic, nunc illi fauent, qui plurimum det, non cuius cauſa ſit optima. *In ſimil.*

## ¶ Adagia.

Ranis vinum præminiſtras. βατράχοις οἰνοχοεῖς. *Zenodot.*

*In eum dicebatur, qui id miniſtraret, quo nihil opus eſſet ei, cui exhiberetur: Veluti ſi quis apud indoctos multa de Philoſophia diſſerat.*

Veneri ſuem immolauit. ἀφροδίτῃ ὗν τέθυκεν.

*Dici ſolitum, vbi quis munus offert minime gratum.*

Munerum animus optimus. ξείνων δέ τε θυμὸς ἄριστος.

*Hemiſtichium Heroicum prouerbiale, quo ſignificatur, in amicorum muneribus non eſſe ſpectandum rei miſſæ pretium, ſed mittentis potius animum.*

Nil recuſandum quod donatur.

*Si quando dices nullum eſſe recuſandum munus, quodcunq; offertur, arripiendum eſſe, quoties obtigerit alicuius occaſio commoditatis, conueniet illud Homeri ex Odyſſ. σ.*

> Οὐ γὰρ καλὸν ἀθήνασθαι δόσιν ἐστίν.
> *Donum reÿcere haudquaquam decet.*

Donum quodcunque aliquis dat, proba. Δῶρον δ' ὅ, τι δῷ τις, ἐπαίνει.

*Boni conſulendum eſſe munus, aut officium, conſiliumve, quod offertur ab amico.*

Arripienda quæ offeruntur. *Hom.*

> Οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον.
> *Quiſque ſibi appoſitis, ſi quid foret vtile, promptas*
> *Admouere manus.*

Munus exiguum, ſed opportunũ. δόσις δ' ὀλίγη τε, φίλη τε. *Hom.*

*Hemiſtichium Homericum, quo vtemur ſignificaturi munus pretio quidem leue, ſed tamen accipienti pro tempore gratiſſimum.*

Equi dentes inſpicere donati.

*Quum ſignificabimus æqui boniq; conſulendum, qualecunq; eſt, quod non emitur, ſed gratis datur.* Einem geſchenckten Pferd ſoll man nit ins Maul ſehen.

Argentanginam patitur. ἀργυράγχην πάσχει. *Plut.*

*Natum à Demoſthene pecunia corrupto, ne contra Mileſiorum legatos diceret.* Er iſt Geltſüchtig. Er hat die Geltſucht. Seine Zung iſt an ein guldene Ketten geſchmiedet. Er iſt mit der ſilbern Büchſen geſchoſſen.

Bos in lingua. βοῦς ἐπὶ γλώττης.

*In eos, qui non audent libere, quod ſentiunt, dicere.*

Malis ferire. μήλοις βάλλειν.

*Dicuntur qui muneribus aſſequi ſtudent, quod optant, aut qui donis prouocant ad amorem mutuum.*

Muneribus vel Dii capiuntur. *Ouid.*

> *Munera crede mihi placant hominesq; Deosq;:*
> *Placatur donis Iupiter ipſe datis.*

*Celebratur & hic verſiculus, quem etiam vſurpauit Plato.*

> Δῶρα θεοὺς πείθει, καὶ αἰδοίους βασιλῆας.
> *Cum diuis flectunt venerandos munera reges.*

*Vnde Seneca: Omnium eſt dulciſſimum accipere.*

Virtutem & ſapientiam vincunt teſtudines. τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν σοφίαν νικᾶντι χελῶναι.

*Eſt velut ænigma, innuens, pecuniam longe plus poſſe, quam aut virtutem, aut ſapientiam. Antiquitus enim Peloponneſiorum numiſma χελώνη, id eſt, teſtudo dicebatur. Conſimili figura dictum eſt & illud: Multas noctuas ſub tegulis latere.* Gelt das ſtumm iſt / macht ſchlecht / was krumb iſt.

Dorica muſa. Δωρικὴ μοῦσα.

*De munerum auidis.*

Pecuniæ obediunt omnia.

*Apud Eccleſ. c. 10. proinde Horat. pecuniam reginam* ...

> *Scilicet vxorem cum dote fidemq; & amicos,*
> *Et genus & formam regina pecunia donat.*

Gelt regiert die Welt. Gelt macht den Marckt.

*Argent fait tout,*

Munerum corruptela.

*In eum, qui rem auro donisq; aggreditur, non inf*... *illud Homeri Odyſſ. ε.*

> Εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
> Ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.
> *Corripuit virgam, qua mulcet lumina ſomno*
> *Quorumcunque velit, ſoluit quoque lumina ſom*...

Muneribus res agitur.

*Qui dicit, non eſſe locum recte factis & æquis rationibus* ... *gitione & aſſentatione omnem rem peragi, poterit illud* ... *commodare ex Iliad. ι.*

> Δώροισιν τ' ἀγανοῖσιν, ἔπεσσί τε μειλιχίοισιν
> *Et donis permagnificis & lenibus dictis.*

Argenteis haſtis pugnare. ἀργυρέαις λόγχαισι μάχεσθαι.

*Dicuntur, qui quum negotium alio pacto conficere nequ*... *neribus & largitione perficiunt.*

Qui multa rapuerit, pauca ſuffragatoribus dederit, ...
ὁ πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δοὺς, ἐκφεύξεται.

*Admonet adagium, non niſi multum furibus ſurripien*... *ſuperſit, quo iudicem, ſi forte ſit opus, corrumpant atque* ...

Vulpes haud corrumpitur muneribus. ἀλώπηξ οὐ δωροδοκεῖται.

*De callidis ac verſutis, quos haud facile ſit obiecto mun*... *aſſentatiuncula, pollicitisve fallere.*

Corrupta iudicia.

*In eos, qui corrupte iudicant, aut ſuffragium ferunt, aut* ... *tyrannidem leges opprimunt, competet illud Homeri ex Iliad.* ...

> Οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
> Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.
> *Qui per vim in populi cœtu communia iura*
> *Deprauant, ac iuſtitiam depellere tentant,*
> *Nil veriti vocem Diuûm.*

Faba nummus.

*Dictum eſt, olim fabis ferri ſolita ſuffragia, quod innu*... *goram exiſtimant, quum vetaret edere fabas. Corrupta* ... *fragia lepidiſſimo tropo ſignificauit M. Tullius.*

Guttam aſpergere.

*Cum ex magno lucro paululum quiddam alicui decid*... *tam aſpergi dicimus. Et guttatim donare is dicitur, qu*... *minuta largitur.*

Pecunioſus damnari non poteſt.

*M. Tull. ait, hoc omnium ſermone percrebuiſſe, non ap*... *nos tantum, verum etiam apud exteras nationes, in iudici*... *temporum, pecunioſum, quamvis ſit nocens, neminem poſſe d*... *Huic affine eſt: Romæ eſſe venalia omnia.* Zu Rom iſt kein ... Sünde / denn arme ſein Zu Rom iſt alles vmb Gelt feyl.

Cyclopis donum. Κύκλωπος δῶρα.

*Pro eo, quod eſt, munus inutile. Cuiuſmodi ſunt ferme Ty*... *rum & latronum beneficia, qui ſolent hoc ipſum magni bene*... *imputare, quod aut minus, aut ſerius noceant.*

Hoſtium munera, non munera. ἐχθρῶν δῶρα, ἄδωρα, δῶρα ...

*Priſcorum ſuperſtitio credidit: obſeruanda vel maxime* ... *ra a quibus quo animo mitterentur. Hac de refertur Epi*... *Græcum.*

> Οὕτως ἐξ ἐχθρῶν ἀντίκτονα πέμπεται δῶρα,
> Ἐν χάριτος προφάσει μοίρας ἔχοντα μόρου.
> *Atq; ita ab hoſte hoſti veniunt lethalia dona,*
> *Quæ ſtudij ſpecie fata necemq; ferunt.*
> Et aliud:
> Κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει.
> *Lædit, iuuat nihil improbi munus viri.*

*Affinia ſunt: Mali viri munera inutilia: Pauper d*... *petit.*

Malum munus. κακόν γε δῶρον ἴσον ἐστὶ ζημίᾳ.

*Munus malum perinde eſt vt diſpendium. Nocet, non* ... *largitur noxia.*

Quum Delphis ſacrificauerit, ipſe carnes abſumit. Δελφοῖς θύσας, αὐτὸς ὀψωνεῖ κρέας.

*Dici ſolitum de ijs, qui vocatis conuiuijs, ipſi cibos app*... *rant, vt illis ſpectare tantum liceat, non veſci. Adagium* ... *poteſt etiam ad illos, qui beneficio, quod alijs dediſſe viden*... *fruuntur.*

## ¶ Exempla Biblica.

Munerum oblationis & exhibitionis *exempla*: Rex Sodom... rum Abrahæ, *Geneſ.* 14. *v.* 21. 22. Iacob Eſau fratri, 33. v. 9. ... 43. v. 11. Iſraelitæ ad tabernaculum, *Exodi* 35. v. 20. 21. 22. ... Eglon, *Iudic.* 3. *v.* 17. Regina Saba Salomoni, 1. *Reg.* 10. v. ... mon Reginæ Saba, v. 13. Ionathas Dauidi, 1. *Sam.* 18. v. ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Reg.15.18. Rex Babyloniorum Ezechiæ Regi,2.*Reg.*20.12. Aſſyriorum,2.*Par.*28.*v.*21. Tobias Raphaeli. *Tob.*1.*v.*1. ... Iudith, *Iudith* 15.13. Magiſter militiæ Ieremiæ,*Ier.* ...chodonoſor Daniel ,*Dan.*2.*v.*48. Ionathas Alexandro, ...60. Magi Chriſto,*Matth.*2.11. Munerum recuſationis ...pus factæ *exempla*: Abraham , *Geneſ.* 14. 22. Vir Dei, ...ſæus,2.*Reg.*5.*v.*15.16. Dauid,2.*Sam.*22.24. Daniel,*Dan.* ...thias,1.*Macchab.*2.18. Petrus, *Act.*8.20. Muneribus multa ...*empla*: Iaſon,1.*Macchab.*23.*v.*24. Muneribus inhian... *la*: Filii Samuelis,2.*Sam.*8.3. Giezi,1.*Reg.*5.*v.*20.21, Cu... ...tri Chriſti,*Matth.*28.12. Felix, *Act.*24.26.

*...pra Donum. Item, Acceptio perſonarum.*

# Murmuratio.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

...rmuratio, Græcè γογγυσμὸς, ȣ̃,ὁ, & γογγύζω, murmuro, & ...ſτὴς ȣ̃ ὁ, murmurator dicitur. Dicitur & μονηκὸ, ψιθυρισ-... Hebr. *Hamith*. *Prouerb.* 19.17 à verbo *hamah*, tumultua... ...uit tumultuoſe, fremuit, vt quum magno in populo con... ...gentem ſonum edunt, vt eſt aquarum lene murmur, ...aris, torrentium ad ſcopulos ſtrepitu quodam incurren... ...tus. Dicitur & *Lacaſch*, à verbo *Lacaſch*, muſſitauit, mur... ...ſuſurrauit, ſubmiſſa voce loquutus eſt. Eſt autem mur... ...locutio indebito modo facta contra Deum vel factum ...

...muratio eſt quædam querela cum impatientia, in his, quæ ...beret patienter ferre. *ſecundum Poſtillam quandam ſuper* ...*ut*,1. *Cuſtodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil pro-*

...turo verborum factitium eſt, proprieque de aqua dicitur. ...lenis aquæ ſtrepitus appellatur : ponitur tamen pro ...ſtrepitu. Accipitur plerunque murmuro pro eo, quod ...obloquor & maledico : vnde murmurator, murmura-... ...murabundus deſcendunt.

## ¶ LOCI BIBLICI.

...ratio cauenda, 1.*Corinth.*10.*v.*10. *Philip.*2.*v.*14. 1.*Petr.*4.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

...rum auris acris & indignabunda zeli audit omnia : & tu... ...murmurationum non abſcondetur. *Sap.*1.

...murmurauit homo, &c. *Thren.*3.

...murmurauetitis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, ...ab exterminatore. 1 *Cor.*10.

...autem facite ſine murmurationibus, & hæſitationibus, ...querela, & ſimplices filii Dei, ſine reprehenſione in me... ...prauæ & peruerſæ. *Phil.*2.

## ¶ SENTENTIÆ PATRVM.

...ulla re magis Deum offendiſſe ille populus Iudaicus dici... ...contra Deum murmurando. *Aug. ſuper Ioan.*

...contra ſupra poſitam ſibi poteſtatem murmurat, liquet, ...ſedarguit, qui eandem homini poteſtatem dedit. *Greg.*

...ſquis pro peccato percutitur, niſi murmurando renitatur, ...iuſtus eſſe inchoat, quo ferientis iuſtitiam non accuſat.

...qui murmurat, ſecundum animam mortuus eſt, qui inſti... ...modo viuit? *Bern. de conſiderat.*

...quæ ſanæ ſunt, portari non indigent, ac per hoc nec onus ...quoſcunque igitur de tuis inueneris triſtes, puſillanimes, mur... ...ipſorum te noueris eſſe abbatem : conſolando, exhortan... ...pando agis opus tuum, & portas onus tuum : & portando ...ſanando portas. *ibid.*

...cat non murmurare, qui mala patitur : etiam ſi ignoret, cur ...patitur. Per hoc quiſque ſe iuſte pati arbitretur : quia ab illo ...cuius nunquam iniuſta iudicia ſunt. *Iſidor. libr.*3. *de ſummo* ...

...urratio eſt, per quam odioſæ adulationis vel derogationis ſi... ...dam alter in alterius odium excitatur. Suſurrare eſt, inter ...diſcordiam ſeminare. *Hugo.*

...contentioſus & murmurans extiterit, iuxta arbitrium prio... ...pœniteat, quandiu culpæ qualitas extat. *Chryſoſtomus in* ...

## ¶ EXEMPLA BIBLICA.

Murmurationis *exempla*: Cain, *Geneſ.*4.14. Iſraelitæ, *Exodi* 5.*v.*21. & 15. & 15.16, *v.*2. & 16.*v.*3. *Num.*11.*v.*1. & 13.*v.*31. & 14.2. & 16.41. & 20.3. & 21.5. *Deut.*1.26. Phariſæi, *Matth* 9.*v.*11, & 12, *v.*2, & 15,2. *Marc* 2,*v.*6, *Luc.* 5.30, Mercenarii, *Matth.*20,11. Diſcipuli Chriſti,26. *v.*8,9. Scribæ & Phariſæi, *Marc*,2,24. & 7.5, *Luc* 5.2, & 15,2, & 19.7. Iudæi, *Ioan.*6, *v.*41,52. Diſcipuli quidam, *v.*60. Turba,7, *v.*32. Iudas Iſchariothes,12, *v.*4.5. Græci aduerſus Hebræos, *Actor.* 6,*v.*1. Murmurationis pœnæ *exempla*: Iſraelitæ, *Num.*11, *v.*1, & 14.36, & 16, *v.*49. Maria ſoror Moyſis,12, *v.*10.

*Vide ſupra Impatientia, Item. Patientia, Dolor.*

# Muſica. 44444

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

MVſica, Græca dictio eſt, μȣσικὴ, ῆς, ἡ, & μȣσικὸς, ȣ̃, ὁ. muſicus dicitur. Eſt autem Muſica peritia modulationis in ſono cantuque conſiſtens. Tria ſunt genera, quæ circa artem muſicam verſantur. *Vnum* genus eſt, quod inſtrumentis agitur : *aliud*, quod fingit carmina : *tertium*, quod opus carmenque diiudicat. Secundum genus profectò Poetarum eſt, quod non potius ſpeculatione ac ratione, quam naturali inſtrumento fertur. *ſecundum Alpharabium.*

Ars eſt inſpectiua actiuaque, perfecti meli; & inſtrumentum modulatus. *Ariſtides.*

Vel eſt ars concinnitatis vocibus moribusque collocata.
Cognitio concinnitatis in corporibus & motibus conſtituta.
Eſt habitus inſpectiuus, & actiuus, & affectiuus abſoluti meli.

Veteres muſices inuentores conſtat fuiſſe Thraces, Orpheum, Muſæum, Thamyridem, Dirion ciuitas, ſecundum Stephanum, in qua harmoniam à Tamyrrha inuentam referunt.

## ¶ LOCI BIBLICI.

Muſica inſtrumenta, vt Eccleſiæ ruditati & pueritiæ conuenientia, diuinis olim celebrandis laudibus adhibita, 2.*Sam.*6.5, 1, *Paral.* 3,8 & 15.16, & 25,1. 2. *Paral.*5,12, & 32,28, & 29,25. *Pſal* 33,21, & 43 4. & 57 9, & 71,22. & 81,13. & 92, 4, & 98,5, & 108,3. & 144 9 & 147,7. & 149.3. & 150. *v.*3.4. Muſicorum inſtrumentorum ſumpta comparatione docetur vſus interpretandi Scripturas, 1, *Cor.*4. *v.*7. abuſus tollitur, *v.*12.

## ¶ POETARVM DICTA.

Hier. Phaletus Sauonenſis de laude Muſicæ.

*Muſica turbatas animas ægrumq; dolorem*
*Sola leuat merito diuûmq; hominumq; voluptas:*
*Qua ſine nil iucundum animis, nec amabile quicquam.*
*Ad cuius numeros ſuperi vertuntur & orbis,*
*Et cælo radiant ignes quibus emicat ingens*
*Signifer & leges præſcriptaq; tempora ſeruant:*
*Hac Phœbus Phœbiq; ſoror dicet & aurea cæli*
*Aſtra ſuos agitant conſtanti fœdere motus.*

Politianus in Nutritia.

*Iam Thameram cantu doctas anteire ſorores,*
*Fretum mox cithara damnatum & luminis orbum.*

Idem in Epigram.

*Cederet huic Thamyras docti certamine cantus,*
*Cederet aurata Calliopæa lyra.*

Menand. in theſauro.

Πολλοῖς ὑπέκκαυμ' ἐς' ἔρωτος μȣσική.
*Muſica multis eſt incitamentum amoris.*

## ¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Ad virtutem pertinere quadam ex parte Muſica putanda eſt : quippe quæ poſſit, vt Gymnaſtica corpus bene conſtituit, ſic animum bene afficere conſuetudine honeſtæ voluptatis : aut certe ad vitæ degendæ rationem prudentiamque aliquid valet. *Ariſt. l.*8. *de Repub. c.*4.

Muſica à nobis in iis ponitur, quæ ſummam afferunt voluptatem : ſiue nuda ſit, ſiue coniungatur concentu *libr.*8. *de Republ. capit.*5.

Recte Muſicam & in conſuetudine & congreſſibus, & in vita legenda adhibent homines, quod voluptatis ſit effectrix. Hæc enim ad animi relaxationem valet : omniq; ætati, omnibusq; moribus vſus eius gratus eſt. *ibid.*

Omnium rerum exceptis veris naturis, nulla verius quam numerus & cantus: iræ, clementiæ, fortitudinis, temperantiæ, omniumq; quæ his contraria ſunt, aliorumq; ad mores pertinentium ſimilitudines imaginesque exprimit. *ibid.*

Muſica animi habitum bene conſtituere poteſt. Quod ſi poteſt, certe ea erudiendi inſtituendique ſunt adoleſcentes. Quin etiam ad eorum naturam accommodata eſt, & apta muſicæ diſciplinæ. *ibidem.*

De dol-

De dulcedine muſica. DIAL. XXXIII.

*Franciſci Petrarchæ.*

GAV.

Cantu delector ac fidibus. R. Ah quanto melius lachrymis atq; ſuſpiriis? Præſtat enim flendo ad gaudium, quam gaudendo ad gemitum peruenire. G. Cantibus ſoniſque permulceor. R. Et feræ cantu falluntur, & volucres, illud miſerabilius muſica quoq; dulcedine piſces tangi. Nota tibi Arionis & delphini eſt fabella tam pro vero habita, vt ipſis annalibus ſit inſerta. Multi quidem ſcriptorum illuſtrium meminére miraculi, elegantius nemo quã Herodotus Graiæ pater hiſtoriæ, aſtipulantur imagines æneæ, illic vbi tanto periculo incolumis primum terris appulſus eſt, natantis piſcis tergo inſidens fidicen. Adhæc Syrenes cantu fallere creduntur, illud verò non creditum, ſed compertum, vt cotidie blandis verbis homo hominem fallit, & ad ſummam nihil ad fallendum voce aptius. G. Muſica ſuauitate delinior. R. Et aranea (vt aiunt) antequam mordeat, & medicus linit antequam feriat, & auceps, & mulier quem fallere vult, delinit, & prædo quem perimit, & Polypus quem demergit amplectitur. Et quidam peſſimi hominũ nunquam terribiliores ſunt, quam dum ſe geſtu & voce leniſſimos oſtendunt, quod imprimis de Domitiano principe lectum eſt. Vix vlla eſt ſine ſuſpicione delinitio. G. Cantu gaudeo & exaltor. R. Caue. Nam ſcriptum eſt: Extrema gaudii luctus occupat, & rurſus, ante ruinam exaltabitur ſpiritus. G. Cano dulciter. R. Neſcis an vltimam. Ipſe prædulciter morti proximus olor canit. Plures enim gaudio quam triſtitia periêre: ſolito dulcius canentem inter ipſa ſoni ſuſpiria expiraſſe recens fama eſt. G. Cantu ac tibiis delector. R Non immerito quidem. Singuli enim dies te & horæ, & momenta ad ſepulchrum vehunt, quo cum cantu ferri veſter etiam nunc mos eſt, & antiqui tibiis efferebantur, vnde illud Statii Papinii: *Tibia cui teneros ſuetum producere manes.* Tibi vtraq; funeris pompa placet, illuc (te licet ire non ſentias) abſq; vlla requie properanti. G. Cantu moueor. R. At quid refert? Eſt haud dubie in animis hominum generoſis maxime potentiſſima muſica, ſed effectus ſupra fidem varii, atq; omittam quibus res non eget, hos ad lætitiam inanem, hos ad ſanctum & deuotum gaudium, piaſque nonnunquam lachrymas mouet, quæ varietas in diuerſas ſententias magna traxit ingenia. Nempe Athanaſius interdixit. Ambroſius pietatis appetens, vt caneretur inſtituit. Auguſtinus vtrumq; ſe paſſum, & difficile hinc ſibi negotium dubietatis exortum inter confeſſiones ſuas pie meminit. G. Delectat canere. R. Graia olim delectatio nunc & veſtra. Apud illos quidem cantus, ac fidium ignarus quiſquis eſſet, indoctus habebatur, quod Themiſtocli Attico Græcorum clariſſimo eo quod lyram in epulis recuſaſſet accidiſſe, Epaminondam vero Thebanum hanc fortaſſis infamiam declinantem præclare fidibus ceciniſſe author eſt Cicero. Mirum, & Socrates talis ſenex fidibus operam dedit, ne miremur Alcibiadem ab auunculo Pericle tibiæ ſtu dio traditum apud illos honeſtiſſimo, vt inter liberales artes hanc quoque condiſceret. Sed verecundum pueri laudemus ingenium, qui cum ab inſigni tibicine ad id ipſum accito oblatas tibias ori applicuiſſet, & collecto ſpiritu genas inflaſſet, animaduerſa deformitate vultus erubuit, atq; abiectas tibias aſpernatus fregit, metuitq; licet tenera ætas exemplo eſſe, vt totius populi conſenſus tunc Athenis tibiarum vſus obſoleſceret. Ad vos & ſi non illud ardens muſicæ ſtudium peruenerit omnium principum mentes occupaturum, occupauit tamen aliquorum animos, peſſimorum maxime. Caius quippe cantandi ſtudioſiſſimus ſaltandique fuit. Nero quantum citharæ deditus fuerit, & quantam curam vocis habuerit incredibile dictu eſt. Id enim ſtultum eſt, penituſq; ridiculum, quod nocte illa quæ ſibi vitæ vltima, mundo autem reſpirandi vel modicum prima fuit, inter querelas quas vicina mors & præſens metus, dolorque dictabant, illud crebrius atq; miſerabilius defleuit, non quod tantus princeps, ſed quod tantus muſicus periret. Mitto alios, ad hanc veſtram, quæ nunc agitur, ætatem, licet parcior, venit tamen aurium voluptas, qua caſte ac ſobrie delectari humanitas quædam, capi autem & molliter inuiſcari vanitas multa eſt. G. Suauibus vocum modis cum delectatione detineor. R. O ſi audires ſanctorum ſuſpiria! O ſi hinc aures tuas damnatorum gemitus, & lamenta percellerent! Hinc beatorum iubilus, & cantus angelici, atque illa cœleſtis harmonia (quam Pythagoras ponit) Ariſtoteles euertit. Cicero noſter inſtaurat, tibi autem pietas fideſque ſuggerit eſſe ibi perpetuas, ac prædulces voces, & ſi non cœlorum, at cœleſtium incolarum, primam illam, & æternam cauſam ſine fine laudantium. Si hæc, inquam, omnia tuis auribus inferrentur, quam clare diſcerneres: quis concentus dulcior, quiſue ſalubrior? Nunc ſurdo ſenſui ſoni iudicium committis, de quo hactenus parua quidem res nonnullis forte videbitur, magnos tamen viros exercuit. Nec ſine vlla cauſa diuini Plato vir ingenii muſicam arbitratus eſt ad ſtatum ſiue correctionem morum Reip. pertinere.

Muſicam nullus veterum Arcadum omittere audebat, ſed neceſſario colebat, neque fateri neſcire auſus eſt, quia eiuſmodi inſcitia turpiſſimum quid apud eos putabatur. Præterea ſpectacula & ludos in theatris, cum cantibus & choreis, ſingulis quibuſque annis publicis ſumptibus adoleſcentes ciuibus præbebant. Quæ res ab eorum maioribus ſapienter inſtitutæ fuiſſe mihi videntur, non deliciarum aut laſciuiæ gratia: ſed cum animaduerteſent aſſiduos eius gentis labores in colendis agris, & duritiem atque aſperitatem ... ea etiam morum auſteritatem, quæ ex frigiditate ac ... prouenit, cui nos ſimiles gigni neceſſario oportet (non ... rum eſt, plagas cœli eſſe, quæ gentes moribus, & forma, ... plæriſque diſciplinis inter ſe diſſimiles faciunt) volentes ... que tractabilem reddere naturam, quæ per ſe durior ... debatur, primo ea omnia, quę ſupra memorauimus, ... deinde conuentus communes, & ſacrificia plurima, ... ac mulieres congregarentur: poſtremo virginum ac ... chorus. Quæ omnia ad eum finem fecerunt, vt id quod ... hominum natura durius erat, conſuetudine placari ... fieret. *Polyb. lib. 4.*

Ad muſicum tranſeo. Doces me, quomodo inter ſe acutæ ... ues voces conſonent; quomodo neruorum diſparem ... ſonum fiat concordia. Fac potius, quomodo animus ... conſonet, nec conſilia mea diſcrepent. Monſtras mihi ... di flebiles: monſtra potius, quomodo inter aduerſa flebilem ... mittam vocem. *Senec. epiſt. 88.*

Omnis habitus animi cantibus gubernatur: nam ... mnos adimitque, nec non curas, & immittit & retrahit, ... rit, clementiam ſuadet, corporum quoque morbis medetur ... eſt, quod ægris remedia præſtantes præcinere dicuntur. ... rum, ſi inter homines tanta Muſicæ dominatio eſt, cum ... que, velut luſciniæ & cygni, aliæue id genus, cantum ... diſciplina ſuæ artis exerceant? Nonnullæ vero aues, vel ... aquatiles beluæ inuitante cantu, in retia ſponte decurrunt ... muſica capitur omne quod viuit: quia cœleſtis anima, ... tur vniuerſitas, originem ſumpſit ex muſica. Mortuos ... pulturam proſequi cum cantu oportere, plurimarum ... regionum inſtituta ſanxerunt, perſuaſione hac, qua poſt ... mæ ad originem dulcedinis muſicæ, id eſt, ad cœlum ... tur. *Macrob. lib. 2. de ſomno Scipionis, his verbis Muſicam lau...*

Cæterum primi illi legum latores cum animaduerterent ... hominum ſtudia non poſſent omnino tanquilla eſſe, ... eis ſaltationem & rhythmum motu certo & ordine ... hæc ludos conceſſerunt, qui vel ad mutuam coniunctionem ... mouerent: vel ad verum cognoſcendum, acuendumque ... fecerent. Similiter illis qui ebrietate & crapula inducti, ... li perpetrabant, tibias & concentum accommodarunt, ... his modis irrigata, honeſtiores matureſcendo mores ... *Ex Diogene Pythagoræo, lib. de ſanctitate.*

Quando itaque bene incipientes pueri iocari ac ludere ... mum per muſicam morem imbibunt, in contraria his ... ſuperioribus muſica tendit, atque perſequitur erigere, ... in ciuitate iacebat. *Plat. in dial. 4. de Inſt.*

Dorius prudentiæ largitor eſt, & caſtigatis effector: ... pugnas excitat, votum furoris inflammat: Æolius ... peſtates tranquillat, ſomnumque iam placatis attribuit ... dius intellectum obtuſis acuit, & terreno deſiderio gra... ſtium appetentiam inducit, bonorum operator eximius. ... *rus.*

Liberalibus ergo percipiendis artibus, ſine controuerſia ... ces neceſſaria cognitio eſt, quando orationi cunctæ ſunt ... Sed quid ego diſciplinis commodam eſſe commemorem ... borum etiam quies vel opportuniſſima ſit, & quod contrarium ... eſt, ad labores armaque capeſſenda; vel quemvis ſummum ... dum laborem incitamentum ſit, & vnde claſſici in bello ... & tympana remugiunt: quæ omnia ſunt ad pugnam ... iam pridem vtiliſſime opportuniſſimeque inuenta. Sic ... vinitores, ſic viatores ſic denique alicui labori alligati, ... tus vnicum ſolamen inuenerunt: infantes quoque pueri ... uitatem non aſpernantur, nutricisque cantu à fletu ceſſant ... conticeſcunt. Sonitu aliquo iubet experrectos ſtatim ... ſurgentes ad aliquod ſubeundum munus Pythagoras ... ſus namque ita vegetiores viridioresque fieri: & conſopitam ... tem exacui, morum quoque exempla mala, vt ſuſcitare ... arte muſica poſſe, nos priſcæ docuerunt hiſtoriæ, ipſo ... cente cum reliquis Cicerone. Sed vt aliqua ſimilitudine ... ctus maximis minima conferam: vt cum violentia adoleſcentes ... biarum etiam cantu, vt fit, inſtincti, pudicæ mulieris ... gerent, admouiſſe tibicinam, vt ſpondæum caneret Pythagoras ... dicitur: quod quum illa feciſſet, tarditate modorum, & ... canentis illorum furentem petulantiam conſediſſe. Inde ... mollitiem quod nimium animos effœminaret, ... creditur repudiatum pridem fuiſſe genus, quod adoleſcentes ... remolleſcerent eo genere animi, Lacedæmones ... runtur. An non Homerus quoque nos docuit Muſicam, ... à Chirone acceperat, atque didicerat, iram Achillis ... Inuenerunt enim, inquit, mentem demulceri ſuaui ... tharæ cantu, hac namque ad animum pacandum, ... ad corporis ſubleuandum laborem, vſi ſunt antiqui: ... pentes ad bellum animos ſuſcitarunt: hac curas ex animo ... cuſſerunt, hac iuſtitiam docuerunt, hac inſignes virtutibus ... ritis, laudibus proſequuti ſunt, corporis ægritudines & ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſe denique Deo coniunxerunt: vnde illa:

*...tem lunam, ſoliſq; labores:*
*...genus, & pecudes vnde, imber & ignes,*
*...uiaſq; Hyadas geminoſq; Triones.*

Quod porro immanes quoque feræ cantu ...tur, quin & æque nonnullæ cantu ſubſultent, notius ex hi... ...um, vt à me nunc referatur. An non templis quoque ſoni... ...placandorum numinum cauſa, vt Ptolomæus ait, adhiben... ...tur, vt paucis colligam, eius eſt Muſica vtilitatis, commodi... ...vt minime negligenda ſit: Eius quoque nobilitatis, vt ex ...memorabuntur, noſci potuerit, vt ne pudori ſit futura cui... ...el in quaque re præſtantiſſimo vereri nullo modo poſſe ...ſe videatur.

...eruditionem, & animorum inſtitutionem longe præ... ...in neruorum vocumque cantibus ſitam, à Græcis ſem... ...creditum eſt. Hinc legimus Epaminondam Græciæ princi... ...bus præſtantiſſime cecinisse. Proinde Themiſtocles, quum ...ante in epulis recuſaſſet lyram, habitus indoctior: Sed ...gus, quamuis duriſſimas Lacedæmoniis ſuis leges iniun... ...ces tamen ſtudium egregie videtur amplexatus: quando ...natura parens impertiiſſe animaduertitur: quando ...laborum onus moleſtiſſimum procliuius poſſet. Remi... ...Fabius inquit, cantus hortatur, & ſingulorum fatigatio, ...ſe rudi modulatione ſolatur. Pythagoras, & qui deinceps ...ſectati ſunt eadem, mundum ipſum non citra muſicas ra... ...onatum, coaptatumq; argumentorum ſubtilitate col... ...viſi. Quin & artium veluti præſtantiſſima, diuinis ſe in... ...& quod teſtatum quoque Ptolemæus reliquit, numini... ...dis adhibetur. Plato etiam eſſe gentibus contributam pu... ...ad præclarius quoddam, præſtantiuſque opus. Nam ...conciannitatis inter frequentamenta varia, præcipuè arti... ...non ideo à Diis data, vt ad delicias conuertamus, & au... ...um: Sed vt quod animæ conſonantiam turbat, & har... ...huiuſce voluptatis delinimento ſedari, ac ad ordinem re... ...Cæterum & grauiſſime Pindarus, ὅσσα δὲ μὴ πεφίληκε ...βοὰν Πιερίδων ἀίοντα. Quæcunque non amat Iupiter, ...ſantur Pieridum. Quid, quod Socrates iam ſenex inſti... ...erubeſcebat? Thebis porro Pindari ſtatua viſitur aulia: ...inquit Athenæus, cantoris Cleonis: in cuius ſinum, ...Alexandro diruente, quam fugiens quidam aurum immi... ...anno trigeſimo poſt, iam Thebis frequentibus, cum ...recuperauit. Præclara eſt Comici Eupolis ad muſices ...pertinens ſententia, qua negotium eſſe ſancitur, βαθὺ ...id eſt profundum, flexuoſumque. Propterea in Hya... ...las: Muſica per Deos, inquit, perinde ac Libya, ſemper ...nouam quampiam parit. Magnus equidem iuxta citha... ...ophilum, ſtabiliſque theſaurus muſica eſt: mores enim ...ponitque ac mollit iratum ardores: quod vel Home... ...lles abunde ſignificat. *Cic 1. Tuſc. quæſt.*

...verò capi omne quod viuit, inde colligunt Platonici, quo ...is anima, qua vniuerſitas animetur, originē ſumpſit ex ... Certe ex Strabonis doctrina didicimus, elephantes cantu ...& tympanorum ſono. Et in Sympoſiacis Plutarchus ſcribit, ...pleraque deliniri, afficique plurimum muſica, ſicuti fi... ...Vbi verò ſaliantur equæ, nomen incini ſolitum, quem ...hippothoton. Cantu verò Delphinas moueri, teſtis locuples ...In homine autem peculiaris adeſſe videtur ratio: quia ...or ſonus & flexanimus concentus in corpus muſicæ me... ...deferat, cuius anima in cœlo fuerit conſcia. Propterea nul... ...haberi tam immite, tam aſperum pectus, quod non oble... ...orum talium teneatur affectu. Afferunt illa quoque Peri... ...inſitum eſſe omnihus, oblectari naturalibus moribus: cui ...mento pueri, qui vixdum nati, modulis permulcentur. ...propterea delinimur numeris, quia ratum ordinatumq; ...di modum habent, monentque nos pro ſua æquabili ſe... ...nate: Indicium verò id maximum eſſe ordinem naturæ ra... ...quod quum ordinate laboramus, bibimus, comedimusque, ...viresque noſtras ſeruamus, augemuſque. Conſonantia i... ...inprimis cauſa demulcere poteſt, quia ſit permiſtio, ſiue ...peratio contrariorum apte inter ſe coeuntium, & propor... ...cuſtodientium.

## ¶ Apophthegmata.

*Socrates* natu grandior, quum inter pueros fidibus canere diſce... ...obiurgantibus reſpondit: Nequaquam abſurdum eſſe diſcere ...prius neſciuiſſet, communi vitæ tam vtilia, & neceſſaria eſſe. ...fecit muſicam vir ſapientiſſimus, vt iam grandæuus diſcere ...quam erubeſceret. *Eraſm. lib 3. apoph.*

*Solon*, cum eius nepos ex fratre inter pocula carmen quoddam ...cecinisset, delectatus eſt illa cantilena, & iuſſit adoleſcen... ...vt eam ſe doceret. Cum autem quidam inetrrogaſſet, quam ob cauſam hoc deſideraret? reſpondit: Vt poſtquam ipſam didicero, moriar. *Ælian. de var. hiſt.*

*Stratonicus* aliquando trophæum cum erexiſſet, hunc inſcripſit titulum: Aduerſus male canentes cithara, Notans, tales vbiq; quam plurimos eſſe, quos ipſe viciſſet. *Eraſmus libro 6. apophthegmat. ex Athen.*

*Nero* à Mathematicis audiebat, fore, vt aliquando deijceretur imperio, eoque Græcum Iambicum dimetrum identidem vſurpabat:

Τὸ τέχνιον πᾶσα γῆ τρέφει.
*Terra quæuis artem alit.*

Putans, ſe tantum profeciſſe in arte canendi: vt etiam ſi exigeretur, in quauis natione ob muſices peritiam poſſet haberi in pretio. Quumque imminentibus, qui illum inſequebantur, de ſalute deſperans, cogitaret ſibi mim adferre, ſubinde dicebat: Quantus artifex pereo. *Sueton.*

*Ageſilaus.* Cuidam Ageſilaum roganti, quam ob cauſam Spartiatæ ad tibiarum cantum ituri prælium exercerentur? Vt quum ad numerum, inquit, incedunt, appareat, qui formidoloſi ſint, qui fortes. Nam anapæſtorum ictus vehementer meticuloſis pallorem ac tremorem incutiebant. Itaque quum pes non reſponderet ad modulos tibiarum, prodebatur ignauorum imbecillitas. Magni ſiquidem refert, vt dux perſpectos habeat militum ſuorum animos, quo norit, qui ſint à prælio ſubmouendi, aut qui qua parte exercitus collocandi. *Plut. in Lacon apoph.*

*Alexander.* Quum Alexander etiamnum pubeſcens citharæ daret operam, & præceptor artis ſubinde moneret, quam chordam quomodo pulſare deberet: & puer parum obſequens doctori dixiſſet, quid ſi hanc pulſarem? Citharœdus lepide reſpondit: Si iſthuc quæris, tanquam Rex futurus, nihil refert: ſi vt artifex futurus, plurimum intereſt. *Eraſ lib. 8. apoph.*

*Antiſthenes*, quibuſdam admirantibus Iſmeniam, quod eſſet inſignis tibicen: Nequam, inquit, hominem eſſe oportet: nam ſi bonæ frugis eſſet, non eſſet egregius tibicen. Iudicabat, eos non poſſe bonos viros euadere, qui tantum operæ eiuſmodi artibus impendiſſent. *Plutarchus in vita Periclis. Pontan. libr. 5. capit. 1. de Prudentia.*

*Ateas*, quum Iſmeniam tibicinem optimum in bello cepiſſet, iuſſit illum canere, ac cæteris admirantibus, ipſe iurauit per ventum acinacem, ſibi iucundius eſſe, audire hinnitum equi. *Plutarchus in apoph.*

*Iſmenias* canebat in ſacrificio, quumque non litaretur, is qui conductus fuerat, arreptis tibiis canebat ridicule, & hoc canente litatum eſt. Incuſantibus autem iis, qui aderant: Diuinitus, inquit, contigit venuſte canere. Hic Iſmenias ridens: At me (inquit) canente, Dii voluptate capti commorabantur: te verò feſtinante illos abigere, arripuerunt hoſtiam. Refert Plutarchus Sympoſiacon libro 2. Conductitius ille ſibi laudem arrogabat, quod ipſo canente litatum ſit: quaſi Dii magis delectati ſint ipſius cantu, quam Iſmeniæ. Id lepidiſſime retorſit Iſmenias: ideo non fuiſſe litatum, quod Dii gaudentes erudita muſica, diutius amarent adeſſe ſacrificio. At quum ille ridicule caneret, quaſi ſtuderet Deos abigere, ne vacui recederent, arripuerunt victimam.

*Idem* Citharœdum imperitum, obeſoque corpore, & ab omnibus vituperatum, ſolus Diogenes laudabat. Demirantibus, quam ob rem id faceret: Laudo, inquit, quod quum talis ſit, maluerit ſe ſe cithara quam latrociniis exercere, ſignificans illum corpore validum, ingenio rudem, latrociniis aptiorem eſſe, quam muſicæ. Iocus eſt ab inexpectato. *Laert. lib. 6.*

*Idem*, Alterum citharœdum, qui, quoties caneret, ab authoribus deſerebatur, obuium ita ſalutabat: Salue galle. Quum ille offenſus ſalutationis nouitate, diceret Quid ita? Quoniam, inquit, cantu tuo excitas omnes. Iocum captauit ex ambiguitate verbi Græci ἀνεγείρειν enim dicitur, & qui excitat dormientem, quod ſolent galli gallinacei mane canentes: & qui ſedentem excitat, vt ſurgat, quod ille ſolebat. *Laert. l. 6.*

*Satyrus.* Is egregius tibicen perſæpe Ariſtonis Philoſophi diſputationibus intererat, & his, quæ dicerentur, mire affectus, aiebat: Cur ergo non igni trado hoc telum, ad nihil vtile? Subobſcure referens tibiam, & quodammoda ſuam artem ad philoſophiæ ſtudium comparatam extenuans, & nihil æſtimans. *Ælian. 3. de var. hiſtor.*

*Ariſtoteles* interrogatus, quid de muſica ſentiret? reſpondit Iouem neq; canere, neque citharam pulſare. Senſit nimirum hoc ſtudium parum vtile hominibus eſſe, quo dii non etiam delectarentur. *Bruſ. l. 4. c. 17.*

*Stratonicus* de Phaone malo tibicine dicebat, quod non caneret harmoniam, ſed Chadmum. Phaon autem, quum ſe gereret pro tibicine, iactaretque ſe Megaris habere chorum: Nugaris, inquit Stratonicus: non habes, ſed haberis. Significans illum eſſe potius diſcipulum, quam magiſtrum aut chorum ipſo doctiorem eſſe. *Eraſ lib. 6. apoph.*

Idem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Idem*, Quum vidiſſet Propin citharœdum Rhodium, corpore quidem magnum, ſed arte puſillum, percontantibus qualis videretur? reſpondit prouerbiali dicto: Nullus, malus, magnus, piſcis, Singulis verbis hypoſtigme ſeparatis alium efficiens ſenſum. *Athenaus. Vide prouerbium etiam apud Eraſm. Nullus magnus, &c.*

*Idem*, Rhodi quum artis ſuæ ſpecimen edidiſſet, neq; quiſquam plauſu alioue geſtu ſignum fauoris dediſſet, abſceſſit illinc, dicens: Quum id quod nullo conſtet impendio, non præſtetis, qui ſperem me à vobis præmium accepturum? *Athenaus, & Eraſm. libr. 6. apophthegm.*

*Idem*, Citharœdus quidam malus eum excipiebat conuiuio, atq; ſuper cœnam oſtentabat illi artem ſuam. Erat autem apparatus ſplendidus. Itaque Stratonicus quum illo canente non haberet qui cum loqueretur, confregit poculum & popoſcit maius. Id quum accepiſſet cum multis cyathis, ſoli calicem oſtendit moxque ſeſe vino ingurgitauit, & obdormiuit. Quum autem forte ſuperueniſſent aliquot commeſſabundi, cantori, qui conuiuium exhibebat, noti: Stratonicus expergiſcens factus eſt ebrius. At illi quum intellexiſſent, quod multum aſſidueque bibendo fuiſſet inebriatus, Stratonicus compendio reſpondit: Hic inſidiator & ſceleratus cantor, me veluti bouem ad præſepe, dum cœnam accipit, occidit. Boues multo cibo ſaginantur, priuſquam mactentur. *Athenaus.*

*Anonymus*. Xenophantus certis modis Alexandrum ad arma ſolebat concitare. Eam Muſices vim admirantibus cunctis, quidam ait: Si tantus artifex eſt, incinat modulos quibus illum à bellis reuocet. Sentiens, non eſſe magnæ artis hominem eo perpellere, quo ſuapte natura pronus eſt. *Eraſ. l. 4. apoph.*

*Demoſthenes Mitylen.* pulſauit fores hominis muſicæ ac citharæ dediti, quumque is audito pulſu iuſſiſſet illum introire: Faciam, inquit, ſi prius alligaris citharam. Subnotans illum nihil aliud quam cithara canere. *Plat. Sympoſiacon. lib. 2.*

*Anonymus*. Citharœdus quidam cum apud quempiam caneret, pollicitusque eſſet is apud quem cantabat, quanto melius cantaret, tanto ſe plura daturum, quum promiſſa poſtridie repoſceret, ei dulce quid occinens, ſubiecit, Voluptatem tibi reddo (inquit) pro voluptate. *Ex Ariſtot. libro 9. Ethicorum, recitat Bruſon. libro 4. capit. 17.*

*Ageſilaus* rogatus, vt vellet audire quendam, qui mira ſimilitudine luſciniæ vocem imitabatur, recuſauit: Frequenter (inquiens) ipſam audiui luſciniam, ſignificans ineptam eſſe voluptatem, magis delectari ipſa ſimulatione quam natura. *Plutarch. in Lacon. apophthegm.*

*Demaratus*, cum audiret cantorem quendam oſtentantē artem ſuam, nihil aliud laudis illi tribuit, tantum ait: Mihi videtur, non male nugari. Tantus erat contemptus artium: quæ licet eſſent operoſæ, tamen ſolum modo delinirent aures, nullam ſeriam vtilitatem adferrent Reipublicæ. *Plutarch in Lacon. apoph.*

*Archidamus*, Quum quidam prædicaret citharœdum, eiuſq; in canendo facultatem admiraretur: Heus, inquit, vir optime, quid honoris ac præmii abs te ferent boni viri, quum tantopere prædices citharœdum? Recte taxauit non vulgi modo, verum & principum præpoſtera iudicia, qui plerunque pluris faciunt mimum aut morionem, quam ſapientem, fidique conſilii virum: citharœdum verò cuius ars non Reipublicæ, ſed voluptati ſeruit, adeo non iudicauit prædicandum, vt nec inter bonos viros habendum duceret. *Plut. in Lacon.*

*Idem*. Ad eum qui ipſi cantatorem commendare volens, dixit, Hic eſt bonus cantor: At apud nos, inquit, hic eſt bonus condimentorum artifex: perinde quaſi nihil referret, vtrum quis muſicorum inſtrumentorum ſono, an obſoniis & condimentis voluptatem adferret. Apud Athenienſes cantores erant in ſummo pretio, quum coquis non haberetur idem honos: Lacedæmoniis verò nihil placebat artium, quod ciuium animos effœminaret magis quam ad virtutem accenderet. *Plut.*

*Alcibiades* imbutus philoſophiæ præceptis, voluptates ac artes indecoras aſpernatus eſt, diſciplinas liberas ſemper amplectebatur. Lyram hoc argumento reijciebat, quod vocem hominis imitaretur (quo colligere licet, olim qui lyra canebant, ſimul & voce cecinisse) plectrum, quod habitum formamque liberalem immutaret in illiberalem, tibiam duplici nomine damnabat: & quod ſic mutaret oris habitum, vt vix à familiariſſimis agnoſceretur qui caneret: & quod homini propriam adimeret vocem loquendique facultatem eriperet. Nemo enim poteſt ſimul & inflare tibiam & loqui. Canent igitur, inquit, Thebanorum filii, qui dicere neſciunt, nobis autem Athenienſibus, vt à maioribus accepimus, gentis Princeps eſt Pallas & Apollo; quorum illa fiſtulam confregit, hic tibicinem excoriauit. Proditum eſt priſcorum fabulis, Palladem ad ſepulchrum tibia canentem, offenſam oris deformitate, proiectam comminuiſſe tibiam. Apollo Marſiam canendo victum excoriauit. *Eraſm. libr. 5. apoph. ex Plut.*

*Gelon*. In conuiuio quum lyra circumferretur, cæterique ordine canerent (nam id apud Græcos honeſtum habebatur) Gelon equum iuſſit adduci in conuiuium, facileque, ac leuiter in illum inſiliit, ſignificans, hoc eſſe regalius, quam lyra canere. *Plutarchus in Lacon.*

## ¶ Similitvdines.

*Roterodami*: Vt quidam magnetes ferrum attrahunt ... medes qui in Æthiopia naſcitur, ferrum abigit, reſpuitque ... muſices genus, quod ſedet affectus, eſt quod incitet. ...

*Thriueri*: Muſica egregium ſtudiorum condimentum ... vt in aliis, ita hic quoque fere peccatur: quod qui cœpit ... cebris nimis capiatur. *In apoph.* 113.

## ¶ Adagia.

Bonus cantor, bonus cupediarius. ἀγαθὸς ψάλτης ... ποιός.

*In vituperium muſicæ artis dictum, quaſi eiuſdem ... aures delectare cantu, & palatum cupedijs.*

## ¶ Exempla Biblica.

*Dauid* omnibus gentibus pacatis religionis ſtudio ... hymnos trimetros edidit: & cum his pentametros verſus ... qui ſabbathis feſtiſque diebus ſacris ſolennibus canerentur ... cit his decachordem citharam, & nabla duodecim vocum ... ad hæc ærea, grandia quidem & lata. *Sabellic. Ennead.* ...

*Dauid* ad Saulum recenti dæmonum incurſu exagitatum ... ſitus eſt, vt cantu demulceret æſtuantem mentis furorem ... præſtitit: Nam quoties in morbum incidit Saul, ſtans Dauid ... put, cum ſacros hymnos voce & fidibus ceciniſſet, ad ſanam ... reductus eſt. *Ioſeph. lib. 6. c. 9. antiq. Iudaic.*

## ¶ Exempla Historica.

*Anaſtaſius* vanitates omnes fugiens canendi vſum ... interdixit.

*Ambroſius* autem pietatis exercitium appetens, vt ... ſtituit.

*Pythagoras*, vt ait Boetius in libr. Muſicæ artis inuentor ... Græcos, per malleorum ferientium inæqualia pondera, ... darum inæqualitatem, vel inæqualem extenſionem, ... tum inæqualem longitudinem.

*Samius* porro Pythagoras in adytis Anoctoton Ægypti ... Orphei antiquam heptachordon lyram inueniſſe, quam ... Lesbius in Ægyptum proficiſcens ſecum attulit, ibique ... apud ſacerdotes illos charior eſſet apud quos philoſoph... Aegyptiacam. Huius ergo lyræ concentus Pythagoras ... rationem, ac proportiones primus fertur.

Tradiderunt veteres, *Mercurium* teſtudinem inuen... putrefactione ſoli intenti ſuperfuiſſent nerui, eoſque ... nitum reddere ſenſiſſet, eiuſmodi ligneum conſtruxiſſe ... tum. Primum quidem quatuor neruis intentum, poſt ... Homerus eſt author in hymno ad Mercurium: Mercurium ... bent, Orphea docuit: Orpheus Thamyrim & Linum: ... culem & Amphionem Thebanum, qui à ſeptem neruorum ... ſeptem portarum Thebas conſtruxit, interempto à Thraciis ... lieribus Orpheo, proiecta in mare lyra, fertur ea ad Anteſ... perueniſſe Lesbi, quæ à piſcatoribus comperta tradita ... hanc in Aegyptum tulit, Aegyptiiſque oſtendit ſacerdotibus ... bus factus eruditior, reuerſus ipſam dictus eſt inueniſſe. ... ferant à Cadmo Agenoris filio Achæis traditam. Heracl... vbi de Muſica ſcribit ſcientia, poeſin, inquit, citharœdi... mus nouit Amphion, Iouis & Antiopes filius, quem pa... tem docuit: per idem quoque tempus Linum ex Eub... ſcripſiſſe ait: Athen quoque ex Anthedone oppido B... nos, & Pierium ex Pieria, de muſis confeciſſe poemata: ... Phylammona Delphon Latonæ Dianæ & Apollinis ... braſſe choroſque primum, de ſacro, quod in Delphis fuit ... Thamyrim autem Threicium, qui muſas in certamen ... fertur, omnium maxime vocalem & ſonorum fuiſſe: ... tanum aduerſus Deos ſcripſiſſe bellum: fuiſſe quoque ... cum Cercyreum priſcum muſicum, quem Troiæ ... Veneris & Vulcani nuptias ait ceciniſſe: Ithacenſem ... minum reditum à Troia Agamemnonis & Græcorum ... reliquorum cantu non inepto. Horum autem omnium ... Steſichori & quorundam aliorum, non Heroicos verſus ... trum fuiſſe Heroicum, poeticumque: Terpandrum quoque ... rœdicum, ait, poetam in Agonibus ceciniſſe, & citharœd... primum inueniſſe: ſic Clorum primum tibicinas ... diam comperiſſe: ſicut Elegias & Heroica Polymneſtum ... phonium.

Lucretius ex hominum obſeruatione inuentos cantus ... cum inquit:

*At liquidas auium voces imitarier ore,*
*Ante fuit multo quam leuia carmina cantu*
*Concelebrare homines poſſent aureſq; iuuare,*

*Et Zephyri caua per calamorum ſibila primum*
*Agreſtes docuere cauas inflare cicutas:*
*Inde minutatim dulces docuere querelas,*
*Tibia quas fundit digitis pulſata canentum,*
*Auia per nemora ac ſyluas ſaltusq; reperta,*
*Per loca paſtorum deſertaq; deuia ſyluis:*
*Sic vnum quicquid paulatim pertrahit ætas.*

§ HIEROGLYPHICA.

...immerito *Muſicam*, eamque omnibus numeris abſolutam, ...ſtina hieroglyphicum ſignificari tradiderunt: ſiue multi... vocis varietatem, ſiue delectabilem ſuauitatem, ſiue perti... ...ta continuationem admiremur. *Vide Pier. Val lib. 23. pag.*

...ſdem hieroglyphicum eſt *Cygnus*. Idem ibid. Et *Cicada*, quod ...tur ab eodem. *Pier. Val. l. 26. pag. 250.*

§ EMBLEMATA.

Muſicam Diis curæ eſſe.

Emblema Andr. Alciati. CLXXXIV.

*Locrenſis poſuit tibi Delphice Phœbe, cicadam*
*Eunomus hanc, palma ſigna decora ſua.*
*Certabat plectro Sparthyn commiſſus in hoſtem,*
*Et percuſſa ſonum pollice fila dabant.*
*Trita fides rauco cœpit cum ſtridore bombo*
*Legitimum harmonias & vitiare melos;*
*Tum cithara argutans ſuauis ſeſe intulit ales,*
*Quæ fractam impleret voce cicada fidem:*
*Quæq; allecta ſoni ad legem deſcendit ab altis*
*Saltibus, vt nobis garrula ferret opem.*
*Ergo tua vt firmus ſtet honos, ô ſancte, cicada,*
*Pro cithara hic fidicen æneus ipſe ſedet.*

*Vide Cantus, & Carmen. Item Poeta.*

# Mutatio.

§ DEFINITIO: ET ETYMOL.

...TATIO, Græce μεταβολὴ, ῆς, ἡ, & μεταβολικὸς, ῦ, ὁ, mutabilis ...dicitur. Eſt autem mutatio, quæ eſt in eadem ſpecie alteratio in magis & minus. *ſec. Ariſt. lib. 5.* Phyſic.

...tatum eſſe, eſt pars motus diſcreti, & terminus motus conti... ...*S. Thom. 1. par. q. 53. art. 2.*

...ta quo ſupradicta veniunt, proprie eſt transferre. Varro, ...*ab aliquo loco cum omni familia mutes.* Item variare, vnde ...ſententiam dicimus. A muto fit mutabile, quod facile mu... ...*Varium & mutabile ſemper fœmina.* Item immutabi... ...lio modo mouetur, ac flectitur: commuto pariter, ſimul ...commutabile: verum commutare verba, litigare. Teren. ...*hodie tecum commutaturum patrem vnum eſſe ver-* ...permuto permutabile, hinc veniunt.

§ POETICÆ SENTENTIÆ.

Virg. 3. Georg.

*Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui*
*Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtisq; ſenectus,*
*Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.*

Sen. epiſt. 106.

*Meliora prætervolant, deteriora ſuccedunt.*

Eurip. in Hipp.

*Ipſa dies quandoq; parens quandoq; nouerca.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

...tatio neceſſaria ſequitur ex actione agentis. *Auerroes diſpu-*

...tatio nulla poteſt eſſe de non ſubiecto vere ad formam acci... quia materia quæ vere eſt non ſubiecta non poteſt ſum-re ...m accidentis, niſi prius adepta fuerit formam ſubſtantialem: ...eſſe accidentis à ſubſtantia compoſita proficiſcatur. *Albertus* ...in 3. *Phyſ. tract. 1. c. 2.*

...tatio nulla poteſt eſſe de non ente ſimpliciter, ad ens ſecun... ...quid, vel è conuerſo. *ibid.*

...tatio non fit, niſi è contrario in contrarium. *in 3. Phyſic. lib. 8.* ...46.

...tatio ex non ſubiecto in non ſubiectum eſſe non poteſt, per ...ens poteſt. *Alex. de Alex. 11. metaph.*

Mutatio nulla perpetua: omnis enim apta eſt natura eſſe ex quo... ...in quodam. 8. *Phyſic. c. 2. tex. 86.*

Mutatio alia eſt de ſubiecto in ſubiectum: alia ex non ſubiecto ...in ſubiectum, alia ex non ſubiecto in ſubiectum, & ſubiectum ...tur, quod affirmatione monſtratur, & cum illa, quæ ex non ſub... ...in ſubiectum non fit mutatio, reſtant tres aliæ mutationes: Quæ ſcilicet ex non ſubiecto in ſubiectum ſecundum contradictionem eſt Generatio, quæ ſimpliciter ſimplex, quæ alicuius quædam, & quæ ex ſubiecto, in non ſubiectum, Corruptio. *Ariſt. phyſic. lib. 5 cap. 1.*

Cum omnis vitæ humanæ mutatio periculoſa eſt, tum qui in præſenti ſtatu nihil quod deſideret habet, is vſitatam ſibi vitæ rationem nulla alia re quam ſtultitia adductus mutat, atque à conſuetis alio transfert, quibus ſi nihil aliud boni adeſt, at profecto firmitate ipſa ignotis præſtant. *Plut. in Numa.*

Mutationes rerum eos qui aliquando plurimum potuerunt, omni potentia exuunt. *Dion. lib. 37.*

Omnes rerum mutationes cædem, fugam, aliaque hoſtilia portendunt. *Salluſt. de bello Iugurth.*

Ferenda ſunt regum ingenia, nec vſui crebras mutationes, *Tacit. Annal. lib. 12.*

M. Antonio & Pub. Dolabella conſulibus imperium Romanum iam ad Cæſares transferente fortuna varius & multiplex motus ciuitatis fuit, quodque in annua cœli conuerſione fieri ſolet, vt mota ſidera tonent, ac ſuos flexus tempeſtate ſignificent: ſic in Romanæ dominationis, id eſt humani generis conuerſione, penitus intremuit, omnique genere diſcriminum, ciuilibus terreſtribus ac naualibus bellis, omne imperii corpus agitatum eſt. *L. Florus, libro 4. cap. 3.*

Curarum aceruos & mutationes varias accidentium principes ipſi quoque vt homines, formidare debent. *Ammian. Marcel. lib. 20.*

Sæpe ex leui cauſa magnæ mutationes & ingentes calamitates ortæ ſunt. *Nicet. in Man. Comneno. lib. 5.* P.

In bello res in contrarium facile vertuntur: ac quod nemo votis auſus eſſet expetere, ſibive ſpondere, vltro ſe mortalibus nonnunquam offert. P. *Æmyl. lib. 4.*

§ APOPHTHEGMATA.

*Lycurgus* interrogauit cur Spartani toties pugnaturi contra hoſtes caſtra mutarent? reſpondit. Vt eo magis lædamus hoſtem. *Plut. in Lacon. 2. apoph.*

*Auguſtus Cæſar* quodam die venit in ædes, in quibus habitarat Cato Vticenſis, hic cum Strabo, quo Cæſari adularetur, Catonis peruicaciam accuſaret, quod ſibi manus adferre, quam Iulium victorem agnoſcere, maluiſſet: Quiſquis, inquit Auguſtus, præſentem Reipublicæ ſtatum mutari non vult, is & ciuis & vir bonus eſt. Vnico dicto & Catonis memoriam tutatus eſt, & ſibi conſuluit, deterrens, ne quis in poſterum affectaret res nouas. Nam præſens ſtatus non is tantum dicitur, qui tum erat, cum hæc loqueretur Auguſtus: ſed is quoque, qui fuerat tempore conſpirationis in Iulium. Si quidem hæc dictio præſens apud Latine loquentes, ad tria tempora pertinet præteritum, præſens & futurum: vt, Præſentibus non erat contentus: & præſens in tempus emittat, id eſt, in futuram opportunitatem. *Eraſ. Rot. l. 4. apoph. ex Suet.*

*Tiberius*, cum ab amicis interrogaretur, cur non tam facile magiſtratus & præfecturas ſuas mutaret? Reſpondit ſe data hoc opera ſemper feciſſe. Natura enim omnes, qui rerum adminiſtratione præſint, pecuniæ eſſe cupidos, plurimumque ſtudii ad rem magis magisque augendam eos collocare. Cæterum, ſi diutius in magiſtratu verſentur, ſegniores ad quæſtum faciendum fieri. Muſcas enim, ſi longius corporum vlceribus inſideant, minus graues & moleſtas fieri, quippe ſanie vlcerum ad ſatietatem vsque refertas: & cum qui vlceribus ſcateat, durius acceptum afflictumque iri, ſi ſaturis iam repulſis, famelicas alias ad vulnera admittere velit. Nicephorus Calliſtus Eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ. *lib. 1. c. 7.*

*Sophronius* Pompejopoleos Paphlagoniæ Epiſcopus, cum audiſſet in Synodo Seleuciana Acatij opiniones, & dogmatà recenſeri: Si per ſingulos dies, inquit, propriam edere fidem licuerit, veritatis integritas non diu manebit. *Socrates lib. 2. Tripartitæ hiſt. c. 34.*

# Mutuatio, Mutuum.

§ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

MVTVATIO, Græce δάνεισμα, ατος, τὸ, & δανείζω, mutuo dicitur, Mutui datio dicitur ab eo, quod de meo fiat tuum, & ideo ſi non fiat tuum, non naſcitur obligatio. Mutuum dare eſt mutuare: mutuum damus, vt Paulus Iuriſconſultus inquit, non eãdem ſpeciem recepturi, quam dedimus, hoc enim commodatum aut depoſitum eſt, ſed idem genus: nam ſi aliud genus veluti pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum. Mutui datio in his rebus eſt, quæ pondere, numero, menſurave conſiſtunt, quoniam in his non idem ſpecie redditur, ſed genere, cum in cæteris rebus aliud pro alio inuito creditore reddi non poſſit: mutuatio autem eſt actus ipſe mutuandi.

Mutuum à fœnore ſic ſeparat Marcellus, quod mutuum ſine vſuris, fœnus eſt cum vſuris. Plautus: *Nam ſi mutuo non potero, certum eſt, ſumam fœnore.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Mutuo & Mutuor ita differunt, quod qui pecuniam dat mutuo, is mutuare dicitur: qui vero accipit, is pecuniam mutuatur. Mutuus a, um, pro vicario accipitur. Apuleius *Mutuam tibi operam præſtiti.* Idem: *Fac me mutuo diligas*, doc eſt, viciſſim ames. Venit autem mutuo aduerbium à mutuus.

### ¶ Biblici Loci.

Mutuum dandum proximo, *Deut.* 15, 8. *Matth.* 5. 4. *Luc.* 6. 35. mutui lex. *Exod.* 22. 14.

Mutua dilectio commendatur à Chriſto, *Ioan.* 15. 12. 17. adhortatio ad eam, 1. *Theſſ.* 4. 9.

### ¶ Sententiæ Biblicæ.

*Mutuatio fructuoſa.*

Si vnus de fratribus tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tuæ, in terra, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, ad paupertatem deuenerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, ſed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quod eum indigere perſpexeris. *Deut.* 15.

Volenti mutuare à te ne auertaris. *Matth.* 5.

Si mutuum dederitis his, à quibus ſperatis recipere, quæ gratia eſt vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia Mutuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra multa. *Luc.* 6.

*Periculoſa.*

Mutuabitur peccator, & non ſoluet. *Pſal.* 56.

Et qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœnerantis. *Prou.* 22.

### ¶ Apophthegmata.

*Anonymus.* Quidam miſerrimos homines eſſe dixit, … rubros, modo pallidos habeant dentes. Notabat autem eos, … tuo acceperunt ab aliis: qui, dum mutuum repetitur, … dum vero creditorem viderint, palleſcunt, ne cogantur … dum. *Recit. hoc dicter. apud Suidam.*

*Lycurgus* dicebat, dignitatem quidem iſtam, qua mouemur … facilius mutuo dandum aliquid, in opibus hominum ſitam … lam vero, quæ nos ad facilius fidem habendam inducit, in … *Stob. ſer.* 35.

*Perſeus.* Quum cuidam noto daret pecuniam, cautionem … in foro apud menſarium. Hanc diligentiam quum amicus … rans diceret: Adeone legaliter Perſee? Scilicet, inquit, … cipiam, nec largiter repoſcam. Fit enim ſæpenumero, … mico bona fide, ſine teſtibus, ac ſyngraphis agunt, poſt … cum eo legibus agere. *Plut.*

*Gelon* exigebat pecuniam à ſuis ciuibus, quos vbi videret … tuantes, ait ſe petere mutuo: quippe redditurum. Ita volentes … runt, atque ille peracto bello reddidit. Hoc artificio perfecit, … cunia non deeſſet ad bellum neceſſaria, nec ciues haberet … neuolos. *Plut. in apoph.*

*Galba*, Quum penulam mutuo à quopiam rogaretur, … ſpondit: Si non pluit, non eſt opus tibi: ſi pluit, ipſe vtar. … *lib.* 4. *c.* 22.

*Idem.* Cuidam cui cœnaculum perpluebat commodato … penulam, dixit: Non poſſum commodare, nam domi maneo … ficaris, domi maxime opus eſſe penula. Solent alii ſecus … Non poſſum commodare penulam, ipſe exeo, *Eraſ. l.* 6. *apoph.*

*Vide Fœnus, Pecunia. Item Liberalitas.*

*FINIS LIBRI VNDECIMI.*

*Et Zephyri caua per calamorum ſibila primum*
*Agreſtes docuere cauas inflare cicutas:*
*Inde minutatim dulces docuere querelas,*
*Tibia quas fundit digitis pulſata canentum,*
*Auia per nemora ac ſyluas ſaltusq; reperta,*
*Per loca paſtorum deſertaq; deuia ſyluis:*
*Sic Vnum quicquid paulatim pertrahit ætas.*

§ HIEROGLYPHICA.

...immerito *Muſicam*, eamque omnibus numeris abſolutam, ...ſſima hieroglyphicum ſignificari tradiderunt: ſiue multi... vocis varietatem, ſiue delectabilem ſuauitatem, ſiue perti... ...ca continuationem admiremur. *Vide Pier. Val lib.23.pag.*

...ſdem hieroglyphicum eſt *Cygnus*. Idem ibid. Et *Cicada*, quod ...tur ab eodem. *Pier. Val. l.26.pag.*250.

§ EMBLEMATA.

Muſicam Diis curæ eſſe.

Emblema Andr. Alciati. CLXXXIV.

*Locrenſis poſuit tibi Delphice Phœbe, cicadam*
*Eunomus hanc, palma ſigna decora ſua.*
*Certabat plectro Sparthyn commiſſus in hoſtem,*
*Et percuſſa ſonum pollice fila dabant.*
*Trita fides rauco cœpit cum ſtridore bombo*
*Legitimum harmonias & vitiare melos;*
*Tum citharæ argutans ſuauis ſeſe intulit ales,*
*Quæ fractam impleret voce cicada fidem:*
*Quæq; allecta ſoni ad legem deſcendit ab altis*
*Saltibus, vt nobis garrula ferret opem.*
*Ergo tua vt firmus ſtet honos, ô ſancte, cicada,*
*Pro cithara hic fidicen æneus ipſe ſedet.*

*Vide Cantus, & Carmen. Item Poeta.*

# Mutatio.

§ DEFINITIO: ET ETYMOL.

...VTATIO, Græce μεταβολή, ῆς, ἡ, & μεταβολικός, ῆ, ὁ, mutabilis ...dicitur. Eſt autem mutatio, quæ eſt in eadem ſpecie alteratio in magis & minus. *ſec. Ariſt. lib.5. Phyſic.*

...tatum eſſe, eſt pars motus diſcreti, & terminus motus conti... ...*Thom.1.par.q.53.art.2.*

...te a quo ſupradicta veniunt, proprie eſt transferre. Varro, ...in aliquo loco *cum omni familia mutes.* Item variare, vnde ...ntentiam dicimus. A muto fit mutabile, quod facile mu... ...*Varium & mutabile ſemper fœmina.* Item immutabi... ...llo modo mouetur, ac flectitur: commuto pariter, ſimul ...commutabile: verum commutare verba, litigare. Teren. ...*hodie tecum commutaturum patrem vnum eſſe ver-*... ...permuto permutabile, hinc veniunt.

§ POETICÆ SENTENTIÆ.

Virg.3.Georg.

*Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui*
*Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtisq; ſenectus,*
*Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.*

Sen. epiſt.106.

*Meliora prætervolant, deteriora ſuccedunt.*

Eurip. in Hipp.

*Ipſa dies quandoq; parens quandoq; nouerca.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORVM.

...tatio neceſſaria ſequitur ex actione agentis. *Auerroes diſpu-*...

...tatio nulla poteſt eſſe de non ſubiecto vere ad formam acci... ...quia materia quæ vere eſt non ſubiecta non poteſt ſum re ...accidentis, niſi prius adepta fuerit formam ſubſtantialem: ...accidentis à ſubſtantia compoſita proficiſcatur. *Albertus* ...*3. Phyſ. tract.1.c.2.*

...tatio nulla poteſt eſſe de non ente ſimpliciter, ad ens ſecun... ...quid, vel è conuerſo. *ibid.*

...tatio non fit, niſi è contrario in contrarium. *in 3. Phyſic. lib.8.*...

...tatio ex non ſubiecto in non ſubiectum eſſe non poteſt, per ...ens poteſt. *Alex. de Alex.11. metaph.*

Mutatio nulla perpetua: omnis enim apta eſt natura eſſe ex quo... ...quodam. 8. *Phyſic.c.2.tex.*86.

Mutatio alia eſt de ſubiecto in ſubiectum: alia ex non ſubiecto ...ſubiectum, alia ex non ſubiecto in ſubiectum, & ſubiectum ...quod affirmatione monſtratur, & cum illa, quæ ex non ſub... ...in ſubiectum non ſit mutatio, reſtant tres aliæ mutationes: Quæ ſcilicet ex non ſubiecto in ſubiectum ſecundum contradictionem eſt Generatio, quæ ſimpliciter ſimplex, quæ alicuius quædam, & quæ ex ſubiecto, in non ſubiectum, Corruptio. *Ariſt. phyſic. lib.5 cap.1.*

Cum omnis vitæ humanæ mutatio periculoſa eſt, tum qui in præſenti ſtatu nihil quod deſideret habet, is vſitatam ſibi vitæ rationem nulla alia re quam ſtultitia adductus mutat, atque à conſuetis alio transfert, quibus ſi nihil aliud boni adeſt, at profecto firmitate ipſa ignotis præſtant. P*lut. in Numa.*

Mutationes rerum eos qui aliquando plurimum potuerunt, omni potentia exuunt. *Dion. lib.*37.

Omnes rerum mutationes cædem, fugam, aliaque hoſtilia portendunt. S*alluſt. de bello Iugurth.*

Ferenda ſunt regum ingenia, nec vſui crebras mutationes, *Tacit. Annal. lib.*12.

M. Antonio & Pub. Dolabella conſulibus imperium Romanum iam ad Cæſares transferente fortuna varius & multiplex motus ciuitatis fuit, quodque in annua cœli conuerſione fieri ſolet, vt mota ſidera tonent, ac ſuos flexus tempeſtate ſignificent: ſic in Romanæ dominationis, id eſt humani generis conuerſione, penitus intremuit, omnique genere diſcriminum, ciuilibus terreſtribus ac naualibus bellis, omne imperii corpus agitatum eſt. *L. Florus, libro 4. cap.*3.

Curarum aceruos & mutationes varias accidentium principes ipſi quoque vt homines, formidare debent. *Ammian. Marcel. lib.*20.

Sæpe ex leui cauſa magnæ mutationes & ingentes calamitates ortæ ſunt. *Nicet. in Man. Comneno. lib.5.* P.

In bello res in contrarium facile vertuntur: ac quod nemo votis auſus eſſet expetere, ſibive ſpondere, vltro ſe mortalibus nonnunquam offert. P. *Æmyl. lib.*4.

§ APOPHTHEGMATA.

*Lycurgus* interrogauit cur Spartani toties pugnaturi contra hoſtes caſtra mutarent? reſpondit. Vt eo magis lædamus hoſtem. *Plut. in Lacon. 2. apoph.*

*Auguſtus Cæſar* quodam die venit in ædes, in quibus habitarat Cato Vticenſis, hic cum Strabo, quo Cæſari adularetur, Catonis peruicaciam accuſaret, quod ſibi manus adferre, quam Iulium victorem agnoſcere, maluiſſet: Quisquis, inquit Auguſtus, præſentem Reipublicæ ſtatum mutari non vult, is & ciuis & vir bonus eſt. Vnico dicto & Catonis memoriam tutatus eſt, & ſibi conſuluit, deterrens, ne quis in poſterum affectaret res nouas. Nam præſens ſtatus non is tantum dicitur, qui tum erat, cum hæc loqueretur Auguſtus: ſed is quoque, qui fuerat tempore conſpirationis in Iulium. Si quidem hæc dictio præſens apud Latine loquentes, ad tria tempora pertinet præteritum, præſens & futurum: vt, Præſentibus non erat contentus: & præſens in tempus emittat, id eſt, in futuram opportunitatem. *Eraſ. Rot. l.4. apoph. ex Suet.*

*Tiberius*, cum ab amicis interrogaretur, cur non tam facile magiſtratus & præfecturas ſuas mutaret? Reſpondit ſe data hoc opera ſemper feciſſe. Natura enim omnes, qui rerum adminiſtratione præſint, pecuniæ eſſe cupidos, plurimumque ſtudii ad rem magis magisque augendam eos collocare. Cæterum, ſi diutius in magiſtratu verſentur, ſegniores ad quæſtum faciendum fieri. Muſcas enim, ſi longius corporum vlceribus inſideant, minus graues & moleſtas fieri, quippe ſanie vlcerum ad ſatietatem vsque refertas: & cum qui vlceribus ſcateat, durius acceptum afflictumque iri, ſi ſaturis iam repulſis, famelicas alias ad vulnera admittere velit. Nicephorus Calliſtus Eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ. *lib.1.c.7.*

*Sophronius* Pompejopoleos Paphlagoniæ Epiſcopus, cum audiſſet in Synodo Seleuciana Acatij opiniones, & dogmatà recenſeri: Si per ſingulos dies, inquit, propriam edere fidem licuerit, veritatis integritas non diu manebit. *Socrates lib.2. Tripartitæ hiſt. c.*34.

# Mutuatio, Mutuum.

§ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

MVTVATIO, Græce δάνεισμα, ατος, τὸ, & δανείζω, mutuo dicitur. Mutui datio dicitur ab eo, quod de meo fiat tuum, & ideo ſi non fiat tuum, non naſcitur obligatio. Mutuum dare eſt mutuare: mutuum damus, vt Paulus Iuriſconſultus inquit, non eandem ſpeciem recepturi, quam dedimus, hoc enim commodatum aut depoſitum eſt, ſed idem genus: nam ſi aliud genus veluti pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum. Mutui datio in his rebus eſt, quæ pondere, numero, menſurave conſiſtunt, quoniam in his non idem ſpecie redditur, ſed genere, cum in cæteris rebus aliud pro alio inuito creditore reddi non poſſit: mutuatio autem eſt actus ipſe mutuandi.

Mutuum à fœnore ſic ſeparat Marcellus, quod mutuum ſine vſuris, fœnus eſt cum vſuris. Plautus: *Nam ſi mutuo non potero, certum eſt, ſumam fœnore.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mutuo & Mutuor ita differunt, quod qui pecuniam dat mutuo, is mutuare dicitur: qui vero accipit, is pecuniam mutuatur. Mutuus a, um, pro vicario accipitur. Apuleius *Mutuam tibi operam præſtiti.* Idem: *Fac me mutuo diligas*, doc eſt, viciſſim ames. Venit autem mutuo aduerbium à mutuus.

## ¶ Biblici Loci.

Mutuum dandum proximo, *Deut.* 15, 8. *Matth.* 5. 4. *Luc.* 6. 35. mutui lex. *Exod.* 22. 14.

Mutua dilectio commendatur à Chriſto, *Ioan.* 15. 12. 17. adhortatio ad eam, 1. *Theſſ.* 4. 9.

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

*Mutuatio fructuoſa.*

Si vnus de fratribus tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tuæ, in terra, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, ad paupertatem deuenerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, ſed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quod eum indigere perſpexeris. *Deut.* 15.

Volenti mutuare à te ne auertaris. *Matth.* 5.

Si mutuum dederitis his, à quibus ſperatis recipere, quæ gratia eſt vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia Mutuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra multa. *Luc.* 6.

*Periculoſa.*

Mutuabitur peccator, & non ſoluet. *Pſal.* 56.

Et qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœnerantis. *Prou.* 22.

## ¶ Apophthegmata.

*Anonymus.* Quidam miſerrimos homines eſſe dixit, qui modo rubros, modo pallidos habeant dentes. Notabat autem eos, qui mutuo acceperunt ab aliis: qui, dum mutuum repetitur, ... dum vero creditorem viderint, palleſcunt, ne cogantur ... dum. *Recit. hoc diſtter. apud Suidam.*

*Lycurgus* dicebat, dignitatem quidem iſtam, qua ... facilius mutuo dandum aliquid, in opibus hominum ... lam vero, quæ nos ad facilius fidem habendam inducit, ... *Stob. ſer.* 35.

*Perſeus.* Quum cuidam noto daret pecuniam, ... in foro apud menſarium. Hanc diligentiam quum ... rans diceret: Adeone legaliter Perſee? Scilicet, inquit, ... cipiam, nec largiter repoſcam. Fit enim ſæpenumero, ... mico bona fide, ſine teſtibus, ac ſyngraphis agunt, ... cum eo legibus agere. *Plut.*

*Gelon* exigebat pecuniam à ſuis ciuibus, quos vbi vidit ... tuantes, ait ſe petere mutuo: quippe redditurum. Ita volentes ... runt, atque ille peracto bello reddidit. Hoc artificio ... cunia non deeſſet ad bellum neceſſaria, nec ciues haberet ... neuolos. *Plut. in apoph.*

*Galba*, Quum penulam mutuo à quopiam rogaretur, ... ſpondit: Si non pluit, non eſt opus tibi: ſi pluit, ipſe ... *lib.* 4. *c.* 22.

*Idem.* Cuidam cui cœnaculum perpluebat commodato ... penulam, dixit: Non poſſum commodare, nam domi maneo ... ficans, domi maxime opus eſſe penula. Solent ... Non poſſum commodare penulam, ipſe exeo, *Eraſ.* ...

*Vide Fœnus, Pecunia. Item Liberalitas.*

*FINIS LIBRI VNDECIMI.*

POLYA